3 1761 08824862 0

UNIV. OF
TORONTO
LIBRARY

Toronto University Library

Presented by

Messrs Joseph Baer & Co

through the Committee formed in
The Old Country
to aid in replacing the loss caused by
The disastrous Fire of February the 14th 1890

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/breviornotitial00harl

LL.H
H2847b

Gottlieb Christoph Harless

THEOPHILI CHRISTOPHORI HARLES

BREVIOR

NOTITIA

LITTERATURAE

ROMANAE

IN PRIMIS

SCRIPTORUM LATINORUM

LIPSIAE

IN LIBRARIA WEIDMANNIANA

CIƆIƆCCLXXXVIIII.

14496
3/8/91

PRAEFATIO.

Quum adhuc Gottingae litterarum cauſſa commorarer: ſcripſeram admodum iuuenis *Introductionem in hiſtoriam linguae latinae*, quae ſumtu Georgii Ludouici Foerſteri, bibliopolae honeſti Bremenſis, a. 1764. lucem adſpexit. Quae vtut manca eſſet aliisque laboraret naeuis: tamen vidi, operam meam non omnino displicuiſſe viris eruditis, ita vt nonnulli doctores libellum, forſitan illius breuitate adducti, in ſcholis ſuis explicarent. Factum igitur eſt, vt, monente librario, a. 1773. nouam pararem editionem. Hanc quidem, quantum permiſerant anguſtiae temporis rerumque, multis locis auctiorem atque emendatiorem reddere ſtudui, atque in praefatione meam me mentem, et quae deeſſent, aut quae cum primis in hiſtoria editionum critica contexenda, amplius praeſtanda et corrigenda viderentur, ſatis declaraſſe arbitror. Diuenditis etiam huius

editionis exemplaribus, ſuperiore anno bibliopola per litteras ſtudium meum excitauit ad tertiam curandam editionem.

Quod vero inter ea temporis ea, quae ad amplificandum emendandumque opuſculum facerent, ſedulo collegeram atque adnotaram, maioremque congeſſeram editionum ac ſubſidiorum litterariorum copiam, atque iam in duobus voluminibus meae Introductionis in hiſtoriam litteraturae romanae et ſcriptorum latinorum cum de auctoribus permultis romanis, et eorum fatis ſcriptisque aliisque rebus ac libris, in quibus vel hiſtoria illorum, vel ſenſus locorum difficiliorum vberius exponitur, memorabilibus, tum maxime de editionibus, harum hiſtoriae criticae ratione in primis habita, copioſius curatiusque diſſerere coeperam; denique, quoniam clariſſimi doctiſſimique editores auctorum veterum Bipontini in praemiſſis notitiis litterariis in hoc argumento potiſſimum ac diligenter verſari ſolent: laborem ratus fore faciliorem, ſtatim me accinxi ad opuſculum retractandum atque locupletandum. Praecipue, quod in praefatione ad alteram editionem in me receperam, animum adpuli ad hiſtoriam editionum melius rectiusque ordinandam latiusque explicandam. At multo difficiliorem opinione futurum eſſe laborem,

ſtatim

ſtatim in limine animaduerti. Suſcepto tamen atque inchoato opere, reliqua, quae in manbus eſſent, dimiſi, et plurimum temporis in illo continuando profligandoque collocaui.

Ordinem quidem ſeruandum, et breuitati inſeruiendum eſſe duxi; quia non nouum opus ſed repetita editio fieri debuit. At tamen permulta eſſe immutata, aut melius explicita, latiusque expoſita, multa adiecta, haud paucorum ſiue obſcurae memoriae ſiue nobilis nominis hominum, quorum nullam mentionem in prioribus inieceram editionibus, et aliarum rerum dignarum memoratu, notitiam eſſe inſertam, in primis hiſtoriam editionum vtiliore, quantum fieri poterat, ratione eſſe contextam, ex comparatione huius editionis cum ſuperioribus et ex ipſo numero plagellarum aucto clare adparebit.

In hiſtoria tamen editionum concinnanda nolui plenum omnium et ſingularum indicem dare; quod quidem nec neceſſarium videbatur, nec, ſi capita familiarum harumque cognationes rite et ad vtilitatem atque incrementum litterarum efficaciter indagari et oſtendi debent, ab vno homine effici poterit. Neque vidi, vllum hominem, vel litteratiſſimum, qui multum temporis operaeque vni auctori eiusque hiſtoriae addixerat, adeo felicem

 fuiſſe,

fuiſſe, vt omnes illius editiones haberet cognitas, et vero oculis manibusque vſurparet, nec plures, eaeque vel a raritate vel ab vtilitate vſuque critico commendabiles, illius aciem atque ſedulitatem effugerent. Quanto minus licet alicui gloriari aut opinari, ſibi vni contigiſſe, vt cunctas editiones tot latinorum auctorum, quot in hoc opuſculo nominantur, non dicam, colligeret, ſed videret aut, ſcientia illarum vndecunque hauſta, enumerare poſſet. Quare ad hanc potius operam plurimum ſtudii curaeque conuerti, vt tum editionum principum et antiquiſſimarum, nec non rariorum notitiam pararem mihi, easque, magnam certe partem, indicarem; tum in primis aetates editionum ſiue nouarum recenſionum, ex quibus aliae fluxerunt, argumentis, quantum fieri potuit, probabilibus aut aliorum auctoritate ductus conſtituerem. Nam certas et indubitatas omnium claſſes veluti moliri ac deducere, atque, quid ſingulae habeant peculiaris et noui, aut quid vni alterique, quae aetate praeceſſerat, debeant, et vnde omnino manauerint, ſine vllo erroris fraudisque metu inueſtigare atque definire, id plane ſuperat vires humanas. Atqui, is, qui, ſe id praeſtitiſſe, aut negotio perficiendo parem eſſe futurum, in animum inducit ſuum, nae! non nouit humanam infirmitatem et cam-

campum huius litterarum generis ampliſſimum: neque a temeritatis ſtolidaeque arrogantiae ſuſpicione vacuus a prudentibus rerumque intelligentibus iure exiſtimabitur. Cuius vires aetasque pares erunt et ſufficient, ſingulis plurimarum, nedum omnium editionum familiis earumue originibus et ſoboli ſollerter inueſtigandis, diligenter excutiendis atque ex ordine componendis, vt de ſingularum fide, pretio atque propagine tutum ferre poſſit iudicium; maxime quum primi et antiquiores editionum conditores de libris editis ſcriptisque, quos ſequuti eſſent, parum aut nihil, quod multum iuuaret, dixiſſent, nec raro in fronte libri aut praefatione operam ſuam plus aequo veroque iactitaſſent. Etenim eos nihil aut parum noui meliorisque interdum adtuliſſe, a me aliisque crebro animaduerſum eſt. Immo vero nonnulli nimia ingenii fertilitate et audacia, aut oſtentatione abrepti, orationem verbaque auctoris contaminarunt potius, quam vt ope codicum egregiorum aut acie atque ſubtilitate iudicii a foedis ſiue antiquae ſcripturae ſiue tardorum librariorum aut editorum maculis purgaſſe iure dicerentur. Haud raro quidem tantum opus eſt comparatione exemplarium per aliquot folia plagellasque, ad cognoſcendum, num aliqua editio ducat familiam, an filia ſit alicuius, aetate maioris.

At tum quoque familiaritas quaſi cum antiquioribus et aperte claſſicis exemplis antea contrahenda eſt, et ſtemma quoddam editionum ducendum. Fac vero, aliquem ſumma illarum copia otioque abundare: quis adeo ferreus erit, vt ingratum illum optimamque vitae partem abſumturum laborem ſuſcipiat? Ex his igitur, quid in enumeratione editionum et claſſium praeſtare potuerim atque polliceri, aequus lector facile intelliget. Atque ego fateor, me Erneſto ad Fabricii bibliothecam latinam, nonnullis doctioribus editionum, praecipue recentiorum curatoribus, et doctiſſimis Bipontinarum editionum conditoribus plurimum debere. Neque vero hos, ſumma licet adhibita ſollertia, plenum adcuratumque omnium editionum catalogum confeciſſe, neque vbiuis certiſſimas aetates fixiſſe, (quod quidem omnino poſcere, aut illos ea de cauſſa, neſcio cuius? vitii incuſare, iniquum foret atque importunum,) aliquoties animaduerti. Sic de Lucani, Perſii, Curtii, Melae, in quo multa reſtant emendanda, et doctum ſpecimen dedit clar. *Kirſch* in Lectionis Gronou. atque Reinold. in aliquot P. Melae locis συγκρισει, Hoff. 1784. aliorumque editionibus, harumque familiis multo aliter iudicandum eſſe, deprehendi, ac illi fecerant. Quos errores *Laire* in Specimine typographiae

phiae romanae XV. ſaeculi commiſerit, et quam largam meſſem reliquerit aliis, a cl. *Schwarzio*, in Litterariſchen Muſeum, tom. II. pag. 544-582, a cl. *Lengnichio* in Neuen Nachrichten zur Bücher- und Münzkunde, tom. I. part. I. pag. 1-105. atque ab *Audiffredo* in Catalogo hiſtorico-critico romanarum editionum ſaeculi XV. abunde eſt commonſtratum. Qua propter, quod in tanta librorum copia et primarum editionum raritate fieri poteſt ſoletque, hinc inde vel ab Erneſti et reliquorum disceſſi iudiciis, vel notitiam exemplorum, illis incognitorum, cum ex meo exiguo librorum adparatu, tum maxime ex *Audiffredi*, *Pinelli*, illuſtriſſimi *Comitis de Keviczky*, *Crevennae*, *Seemilleri*, *ducis de la Valliere* aliorumque catalogis, *Burii* bibliographia, quae dicitur, inſtructiua, et aliis ſubſidiis litterariis, pag. 23. ſqq. a me commemoratis, (*Würdtweini* Bibliothecam Moguntinam *) ad manus non habui,) multis locis intexui. Nec pauca, quae in Introductione in notitiam litteraturae romanae etc. olim ſcripſeram, in

*) Bibliotheca Moguntina libris ſaeculo I. typographico Moguntiae impreſſis inſtructa, hinc inde addita inuentae typographiae hiſtoria a *Stephano Würdtwein*, Epiſcopo Heliopolenſi, Suffraganeo Wormatienſi. Auguſtae Vindel. 1787. 4.

breuiore hac notitia correxi aut locupletaui. Nam dies diem docet. Atque ſi opus eſſet, nec a conſilio atque inſtituti ratione alienum, (quippe qui iam profeſſus ſim, me noluiſſe catalogum plurimarum, nedum cunctarum dare editionum,) ſupplementa poſſem noua conſcribere et ſpicilegium congerere. Pauca tamen exempla e multis adferam. In Bibliotheca Hulſiana, vol. III. pag. 258. n. 3956. editio, quae Maittario, Erneſto et editoribus Bipontinis fuit incognita, ſic indicatur:

Ciceronis Quaeſtiones Tuſculanae cum commentario Phil. Boroaldi, (*Beroaldi*) *Bononiae per Ioan. Bentiuolo* 1496. fol.

Cel. *Lengnich* in Beyträgen zur Kenntniſs ſeltener und merkwürdiger Bücher, part. II. pag. 86 ſq. vbi librorum rariorum, qui in bibliotheca Hulſiana occurrerunt, epitomen dedit, dubitat de fide ſcripturae et nomine typographi. Atque iure dubitat vir doctiſſimus: at *Io. Bentiuolus* non fuit typographus, ſed ſummus ciuitatis Bononienſis magiſtratus; atque *Benedictus Hectoris impreſſiſſe* dicitur: Auctor vero illius catalogi Hulſiani fugitiuo quaſi oculo inſpexiſſe videtur libros, et, quod ſaepius factum eſt ab eo, errauit: quod, quoniam ipſe illam editionem raram nuper demum acquiſiui, poſſum adfirmare. Primi autem folii haec eſt inſcriptio:

Commen-

Commentarii queſtionum Tuſculanarum editi a Philippo Beroaldo.

Tum in altero folio ſequitur epiſtola nuncupatoria: *Philippi Beroaldi Bononienſis, ad nobilem Philippum Cyulanum Pannonium diſcipulum ſuum Epiſtola.* quae nihil niſi laudes continet. Hanc excipiunt Ciceronis quaeſtiones Tuſculanae, Beroaldi commentariis, quales hodie conſcribere licitum non eſt, ſed illa aetas tulit, potuitque tolerare, amplis ſtipatae. In fine illorum ſcribit Beroaldus: „Habes, mi Philippe, commentarios tuſculanarum quaeſtionum totidem a me menſibus, quot libris conſtant, pro virili parte exactos elucubratosque, ſingulis nempe quaeſtionibus ſingulos menſes impendimus.“ In calce vero haec leguntur, e quibus error cognoſcitur et corrigi poteſt:

Cõmentarios hoſce qõnũ tuſculanaꝝ a Philippo beroaldo diligẽnter cõpoſitos: impſſit Bũdictus Hectoris Bonoñ. *adhibita ꝑ uiribus ſolertia et diligentia ne ab archetypo aberraret. Bonoñ. Anno ſalutis. 1496. 6. Kal. Auguſtas.* Joanne Bentiuolo reipublice Bonoñ. habenas foeliciter moderante.

Confer, quae paullo poſt de editione Bononienſi Suetonii dicentur.

Atque

Atque quoniam in tempore, at poſtea demum quum maxima huius libelli pars typis iam eſſet deſcripta, *tertius faſciculus* operis *Seemilleriani:* Bibliothecae academiae Ingolſtadienſis Incunabula typographica etc. Ingolſtadii 1789. 4. in manus venit meas, ex eo iuuat quasdam editiones, plurimis bibliographorum incognitas, hic ſpicilegii inſtar, eo ordine, quo in opere illo praeſtanti copioſius recenſentur, colligere atque indicare: quamuis ſuspicer, paucas vſum praeſtituras eſſe criticum.

Pag. 31. n. 22. *Virgilii Opera cum commentariis Seruii Mauri Honòrati grammatici. Brixiae per Iac. Britannicum Brixianum.* 1485. fol. At non incognita fuit Burmanno atque cel. Heynio, quem de Virgilii editionibus, ad h. a. pag. LXXXII. conferes.

Pag. 33. n. 25. *Caii Criſpi Saluſtii hiſtoria de coniuratione Catilinae, item de bello Iugurthino. Venetiis per Bernardinum Benalium.* a. 1485. fol. min.

Pag. 35. n. 30. *Perſii Satyrae cum commentario Bartholomaei Fontii. Venetiis per Antonium de Baſſibobus.* a. 1485. min. fol. (Sed Maittairio nota fuit et cl. *Lengnich* ex catalogo bibliothecae Hulſianae memorat illam in Beyträgen zur Kenntniſs ſeltener und merkwürdiger Bücher, part. II. pag. 120.)

Pag.

Pag. 36. n. 31. *Ciceronis opuſcula 1) de Fato, 2) Topica, 3) de Vniuerſitate cum commentariis Georgii Vallae. Venetiis per Antonium de Strata Cremonenſem.* a. 1485. fol. Exempla, quae tria haec opuſcula, eiusdem characteris romani, eiusdemque chartae, iunctim continent, rariſſime occurrunt.

Pag. 46. n. 7. *Perſii Satyrae cum commentariis Iohannis Britanici Brixienſis. Per Iacobum Britannicum.* Brixiae. 1486. fol.

Ibid. n. 8. memoratur quoque edit. *Iuuenalis*, a Maittario et a me infra pag. 484. excitata.

Pag. 50. n. 15. editio *Catulli*, *Tibulli* et *Propertii* Brixienſis, 1486. (cuius ego infra pag. 215. feci mentionem,) curatius deſcribitur.

Pag. 57. n. 28. de principe *Lucretii* editione Veronenſi 1486. fol. copioſe agitur.

Pag. 65. n. 37. *Horatii opera cum commentariis Chriſtophori Landini Florentini. Venetiis, per Bernardinum de Tridino.* 1486. fol.

Pag. 88. n. 25. editio *Scriptorum veterum de re militari*, Vegetii, Frontini, Aeliani et Modeſti, Romana, 1487. 4. (vide infra pag. 419.) latius et diligenter deſcribitur.

Pag. 90. n. 28. *Ioan. Sulpitii Verulani commentariolus in Quinctiliani partem* etc. (vide infra p. 391.) curatius indicatur.

Pag. 102. n. 18. Rariſſimis exemplis adnumeranda editio deſcribitur: *Caii Suetonii Tranquilli de vita XII. Caeſarum. liber primus incipit.* Bononiae per Platonem de Benedictis, 1488. fol. In prima pagina vltimi folii primum quidem legitur ſequens ad lectorem monitum: *Quicunque Tranquillum emendatiſſimae lectionis habere cupis: hunc eme: et ſecurus abi. Nam Simon paſqualis Jodertinus (veſtrum ardulides delitium) accurata id egit emendatione: vt quod impediat legentes iam fruſtra hic perquiratur. quare vel ex hac impreſſione vnum habeas vel nullum emendatum quaeras.* Tum alia ſequitur notitia: *Opus hoc exactum et impreſſum eſt Bononiae diligentiſſime per me Platonem de Benedictis ſtampatorem, eiusdem ciuitatis ciuem. Anno ſalutis M.CCCC.LXXXVIII. ſeptimo calendas Martias Ioanne Bentiuolo Bononienſis Senatus principe.*

Pap. 116. n. 36. *Epiſtolae aliaque opera minora S. Hieronymi in tres partes ſecundum materias diſpoſita a Theodoro Lelio Auditore apoſtolico. Venetiis per Andream de Toreſanis de Aſula 1488.* II. voll. fol. magn.

Quomodo conueniat cum editione *Hieronymi Epiſtolarum* etc. Veneta 1476. de qua idem *Seemillerus* in primo faſciculo,

pag.

pag. 89. diſſeruit, equidem definire non poſſum.

Pag. 122. nr. 42. *Marci Valerii Martialis Xenia, ſeu Epigrammatum liber XIII. Accedunt eiusdem Apophoreta ſeu Epigrammatum Liber XIV. Lipſiae per Mauritium Brandis.* 1488. 4.

Leichius in opere de Origine et incrementis typographiae Lipſienſis de illa editione nihil adtulit.

Pag. 147. nr. 38. *Publ. Ouidii Naſonis Faſtorum Libri ſex cum commentariis Antonii Conſtantii Fanenſis. Romae per Eucharium Silber, alias Franck.* 1489. fol. — coll. *Audiffredi* Catalogo edition. rom. ſaec. XV. pag. 289.

Pag. 171. n. 72. *Aurelii Auguſtini opuſcula plurima. Argentinae per Martinum Flach.* 1489. min. fol.

Pag. 174. n. 161. *P. Ouidii Metamorphoſis cum integris ac emendatiſſimis Raphaelis Regii enarrationibus et repraehenſione illarum ineptiarum; quibus vltimus Quaternio primae editionis fuit inquinatus.* Venetiis per Bernardinum Benalium. in fol. ſ. a.

Haec eadem eſſe videtur editio, quam infra pag. 284. ex Pinelli catalogo protuli. At ex curatiore cl. *Seemilleri* deſcriptione cum annus, quo lucem adſpexerit, definiri, tum id, quod de editione a. 1493. ſcripſi, emendari poterit. Raphael Regius in praefa-

praefatione adfirmat, enarrationes ſuas in Quinctilianum et Ouidii Metamorphoſin *ſuperiori anno perfidia cuiusdam librarii*, (n. Octauiani Scoti, typographi vel potius librarii Veneti, quem ipſe Raphael in epiſtola ad Paullum Cornelium, in fine adiecta, nominauit,) ſe inſcio, emiſſas, easque, praeſertim in vltimo quaternione per malignum quemdam, vel certe fatuum mirum in modum deprauatas fuiſſe. His et aliis adnotatis ad formam huius editionis deſignandam, cl. *Seemillerus*, „Quamuis, ait, haec editio nulla anni nota inſignita ſit, haud tamen dubitandum videtur, quin anno 1494. prodierit in lucem. Nam editio ſumtibus Octauiani Scoti curata, prima illa, ſed ſpuria, inuito auctore emiſſa in lucem, prodiit Venetiis anno 1493. conf. *Orlandi* pag. 35. et *Maittairii* tom. I. pag. 561. Hanc igitur, quum *anno ſuperiore* Raphael Regius in praefatione ad Lectorem prodiiſſe adfirmet: neceſſe eſt, praeſentem hanc noſtram anno 1494. excuſam fuiſſe. [Editio igitur a. 1493. non poteſt eſſe repetitio illius, de qua ſermo eſt, et quae ſine anni mentione prodiit in lucem.] Eſt ea certe notatu digna vel hoc ſolo nomine, quod prima ſit genuina ab ipſo Raphaele Regio adornata. Meminit huius noſtrae editionis Maittaire tom. I. pag. 560. in nota 1. Adfirmat vero, eam

ad

ad annum 1493. pertinere, forte, quod epiſtola dedicatoria ſcripta ſit a. 1493. nonis Septembris. Verum anno primum 1494. noſtram prodiiſſe, et quidem ſine adiecta anni nota, patet ex hactenus a me dictis.“

Pag. 175. nr. 162. *Caii Plinii Secundi Epiſtolarum libri octo. Panegyricus Traiano Auguſto dictus. Liber de viris illuſtribus. per Antonium Moretum*, (Venet.) in 4. ſine loci et anni nota. Haec editio, bibliographis incognita, ſatis adcurate facta fuiſſe videtur cl. *Seemillero.*

Pag. 190. nr. 187. deſcribitur editio, ab ea, quam ex Audiffredo laudaui infra pag. 168. diuerſa: *C. Iul. Caeſaris oratio Veſontione - belgice ad milites habita. Ab Andrea Brentio ex ipſius Caeſaris commentariis et graecis codicibus integre latine facta.* in 4. min. ſine anni, loci et typographi nota; videtur tamen Romae excuſa. Auctor (adnotante *Seemillero,*) patria Patauinus tum Patauii, tum Romae, vbi a. 1484. obiit, humaniores litteras docuit: de eo confer. *Papadopoli Hiſtoria Gymnaſii Patauini*, tomo II. pag. 177.

Ex hoc ſpicilegio et *Deniſii* Supplemento Maittairii Annalium typographicorum, (quos quidem in conficiendo hoc

opuſculo nondum potueram conſulere,) ſit manifeſtum, quam larga ſeges ſit relicta, quot rarae aut plane incognitae, aut nondum rite excuſſae editiones lateant in vetuſtis bibliothecis, quarum tamen plenior notitia ad adcuratam editionum et contextus hiſtoriam criticam eſt admodum neceſſaria. Qui vero exempla vetuſta, quae in bibliotheca quadam ſeruantur, diligenter indicare ſolent cupiuntque, illi ſtudium ac laborem criticorum et litteratorum poſſunt mire facilitare, ſi, quod ad graecos latinosque adtinet auctores, non tantummodo in externa editionis forma explicanda acquieſcant et vnice haereant, ſed quoque, ſi nondum ab vllo homine docto illa examinata et collata eſt, etiam ex nonnullis exemplaris cum optima aut critica auctoris editione varietate lectionis inſtructa, conferendi, foliis aut capitibus variae excerpantur lectiones, vt de vtilitate pretioque illius critico artis periti poſſint iudicare.

Forſan tamen erunt, qui me immoderatae liberalitatis in enumerandis pluribus, quam huius libelli ratio permiſerit, editionibus reliquisque, quorum feci mentionem, libris libellisque adcuſent damnentque; neque, tanta iudiciorum partiumque diuerſitate, mirabor: multo minus dicam cuiuis

cuiuis ſcribam. Ego vero eo conſilio fui copioſior, vt et doctores, ſi qui in ludis inferioribus et gymnaſiis, praecipue in litterarum vniuerſitatibus, hoc libello, tamquam filo, in ſcholis ſuis litterariis vſuri ſunt, de pluribus editionibus, quas e bibliothecis ſiue publicis ſiue priuatis auditorum queant oculis ſubiicere, earumque ortu vſuque plenius curatiusque disputandi haberent occaſionem nec diu alia ſubſidia inueſtigare cogerentur, et iuuenes editiones rariores melioresque mature noſcere, vnoque veluti obtutu ſeriem illarum videre atque contemplari, aut, vnde proficiant, facile comperire et diſcere; alii vero litterarum latinarum et critices amantes in itineribus litterariis hunc breuem libellum commode ſecum portare, eoque acui poſſent ad inquirendas meliusque cognoſcendas veteres ac editiones potiores. Nam conſtat, ſummos criticos ſuperioris et vero multos noſtri ſaeculi de hiſtoria editionum critica parum ſollicitos, in exempla, vetuſta quidem, at parum fida adcurataque, nulla aetatum ratione habita, incidiſſe, vmbram pro Iunone ſaepe amplexos eſſe, et lapſos, aut noua, quae ipſis viderentur, excogitaſſe, meliore lectione in alio exemplari ſeruata. Denique cogitaui, iuniores, (nam veteranis et heroibus litteratis haec non ſcribo, eorum tamen monita atque correctiones iuuabunt

litterarum romanarum ſtudium,) qui in auctore quodam latino edendo vires ingenii periclitaturi ſunt, hac ratione opportuna bene iuuari et adduci poſſe, ad fontes ipſos inquirendos, ad potiores atque claſſicas editiones earumque familias citius noſcendas et eas, ſi poteſtas dabitur, ſtudioſius colligendas comparandasque atque ipſam hiſtoriam auctoris illius atque editionum criticam meliorem concinnandam. Sic, vt vnicum adferam exemplum, exemplaria *Quinctiliani* Inſtitution. orator. antiquiora nondum rite ſunt in claſſes reducta, multo minus legitime excuſſa atque collata ad lectiones veras vbique ſtabiliendas. Hac vero ratione, coniunctis viribus, ſperandum eſt poſteritati, fore vt certior hiſtoria editionum critica aliquando conſcribi poſſit. Easdem ob cauſſas, ſi vel eorum exemplarium, quae in manibus habui, notitiam vberiorem in aliis reperi libris, hos lubenter crebroque laudaui; nec non, vbi vel de auctore quodam, vel de illius libris, vel de ſingulis locis fuſius eſt disputatum, frequenter commemoraui, ad eosque ablegaui harum litterarum cupidos.

Ne vero opuſculum laboraret mole, ſummam adhibui breuitatem: in continuatione vero Introductionis in hiſtoriam litteraturae romanae, id quod plures viri docti tum laudarunt, tum, vt adhuc copioſior eſſem, ſuaſerunt, multo plures, mihi

qui-

quidem notos, libros*) excitare haud intermittam.

b 3 Atque

*) Hic tamen pauca ſupplere licebit. Theorie der Stoiker und der Academiker von Perception und Probabilismus nach Anleitung des M. T. Cicero, (cuius acad. quaeſt. libr. IV. vertit) mit Anmerkungen von M. *Io. Chriſt. Zwanziger.* Lipſiae 1789. 8. In ephemerid. litterar. Gothanis plag. 67. a. 1789. p. 583 ſqq. copioſe percenſetur ampliſſimus cel. *Schmidii* in Horatii odas commentarius, (quem quidem nondum vidi,) *Commentar über Horazens Oden* (lib. I.) *von D. Chr. Henr. Schmid*, Regierungsrath und Profeſſor zu Gieſſen. Lipſiae 1789. 8. — Ad *Perſium* oblitus ſum indicare, *Io. Iac. Breitingerum*, in Muſeo Heluetico, part. VI. Turici 1748. 8. pag. 376 ſqq. dediſſe ſpecimen futurae Perſii editionis, (quae quidem non peruenit ad maturitatem,) n. *Diatriben in verſus obſcuriſſimos, a Perſio Fl. Sat. I. citatos*, in tres partes diſtributam, in quarum prima disquirit de auctore horum verſuum et P. Baelio oppoſita eſt: in II. verſuum illorum ſenſum exponit; in III. Perſium ab ἀκρισια vindicat a G. I. Voſſio obiecta. De *Cornuto* et auctore vitae Perſii quaedam disputantur. — *D. Andr. Riuinus* in MS. reliquit: *Annae. Cornuti* — in *A. Perſii Flacci equitis rom. VI. Satyras commentaria, vna cum vita eiusdem. Studio et opera D. Andr. Riuini, P. P. poſt I. Ios. Scaliger. P. Pithoeum. Is. Caſaubonum etc. priſtinae dignitati reſtituta. Lipſiae 1644.* quod MS. poſſidet cl. *Hummel*, deſcribit, et praefationem Riuini formulis typographicis excudendam curauit in: *Neue Biblioth. von ſeltenen und ſehr ſeltenen Büchern* part. III. p. 359 ſqq. et IV. pag.

Atque eamdem ob cauſſam parcior fui in recenſendis atque enumerandis verſionibus. Equidem memini, quemdam ſuperioris editionis cenſorem, deſiderare illarum indicem. Non damno eius conſilium: cui tamen ſi obtemperaſſem, mirum quantum creuiſſet libri moles. Alias equidem haud adeo difficili negotio ingentem illarum numerum exhibere potueram. Namque non deſunt fontes et riuuli, e quibus commode hauriri poſſit. Praeſtat vero nonnullos, quos earum cupidi adire poſſunt, hic indicare.

De *germanicis* igitur latinorum ſcriptorum verſionibus de induſtria egerunt auctores vtilis libri: *Beyträge zur kritiſchen Hiſtorie der deutſchen Sprache, Poeſie und Beredſamkeit, herausgegeben von einigen Mitgliedern der deutſchen Geſellſchaft in Leipzic.* Lipſiae, part. I. et III. 1732. 8. et paſſim alias quorumdam auctorum verſiones recenſuerunt.

Io. Gottlieb Schummel Ueberſetzerbibliothek, zum Gebrauch der Ueberſetzer, Schulmänner und Liebhaber der alten Litteratur. Wittenberg und Zerbſt. 1774. 8. a p. 108. In quem librum ſupplementa ſcripſit Grillo in libro: Für ältere Litteratur und neuere Lectü-

pag. 484 ſq. — In: Berliniſch. Monatſchrift — M. Iul., 1789. eſt *Hegewiſchii* comm. *über den ſchriftſtelleriſchen Charakter des Tacitus.* etc.

Lectüre, vol. III. Lipſiae 1785. De verſione Aeneidos Virgilianae germanica: *Virgils Aeneis, verdeutſcht von Thaddaeus Plazzary, Profeſſor in der freyen Reichsſtadt Biberach*, II. vol. 8. 1783. vide Berl. Allgemeine deutſche Biblioth. vol. 86. part. I. 1789. Quantum vis ac venuſtatis perit in verſionibus.

De *Italicis*, *Iuſt. Fontaninus* paſſim in libro docto: Della Eloquenza italiana — Libr. III. Venet. 1734. 4. (qua quidem editione vtor,) et alii, quorum tamen merita ſuperauit *Paitoni* in:

Bibliotheca degli autori antichi greci e latini volgarizzati, che abbracia la notizia delle loro edizioni: nella quale ſi eſamina particolarmente quanto ne hanno ſcritto i celebri Maffei, Fontanini, Zeno ed Argelati. — opera librario-litterario-critica, neceſſaria a tutti i Bibliotecarj, ed vtile a tutti gli amatori della Letteratura Italiana, di Jacopo-Maria Paitoni C. R. Somaſco, in Venezia 1774. 4. V. tom.

De *Gallicis* conſuli poſſunt Catalogue des Livres imprimés de la Biblioth. du Roi, et Abb. *Goujet* in Bibliotheque Françoiſe.

Praeter ea in *Eduard Harwood* Ueberſicht verſchiedener Ausgaben der griechiſchen und römiſchen Claſſiker — überſetzt aus dem Engliſchen von *Franz Carl Alter*, Wien 1778. in Catalogo della libreria *Capponi*,

poni, in Bibliotheca *Firmiana*, in Catalogo bibliothecae *Thottianae*, tom. IV. Bibliothecae *Bunauianae*, vol. I. etc. paſſim et frequenter indicantur verſiones variarum gentium ac linguarum.

Inter ea ne vel in hoc litterarum genere omnino deeſſe viderer aliorum ſtudiis ac voluntati, recentiores, aut memoria dignas, praeſertim eas, quibus vel textus auctoris latinus vel adnotationes adiunctae ſunt, crebro, at paucis, commemoraui.

Ex his, credo, et conſilium, quod in ſuſcipiendo conficiendoque hoc opuſculo ceperam, et rationem, quam in continuando ac profligando labore tenebam, L. B. facile perſpicies. Neque vero laudabis animum et operam meam, neque culpabis et damnabis, niſi cauſſa cognita, et difficultatibus, quibus quilibet in hanc arenam deſcendens impediri ſolet, aequo animo conſideratis.

Quum autem in eo eſſet, vt opuſculum, hac ratione retractatum atque abſolutum, praelo ſubiiceretur, contigit, vt, conſentiente priſtino operis redemtore, ad alium librarium perveniret ius ac poteſtas nouae huius editionis formulis typographicis deſcribendae. Quo factum eſt, vt moram acquirerem ad plura colligenda, et ſpatium mihi daretur, ad multa capita, praeſertim ab initio, augenda inſigni-

ſigniter. Quod ſi ſtatim ab initio laboris ſuſcepti ita euenturum ſciuiſſem, totum libelli ordinem, multaque alia mutaſſem. Quoniam vero opuſculum ſerius ac praeter opinionem ad nouum dominum, qui ſumtus praeberet, venit; aliam tamen et, ſpero, commodiorem eius inſcriptionem delegi. Quidquid autem hoc libelli eſt, qualecunque habe TIBI L. B. vale, et vt, operis quum praeeſſe non potuerim, cum ab illis tum a me ipſo profectos errores *) comiter corrigas, mihi-

*) Quosdam, in quos fere indici, hic indicabo.

Pag.	31	lin.	1	lege	*hos.*
—	33	—	4	—	*adſeruit.*
—	46	—	14	—	*Aſcenſius.*
—	ib.	—	21	—	*Dalechampius.*
—	60	—	6	—	*puritate.*
—	65	—	5	poſt *eſt*	comma pone.
—	82	—	26	lege	*Viterbiens.*
—	114	—	14	—	*Aa.*
—	121	—	vlt.	—	*Catalog.*
—	122	—	22	—	*Fol. edidit.*
—	132	—	22	—	*Quarta aetas.*
—	137	—	14	—	*ſubſequentur.*
—	139	—	17	—	*Sublacenſi.*
—	140	—	5	—	*tum*
—	158	—	vlt.	—	*reipubl.*
—	454	—	26	—	M. CCCCCXXII.

Quae plura ſuperſint operarum peccata, (nam neque ego omnia recognoſcere potui, necdum plagulae omnes praelum reliquerunt, dum haec ſcribo,) ea ipſe corrigas velim.

mihique faueas, oro TE rogoque obſeruantiſſime. Scripſi, Erlangae ipſis nonis Septembr. clↄ Iↄ CC LXXXVIIII.

THEOPHIL. CHRISTOPHOR.
HARLES,

SERENISS. MARGGRAVII ONOLDBARUTINI A CONSILIIS AULICIS,
P. P. O. RHETORICES
AC POESEOS etc.

PROLE-

PROLEGOMENA.

PROLEGOMENA.

SECTIO I.

§. 1.

Quum lingua latina ſiue romana olim maxime floruiſſet, eiusque vſus atque dignitas etiamnum varias ob cauſſas pateat latiſſime: haud mirandum eſt, a multis ſaeculis non paucos exſtitiſſe, qui vel de illius linguae origine atque viciſſitudinibus exponerent, vel de ſcriptoribus latinis iudicarent, vt iam *Cicero* potiſſimum in Bruto, et *Quinctilianus* in Inſtitution. oratoriis, praecipue libro X. fecerant, vel illorum vitam ſcriptaque atque editiones modo fuſius modo ſtrictius, tum modo ſeparatim, modo iunctim perſequerentur, vel linguae ipſius praeſtantiam, vtilitatem atque neceſſitatem vindicarent ab aliorum iniuria et calumniis, aut veterum, quae ſuperſunt, monumentorum intelligentiam atque interpretationem varia ratione variaque fortuna iuuarent.

 Antea

Ante omnia tamen tenendum eſt, linguam *latinam* et *romanam* proprie et ab initio non fuiſſe vnam eamdemque; ſed priorem in Latio vsque ad ſublatam poteſtatem regiam fuiſſe in vſu, eiusque ſcripturam, formam atque indolem adhuc cerni in reliquiis XII. tabularum legum; poſteriorem vero poſt id temporis accepiſſe quaſi ciuitatem et latiſſime regnaſſe, diuiſam in ſermonem *ruſticum*, *vrbanum* et *peregrinum*. conf. *Morhof.* de Patauinitate Liuiana cap. VI. ſqq. *Io. Gerh. Pagendarm* diſſ. de lingua romana ruſtica, Ienae 1735. 4. *Chriſtoph. Auguſti Heumanni* progr. de orationis latinae idiotiſmis, ſiue de latinitate plebeia aeui Ciceroniani: in eius Poeciles tom. III. pag. 307 — 324. *Chriſtiani Dan. Beckii*, V. C. carmen dotis monumentum linguae romanae ruſticae antiquiſſimum, Lipſiae 1782. 4.

Hic quidem neque opus videtur neque vacat, omnes recenſere, qui vel hiſtoriam L. L. vel vitam ſcriptorum latinorum expoſuerunt, vel de horum diſſeruerunt operibus editionibusque. Quare primum quosdam tantummodo enumerabo, qui in hoc genere ſiue latius ſiue diligentius verſati ſunt, et copioſius enarrarunt hiſtoriam.

Melchior Inchoferi hiſtoriae ſacrae latinitatis libri VI. lectiunculis exquiſitis iucundisque narrationibus animum relaxantes. Monachi 1638. 8. recus. Pragae 1731. 8. Auctor, qui

qui multa ſollerter, minus autem venuſte diſputavit, tanto L. L. amore abreptus eſt, vt contendere haud dubitaret, beatos in coelo latine loquuturos; Chriſtum interdum vſum ſermone latino, et latinam linguam eſſe principum apoſtolorum ſacram.

Daniel Georg Morhof in Polyhiſtore literario philoſophico et practico tom. I. lib. IV. cap. 19. hiſtoriam L. L. illiusque diſcendae ſubſidia, tum ipſum recenſum auctorum latinorum, propoſuit, neque tamen plene abſolvit.

Primas lineas duxit *M. Io. Georg Frickius* in diſſ. Initia eruditionis apud Romanos. Altdorf. 1728. 4.

Multo plura et meliora praeſtitit *Io. Georg. Walchius*, Theologus quondam Ienenſis cel. in: *Hiſtoria critica latinae linguae.* Editio tertia, iterum multis acceſſionibus aucta. Lipſiae 1761. 8. Copioſus et diligens eſt, et docte diſſeruit de L. L. origine fatisque, de auctoribus latinis, eorumque editionibus, de praeſtantia L. L. et ſubſidiis ad facultatem illius comparandam etc. multa tamen reliquit futuro editori ſupplenda.

Latius tamen verſatus eſt in explicanda linguae latinae, in primis monumentorum veterum ac ſcriptorum, quorum vel opera aut maiora minorave fragmenta ſuperſunt, vel memoria tantum nominis, hiſtoria, nec raro extra oleas vagatus eſt *Io. Nicolaus Funccius*,

 Profeſ-

Profeſſor quondam in vniverſitate Rintelienſi doctus et admodum ſedulus. Ille enim, ſumma diligentia adhibita, in pluribus voluminibus omne ſpatium litteraturae romanae emenſus fata L. L. ab eius ortu vsque ad interitum per aetates fixas deſcribere ſuſtinuit: ſed interdum ad aliena, licet amoena loca, digreſſus, editiones neque adcurate pleneque, neque, quod tamen praecipuum fuiſſet, critice recenſuit. Inſcriptiones ſ. argumenta ſingulorum voluminum paucis indicabo. 1) *De origine L. L. tractatus*: Gieſſae et Francof. 1720. 4. — 2) *De pueritia L. L.* — ad vsque bellum Punicum ſecundum. — Marburgi Cattorum 1720. 4. — Vterque tomus iterum prodiit auctior et emendatior, atque inſcriptus, *de Origine et pueritia L. L. libri II. accedit ſpicilegium litterarium et index.* Marburgi Cattor. 1735. 4.

Quod *Balthaſar Branchu*, ICtus Lugdunenſis Bat. in Obſeruationibus ad ius romanum, Lugd. Bat. 1721. 8. cap. X. plura monuerat contra Funccium: hic defendit ſuam operam in *Spicilegio, quo recta probatur legum decemuiralium reſtitutio contra V. Cl. Balth. Branchu et tractatus de pueritia L. L. vindicatur.* Marburgi 1723. 4.

— 3) *De adoleſcentia L. L.* — a bello Punico II. vsque ad Ciceronis aetatem. Marburgi Catt. 1723. 4.

Prae-

Praemiſſum eſt programma, in cuius §. 8. recenſentur auctores, qui L. L. hiſtoriam concinnarunt.

— 4) *De virili aetate L. L.* — a temporibus Corn. Sullae et Ciceronis ad Octauiani Caeſaris Auguſt. obitum. Pars I. 1727. 4. pars II. 1730. 4. Marburgi Cattor. — 5) *De imminenti L. L. ſenectute* — ab exceſſu Caeſaris Octauiani Aug. ad principatum vsque Hadriani imperatoris. — ibid. 1736. 4. — 6) *De vegeta L. L. ſenectute* — ab exceſſu Traiani vsque ad principatum Honorii imperatoris. — Marburgi Catt. 1744. — 7) *De inerti ac decrepita L. L. ſenectute* — ab vrbe Roma ſaeculo ineunte quinto a Gothis expugnata vsque ad Caroli M. imperatoris obitum. — Lemgou. 1750. 4.

Huc quoque referri poſſunt *Chriſtiani Falſteri* cogitationes variae philologicae tripartitae. — Lipſiae et Flensburgi 1719. 8. rec. atque inſcriptae, *Amoenitates philologicae*, Amſtel. 1729. 8. — atque eiusdem *Falſteri quaeſtiones romanae*, ſiue idea hiſtoriae litterariae Romanorum — — quam claudunt memoriae obſcurae clariſſimorum quorundam ingeniorum et monumentorum apud Romanos. Sumtibus autoris. Lipſiae et Flensburgi. 1718. 8. —

Io. Adam Weber, Einleitung in die Hiſtorie der lateiniſchen Sprache — in chronologiſcher Ordnung — Chemnitz 1736. 8.

M. Conrad Nahmmachers Anleitung zur kritiſchen Kenntniſs der lateiniſchen Sprache. Leipzig 1768. 8.

Alii de ſcriptoribus latinis eorumque operibus et hisce ſiue ſcriptis ſiue editis vel generalem dederunt notitiam, vel de ſingulorum tantum claſſibus et diſciplinis egerunt, vel editiones modo ex inſtituto, modo rariores atque praeſtantiores ſparſim recenſuerunt aut tantum indicarunt. Quorum omnium quia tanta eſt copia, vt vel eorum enumeratio ab inſtituto noſtro aliena videatur, potiores tantum excitare iuuabit. Agmen igitur ducat *Gerhardus Ioannes Voſſius.* Hic vir quondam doctiſſimus in variis libris, iunctim poſtea collectis in eius *Operibus*, Amſtelod. 1697. fol. tom. III. veterum vt Graecorum, ita quoque Romanorum aetatem definiuit, ingenii atque eruditionis monumenta excitauit, obſcurorum renouauit memoriam, et varia ratione litteraturam utriusque linguae illuſtrauit.

G. I. Voſſius de veterum poetarum temporibus libri II. qui ſunt de poetis graecis et latinis. Amſtel. 1662. 4.

— — de logices et rhetorices natura et conſtitutione. Hagae Comitum. 1658. 4. libr. II. cap. 13 — 15. de rhetoribus atque oratoribus romanis.

— — de hiſtoricis latinis libri III. editio altera, priori emendatior et duplo auctior. Lugduni B. 1651.

In

In hosce Voſſii libros notas atque animaduerſiones ſcripſit *Chriſtophor. Sandius.* Amſtel. 1677. 12. atque *Io. Halleruodius* ſpicilegium de hiſtoricis latinis: quos aliosque libellos eiusdem argumenti iunctim edidit *Io. Alb. Fabricius* atque inſcripſit: Supplementa et obſeruationes ad Voſſium de hiſtoricis graecis et latinis &c. Hamburgi 1709. 8. — Ad illuſtrandam amplificandamque Voſſianam operam pertinent quoque *Diſſertazioni Voſſiane di Apoſtolo Zeno, cioè Giunte e Oſſervazioni intorno agli Storici Italiani che hanno ſcritto latinamente, rammentati dal Voſſio, nel III. Libro de hiſtoricis latinis.* In Venezia, tomo I. 1752. tom. II. 1753. 4.

Voſſii veſtigia preſſit polyhiſtor ille Hamburgenſis *Io. Albert. Fabricius*, edendo *Bibliothecam latinam, ſiue Notitiam auctorum veterum latinorum, quorumcumque ſcripta ad nos peruenerunt, diſtributam in libros IV.* Hamburgi 1697. 8. repet. indice editionum aucto, Londini, 1703. 8. (in titulo libri promittitur Procli philoſophi Platonici vita a Marino Neapolitano graece ſcripta, altera parte auctior et nunc primum integra, ab eodem Fabricio edita: quae tamen in meo deeſt exemplo.) — quintum recuſa eſt emendatior: acc. volumen alterum et tertium, ſupplementi

loco ſeparatim excuſum. Hamburg. vol. I. II. 1721. vol. III. 1722. 8. recuſ. Venetiis, 1728.

Id opus *Erneſti*, theologus quondam atque philologus ille Lipſienſis celeberrimus, melius ordinare coepit, egregie auxit, ſcite correxit, et hiſtoriam cum auctorum librorumque tum inprimis editionum criticam multoque praeſtantiorem concinnauit:

Io. Alb. Fabricii bibliotheca latina, nunc melius delecta, rectius digeſta et aucta, diligentia Io. Aug. Erneſti. Lipſiae tom. I. II. 1773. tom. III. 1774. 8. Multa tamen in egregio hoc opere deſiderarunt, aut ſuppleruunt viri docti, atque ego vel in hoc opuſculo quaedam a viro quondam ſummo praetermiſſa notaui. At enim quis eſt, qui vel omnia, praeſertim in tam lato vaſtoque litteraturae campo cernere, legere ac ſcire poſſit, aut eam largam faciat meſſem, vt nulli relinquatur ſpicilegium. Atque cel. *Beckius* promiſit ſupplementa ad illud opus, quae nemini non erunt grata atque exoptata.

I. Alb. Fabricii Bibliotheca latina mediae et infimae aetatis. vol. I. II. Hamburgi, 1734. vol. III. et IV. 1735. vol. V. 1736. vol. VI. poſt fata Fabricii editum a *Chr. Schoettgenio.* ibid. 1746. 8. Id opus multis naeuis laborans egregie ornauit, ſuppleuit, emendauit, atque illuſtrauit *Manſi*, cuius nouae editionis haec eſt inſcriptio:

I. A.

I. A. Fabricii, Bibl. lat. mediae et infimae aetatis cum ſupplemento Chriſtiani Schoettgenii. Editio prima italica, a P. Ioanne Dominico Manſi, Clerico regulari congreg. matris dei Lucenſi, *e MSS. editisque codicibus correcta, illuſtrata, aucta. Accedunt in fine vetera plura monumenta tum a Fabricio olim tradita, cum hic primo adiecta.* Patauii, ex typographia Seminarii. tom. I. — VI. 1754. 4.

De hiſtoria poetarum medii aeui bene meruit *Polycarpus Leyſerus*, poeſeos Profeſſor ordin. in Academia Helmſtadienſi, in: *Hiſtoria poetarum et poematum medii aeui decem poſt annum a nato Chriſto CCCC. ſeculorum. Centum et amplius codicum MStorum ope carmina varia elegantia, ingenioſa, euulgantur, emendantur, recenſentur.* Hal. Magd. 1721. 8.

Vir ille doctus amore poetarum illius aeui mire captus non ſolum vindicare ſtuduit eos ab aliorum adcuſatione, ſed etiam illorum carminum praeſtantiam aut venuſtatem, neſcio quo ſenſu ductus, nimiis extulit laudibus. Id potiſſimum fecit in diſſertatione de ficta medii aeui barbarie, in primis circa poeſin latinam. Helmſtad. 1719. 4. cui oppoſita eſt *Io. Frid. Bertrami* diſſ. de vera medii aeui barbarie aduerſus Polyc. Leyſeri diſſ. etc. ſubiuncta Bertrami comment. de ſingularibus Anglorum meritis in eruditionem orientalem. Halae. 1722. 4.

Ob

Ob iudicia virorum doctorum de veteribus auctoribus collecta potiſſimum commendari debet *Benjamin Hederich Notitia auctorum antiqua et media, oder Leben, Schriften, Editiones und Cenſuren der bibliſchen, und entweder noch ganz, oder auch nur in conſiderablen Fragmentis, vorhandenen fürnehmſten Griechiſchen und Lateiniſchen Kirchen- Scholaſtiſchen- und Profan-Scribenten, vom Anfange, bis auf die Inſtauration derer Studiorum.* Witteberg. 1714. 8. edit. altera auctior, (curante *Schwabio*, Prof. Lipſico) 1767. 8.

In collectione iudiciorum praeiuit iam *Thomas Pope-Blount* in Cenſura celebriorum authorum — Londini, 1690. fol. — editio noua correctior. Geneuae. 1710. 4.

Gottfried Ephraim Müllers hiſtoriſch-critiſche Einleitung zu nöthiger Kentniſs und nützlichem Gebrauche der alten lateiniſchen Schriftſteller. Dresdae 1747 — 1751. 8. V. volum.

M. Georg Chriſtoph. Hambergers zuverläſſige Nachrichten von den vornehmſten Schriftſtellern vom Anfang der Welt bis 1500. Lemgouiae. 1756 — 1764. IV. voll. 8. *Hambergerus*, inſigni ampliſſimaeque bibliothecae Gottingenſi quondam praefectus, de hominibus memoria dignis eorumque vita, aetate, (in qua definienda tabulas Koehleri chronologicas ſequutus

ſequutus eſt,) muneribusque, quibus ſi quis functus erat breuis, potiores tantum editiones, at integra libri inſcriptione repetita, ſollerter adcurateque commemorauit, et plures, qui de ſingulis copioſius egerunt, excitauit ſcriptores. Idem ille theſaurum hunc litterarium in compendium redegit, et tamen, cum primis in editionum notitia, ſaepius auxit, ſed prolegomena maxime vtilia omiſit in:

Kurzen Nachrichten von den vornehmſten Schriftſtellern vor dem ſechszehnden Jahrhundert in einem Auszug aus ſeinem gröſſern Werke. Lemgou. 1766. 8. II. voll. Equidem in prioribus huius opuſculi editionibus Hambergeri ordinem temporis et editionum indicem fueram potiſſimum ſequutus.

Leuis eſt in recenſu editionum, copioſior tamen in enarratione vitarum et iudiciis aliorum collectis auctor *Biographiae claſſicae*, primum anglico ſermone ſcriptae, Londini, 1740. 8. II. voll. deinde in linguam theotiſcam translatae: *Claſſiſche Biographie, oder die Leben und Charactere aller claſſiſchen Autoren der griechiſchen und lateiniſchen Poeten, Geſchichtſchreiber, Redner und Lebensbeſchreiber, mit einer hiſtoriſchen und critiſchen Nachricht von ihnen und ihren Schriften. Erſter Theil — berichtiget und durch einige Anmerkungen verbeſſert von Samuel Murſinna etc.* Halae Saxon. 1767. 8. — *II. Theil.* ibid. 1768. 8.

Prae-

Praeſtans eſt opus et theſaurus vniuerſae litteraturae, in quo et aetas eorum, de quibus agitur, ſumma cum cura et diligentia definitur et permulti libri, in quibus ſingulorum vel vita, vel ſcripta vberius enarrantur aut explicantur atque illuſtrantur, perpetuo laudantur, interdum recentiores, ab Hambergero aliisque omiſſae, editiones commemorantur, atque in Analectis, quae ſingulorum voluminum calci adhaerent, multa alia bona adferuntur, cuius operis duobus praecipue prioribus tomis me in hac editione multa debere, gratus profiteor:

Chriſtophori Saxii Onomaſticon litterarium, ſiue Nomenclator hiſtorico-criticus praeſtantiſſimorum omnis aetatis, populi, artiumque formulae ſcriptorum. — ab orbe condito vsque ad ſaeculi, quod vivimus, tempora digeſtus, et veriſimilibus, quantum fieri potuit, annorum notis accommodatus. — Traiecti ad Rhenum, 1775 — 1788. VI. partes. 8. Opus vero nondum abſolutum eſt: quod in compendium quodammodo redegit doctiſſ. et cel. *Ier. Nicolaus Eyring* P. P. O. in academia Gottingenſi etc. in vtili libro:

Synopſis hiſtoriae literariae, qua orientis, graeca, romana, item aliarum linguarum ſcriptis cultarum literatura tabulis ſynchroniſticis exhibetur, auctore I. N. Eyring — Gottingae, tom. I. II. et III. 1783. 4.

Bonae

Bonae frugis quoque ſunt libelli:

Introductio in linguam latinam, auctore Io. Carolo Zeunio, Prof. litter. graec. apud Witebergenſes. Ienae, 1779. 8. — et

D. I. G. Hauptmanni notitia breuior auctorum veterum Graecorum ac Latinorum, ſubminiſtrante filio M. C. S. Gu. Hauptmanno. Gerae et Lipſiae, 1779. 8.

Anzeige der griechiſchen und lateiniſchen Klaſſiker. Mit vorläufigen Einleitungen und Nachrichten von dem Schickſal ihrer Schriften, Ausgaben und Ueberſetzungen; nebſt einer Ueberſicht der Bearbeiter der geſammten Philologie, von Io. Chriſt. Friedr. Bährens, Director des neuen Paedagogiums zu Meinertshagen in der Grafſchaft Mark. Halae, 1786. 8. Paſſim tamen eget lima liber alioquin commodus.

Cel. *Io. Ioachim Eſchenburg* in *Handbuch der klaſſiſchen Literatur.* Berolini, 1787. 8. de archaeologia et litteratura romana ſtrictim quidem, at eleganter diſputat.

Introductionem in notitiam litteraturae romanae, inprimis ſcriptorum latinorum edere coepi: cuius tomus I. prodiit Noribergae, 1781. 8. tom. II. eod. anno: eiusque libri continuatio ſequetur, vt plurium virorum doctorum, quibus opellam meam haud displicuiſſe cognoui, deſiderio ac voluntati ſatisfaciam. In prolegomenis §. II. ſqq. multo plures

plures commemoraui, qui ſcriptorum latinorum vitam et doctrinas, quas profeſſi ſunt illi aut expoſuerunt, vel vniuerſim, vel ſpeciatim, modo copioſius modo breuius ſunt perſequuti. Hic tantum iunioribus harum litterarum ſtudioſis commendandi videntur libri ſeqq.

Lebensbeſchreibungen der römiſchen Dichter, von Ludwig Cruſius, aus dem Engliſchen mit Anmerkungen von Chriſtian Heinrich Schmid, Profeſſor zu Gieſsen. Halae Saxon. part. I. 1777. 8. part. II. 1778. 8.

Io. Chriſtiani Wernsdorfii diſſ. de poetis latinis ſatyricis, elegiacis, lyricis, cum veteribus, quorum ſcripta interierunt, tum recentioribus, qui medio barbaroque aeuo ſcripſerunt.

Praefixa eſt erudita illa diſp. tomo III. Poetarum latinorum minorum a viro illo celeberrimo editorum, optimo quoque plaudente.

Matthaei Aemerichii ſpecimen veteris rom. litteraturae etc. Ferrariae, 1784. II. tom. 4.

Cel. *Beckius* in opere eximio et doctiſſimo: *Anleitung zur Kenntniſs der allgemeinen Welt- und Völker-Geſchichte*, vol. II. 8. Lipſiae, 1788. de litteratura quoque romana, huius fatis et ſcriptoribus rom. eorumque libris, atque interpretibus praecipuis diligenter eruditeque agit.

Cl.

Cl. *Chriſtian Joſeph Jagemann*, in der Geſchichte der Künſte und Wiſſenſchaften in Italien, (eſt libera verſio et immutatio operis: *Storia della Letteratura Italiana* auctore *Hieronymo Tiraboſchio*,) Lipſiae, voll. I. II. et III. partes tres. 1777—1781. vt *Bayle* Dictionarium, gallice ſcriptum, opus praeſtantiſſimum, et *Adr. Baillet* Jugemens des Savans ſur les principaux ouvragres des Auteurs etc. edit. *Bernhardi de la Monnoye* etc. Amſterd. 1725. IV. voll. 4. et alia maioris minorisque molis opera praetermittam. De catalogis editionum memorabilibus paullo poſt agam.

Dignitatem atque praeſtantiam linguae latinae et ſcriptorum romanorum permulti quoque optimo iure commendarunt. Atque quam vtilis, et vero quam neceſſaria ſit cuilibet, qui nomen docti atque eruditi adſpirare et vltra plebem ſapere cupiat, adcurata linguae latinae cognitio et matura auctorum rom. lectio, firmiſſimis, credo, argumentis ab aliis iam euictum eſt atque demonſtratum. Vt communem L. L. vſum per magnam Europae cultioris partem, et infinitam copiam optimorum librorum, in omni litterarum et doctrinarum genere a viris doctiſſimis, ſermone latino conſcriptorum ſilentio praetermittam, Italia aliaeque imperii romani prouinciae protulerunt ſummos oratores, optimos hiſtoricos atque elegantiſſimos ac principes poetas, quorum vim, ſuauitatem, venuſtatem et reliquas, quae

B ſaepius

ſaepius ſentiri tantum poſſunt, orationis virtutes nulla verſio plene poteſt reddere. Ecquis ex riuulis, quam e fontibus lubentius hauriet? Summi praeterea viri a renatis litteris ex ſcriptoribus tam graecis quam latinis colorem ſuae orationis atque eruditionis, aeque ac doctrinarum ſemina laudemque duxerunt, ſuisque exemplis cum vtilitatem L. L. tum neceſſitatem interioris illius ſcientiae, et vero familiaritatis veluti cum ſcriptoribus antiquis rom. mature contrahendae ſatis ſuperque demonſtraſſe mihi videntur. Neque tamen defuerunt homines, qui ſpernerent et vſum et lectionem auctorum romanorum: et adhuc ſunt, qui lectionem illorum contemnant, atque vel e ſcholis eliminare audeant, haud cogitantes, animos puerorum atque adoleſcentulorum nondum capaces eſſe ſubtiliorum et philoſophicarum doctrinarum rite percipiendarum; tum interpretatione auctorum claſſicorum legitima prudentique et verba et res doceri, atque mature optimeque expoliri ingenium molle ac iudicium acui debere; denique, neglecto veterum latinorum ſcriptorum ſtudio eorumque ſermone, viam patefieri ad pigritiam aut ad arrogantiam quamdam atque temeritatem in iudicando non minus quam ſcribendo, et ad ipſam barbariem ſenſim ſenſimque ingraueſcentem. Atqui vt in proverbio eſt, nulla ars habet oſorem, niſi ignorantem, nec raro ipſi, qui hodie ſunt L. L. hoſtes, infantiam ſuam atque inſcitiam prodere

dere ſolent. Metuendum eſt quoque, ne contemtores linguae latinae vindictam bonarum litterarum, quae quidem interdum tarde, ſed tum eo gravius ſui contemtum vlciſcuntur, magno cum detrimento famae multaque cum moleſtia ſentiant. Iam vt vnum tantummodo proferam exemplum, diligens veterum poetarum lectio quantum conducat ad mores emendandos, maxime vero ad copiam atque vbertatem orationis, ad ingenium poliendum, et ad bene recteque iudicandum de eo, quod in litteris ſit venuſtum, elegans et adcuratum; et contra, quod ſpecioſum, quod falſum ſit atque ineptum, tam conſenſus virorum cordatiorum teſtatur, quam triſtia eorum exempla, qui nulla veterum poetarum cognitione inſtructi, nudi atque inermes iratoque Apolline ad carmina pangenda adcedant, verſibusque illepidis et malis illiniant chartam. Pro humanitatis vero ſtudiis ac poetis praeter Maioragium, Sigonium, Caſelium, Kortholtum, Rollinum, Facciolatum, Graeuium, Folietam aliosque innumeros bene et feliciter cauſſam egerunt *)

*) Conf. *Io. Georg. Walchii*, Theologi quondam Ienenſis, Hiſtoriam criticam L. L. edit. III. Lipſiae, 1761. 8. cap. III. Nubem ſcriptorum excitatam reperies in Bibliotheca latinitatis reſtitutae Conſpectu generali ac ſpeciali, in *I. Friderici Noltenii* Lexici L. L. Antibarbari quadripartiti tomo poſteriore, Lipſiae, 1768. mai. 8. et

Blackwall in libro de praeſtantia auctorum claſſicorum, latine verſo ab *Ayrero*. Lipſiae, 1735. 8.

Pet. Burmann in oratione in humanitatis ſtudia, Lugduni Batau. habita, recuſa Lipſiae, 1720. 4.

Ch. Ad. Klotz in oratione de dignitate, iucunditate et vtilitate ſtudiorum humanitatis. Ienae 1761. 4. recuſa in eius Opuſculis varii argumenti, Altenb.

Serbe in binis diſputationibus de ſcriptis poetarum, morum diſciplinis. Wittenbergae. 1759. 4.

Paulinus a S. Ioſepho, in oratione de ſtudio poetarum ad litteras et eloquentiam neceſſario, inter eius Orationes nouas XII. a *Io. Erhardo Kappio* editas, Lipſiae 1753. 8. pag. 49. ſqq.

Io. Georgius Purmannus, Gymnaſii Francofurtani Rector, in Proluſionibus quatuor de ingenio poetarum romanorum. Francofurti ad Moenum 1784. et 1785. Conferantur quoque:

De

et in Catalogo Bibliothecae Bunauianae, vol. I. pag. 641. — *Philipp Erneſt. Bertram* Entwurf einer Geſchichte der Gelahrheit etc. part. I. Halae Saxon. 1764. 8. pag. 132 ſeqq. — *Henr. Wilhelm Lawaetz* Handbuch für Bücherfreunde und Bibliothekare. Halae Sax. 1788. p. 502 ſqq.

De iniuſto ſolidioris eruditionis contemtu querelae, editae a *Io. Mart. Sommero*, Haun. et Lipſiae, 1756. 8.

De vero L. L. ſtatuendo pretio, praeſide *M. Io. Georg. Hagero* Diſp. auctore et reſpondente *Henrico Eilhard. Schroeder.* Lipſiae, 1740. 4.

Rambachii (t. t. Rectoris Quedlinburgenſis ſcholae,) Schreiben über die Frage: Ob das Leſen der Alten an dem Mangel der Original-Scribenten Schuld ſey. Quedlinb. 1765. 4.

§. 2.

Praeterito ſaeculo inter viros doctos in Galliis, Belgio, Angliaque magna acerbaque lis orta eſt, (cuius hiſtoriam ſcite texuit *Ayrer* in Commentatione de comparatione eruditionis antiquae et recentioris, ſubiuncta *Blackwalli* libri memorati verſioni,) vtrum veteres, an recentiores ſcriptores plura praeſtiterint, plus valuerint ingenio atque doctrina, laudemque mereantur maiorem. Ab vtraque parte vehementer dimicatum eſt. Abbas *Boisrobert* primus in Galliis fuit, qui auctoritatem claſſicorum auctorum, quos Graecia Latiumque tulerunt, acriter oppugnaret: a cuius partibus primum ſteterat *Sant Sorlinus* (de Saint Sorlin); dein adceſſerat *Carolus Perraltus* *)

*) Primum in carmine gallico *Le ſiecle de Louis le Grand*, 1687. deinde in libro: Le parallele des anciens et des modernes etc. Paris, 1688. IV. tom. 8.

(Perrault,) qui ſummas excitauit tragoedias: quas praeter Ayrerum l. c. pag. 261 ſqq. enarrat Auctor gallicus, (*Irail* eſſe dicitur,) in *Querelles litteraires*, quae in linguam teutonicam translatae et inſcriptae: Merkwürdigkeiten zur Geſchichte der Gelehrten und beſonders der Streitigkeiten derſelben, von Homer an bis auf unſere Zeiten, Lipſiae 1763. 8. prodierunt, part. II. pag. 242. ſqq. ſecundum teutonicam interpretationem. Nos quidem, medium tenuiſſe beatum eſſe, arbitramur: *Ioannis* vero *Harduini* ſententia, qui in libro de nummis Herodiadum, (adde eiusdem opera ſelecta pag. 343. Amſtelod. 1709. Fol.) omnium veterum ſcriptorum libros praeter Ciceronis et Plinii maioris opera; Virgilii Georgica; et Horatii Epiſtolas ac Satiras, a monachis fictos eſſe et compoſitos cenſet, neſcio, vtrum miſerationem mereatur, an indignationem. Poſt aliquot ſaecula forſan erunt, qui credant, in eius ignominiam ab alio opera eius eſſe conſcripta. Vti autem Harduinus debacchatus eſt, ac nimis ſeuerus fuit cenſor; ita alius Gallus, *de Tens*, ingenio veterum nimium tribuit. Is enim in libro: Recherches ſur l'origine des decouvertes attribuées aux Modernes, ou l'on demontre, que nos plus celebres philoſophes ont puiſé la plus part de leurs connoiſſances dans les ouvrages des Anciens, et que pluſieurs veritées importantes ſur la Religion ont été connues de ſages du paganiſme,

me, à Paris, II. vol. 8. 1766. germanice verſo, Lipſiae, 1767. nullum fere inuentum, quod ingenio recentiorum adtribuitur, non ſolum incognitum fuiſſe veteribus; ſed etiam ab iis ſedulo inueſtigatum, praeter illa, in quae caſu recentiores inciderint, artem typographicam, magnetem et microſcopia, putat, et omnia exemplis atque comparationibus explanare inſtituit. At enim in nexum veritatum, ſiue ſyſtema quoddam recentiores redegerunt diſciplinas, quas etiam vel purgarunt a multis erroribus, vel nouis egregie locupletarunt incrementis, vt de doctrina ſacra inuentisque in arte medica et ſcientia naturae vniuerſae taceam.

§. 3.

Vt vero in lectione feliciter procedamus, comparanda nobis eſt notitia non ſolum aetatis, characteris, vitae ſingulorum auctorum veterum; ſed etiam hominum recentiorum, quorum illi cura diligentiaque aut primum in lucem producti ſunt aut emendati atque illuſtrati. Quare de editionibus hic paucis agemus. In recenſendis autem et enumerandis illis vario modo viri docti verſati ſunt. Alii enim catalogum pleniorem exhibere ſtuduerunt, qualem *Funccius* in operoſis de pueritia, adoleſcentia etc. L. L. commentariis, et *Fabricius* in Bibliotheca latina concinnarunt, aut, vti *Burmannus* II. *Heyne*, *Jani*, auctores editionum

tionum Bipontinarum aliique, ſuis praemiſe-runt editionibus, aut qualem dedit *Harwood* in opere, minime critico, anglice ſcripto, dein in linguam germanicam verſo:

Ueberſicht verſchiedener Ausgaben der Griechiſchen und Römiſchen Claſſiker, mit Anmerkungen, (quae quidem adnotationes vt plurimum ſunt ſteriles atque ieiunae,) *von Eduard Harwood, der Theologie Doctor, überſetzt aus dem Engliſchen von Franz Carl Alter*, Profeſſor der griechiſchen Sprache. Wien, 1778. 8. In linguam quoque Italicam translatus eſt liber, reſectis iis, quae ſuperuacanea videbantur, et notitia editionum paſſim locupletata, *a Maffeo Pinello*: Prospetto di varie edizioni degli autori claſſici greci e latini etc. Venet. 1780. 8.

Alii in indicibus ſiue librorum rariorum et primitiarum typographicarum, ſiue praeſtantiſſimarum bibliothecarum, antiquiores aut rariores aut praeſtantiores ſcriptorum latinorum editiones ſimul commemorarunt aut vberiorem de illis confecerunt notitiam. E multis, quorum nubem excitauit *Io. Iac. Bauer*, in Bibliothecae librorum rariorum vniuerſalis tom. I. pag. 9 — 40. Noribergae, 1770. 8. paucos nominabo.

Michael Maittaire Annales typographici ab artis inuentae origine ad annum MD. Hagae Comit. 1719. 4.

Eius-

Eiusdem *Ann. typogr.* ab artis inuentae origine ad annum MDCLXIV. tom. I. pars I. II. editio noua auctior et emendatior. Amſtelod. 1733. 4. Hic tomus eſt tomi I. a. 1719. euulgati ſupplementum, ex menteque auctoris debuit eſſe quartus: at bibliopola ſponte inſcioque auctore adpellauit primum. — *Annal.* — ad ann. MDLVII. tom. II. part. II. Hagae Com. 1722. 4. — Tom. III. part. I. II. cum adpendice, ibid. 1725. 4. — Tom. V. part. I. II. indicem in tomos quatuor praeeuntes complectentes. Londini, 1741. 4.

Multos errores, qui in tam vaſtis iisque litterariis operibus euitari non poſſunt, eſſe commiſſos, multas editiones vel parum recte vel plane non recenſeri aut indicari, plures iam adnotarunt, et collegerunt ſupplementa: v. quos protuli in Introductione in Notit. litter. tom. I. proleg. pag. 34 ſq. Acerbe iudicauit de labore Maittariano *Petr. Burmannus* I. in praefat. altera ad Valerii Flacci Argonautica, pag. LXVIII. ſq. meae editionis: verecundius reſpondit Maittarius.

(Antonii Orlandi) Origeni e progreſſi della Stampa, o ſia dell' arte impreſſoria e notizie dell' opere ſtampate dall' anno MCCCCLVII. ſino all' anno MD. (Bologna, 1722.) 4.

David Clement Bibliotheque curieuſe hiſtorique et critique ou Catalogue raiſonné des

livres difficiles à trouver. à Goetting. 1751—1760. IX. voll. 4. mai.

Bibliographie inſtructive — par *Guillaume François de Bure.* à Paris, 1763. ſqq. X. voll. et II. voll. Supplement. 8.

Angeli Mariae Cardinalis Quirini liber ſingularis de optimorum ſcriptorum editionibus, quae Romae prodierunt poſt diuinum typographiae inuentum a germanicis opificibus in eam vrbem aduectum. — recenſuit, annotationes, rerumque notabiliorum indicem adiecit et diatribam praeliminarem de variis rebus ad natales artis typographicae dilucidandos facientibus praemiſit *I. G. Schelhorn.* Lindau. 1761. 4.

— Eiusdem *Quirini Specimen variae litteraturae*, quae in vrbe Brixia eiusque ditione paullo poſt typographiae incunabula florebat, ſcilicet vergente ad finem ſaeculo vsque ad medietatem ſaeculi XVI. — Pars prima poetas latinos aureae et argenteae aetatis, quos Brixiani ſcriptores illuſtrarunt, complectitur. Brixiae, 1739. 4.

Ioſ. Anton. Saxii Hiſtoria litterario-typographica Mediolanenſis ab a. 1465. ad annum 1500. nunc primum edita: praemiſſa *Phil. Argelati* Bibliothecae ſcriptorum Mediolanenſ. tom. I. 1745. fol. Alteri tomo adhaeret *Quirini* Epiſt. ad Saxium de editionibus quibusdam vetuſtis.

P. Fran-

P. Franciſci Xaver Laire, Sequano-Burgundi, Specimen hiſtoricum typographiae romanae XV. ſaeculi. Romae, 1778. 8. Multa eaque egregia ad emendandam augendamque Lairii notitiam contulit Cl. *Lengnich* in Neuen Nachrichten zur Bücher- und Münzkunde, part. I. p. 1 — 105. Pluries caſtigauit Lairii errores.

I. Baptiſt. Audiffredus in libro praeſtanti: *Catalogus hiſtorico-criticus romanar. editionum ſaeculi XV.* in quo praeter editiones a Maettario, Orlando, ac P. Laerio relatas, et hic plerumque plenius vberiusque deſcriptas plurimae aliae, quae eosdem effugerunt, recenſentur ac deſcribuntur: non paucae contra ab eodem P. Laerio aliisque memoratae exploduntur, varia item ad hiſtoriam typographicam et bibliographicam pertinentia nunc primum pertractantur. Romae, 1783. 4. mai.

Die Merkwürdigkeiten der königlichen Bibliothek zu *Dresden*, ausführlich beſchrieben und mit Anmerkungen erläutert, (von D. *Ioh. Chriſtian Götze*,) Dresdae, 1744. 4. mai. III. vol.

Catalogus Bibliothecae Bünauianae, tom. I. etc. Lipſiae, 1750. 4. mai.

(Stolle) Kurze Nachrichten von den Büchern und deren Urhebern in der Stolliſchen Bibliothek. part. XVII. Ienae 1733—1743. 4.

(Siegm.

(Siegm. Iac. Baumgartenii) Nachrichten von einer hallischen Bibliothek. Halae, tom. I — VIII. 1748 — 1751. 8.

Eiusdem Nachrichten von merkwürdigen Büchern. ibidem. tom. I — XII. 1752 — 1758. 8.

Io. Fabricii hiſtoria Bibliothecae ſuae. Wolfenbütt. 1718 — 1724. VI. part. 4.

Frid. Gotth. Freytagii Analecta litteraria, de libris rarioribus. Lipſiae, 1750. 8.

Eiusdem Adparatus litterarius, vbi libri partim antiqui, partim rari, recenſentur. Lipſiae, 1752-1755. in 8. III. tom. in quo erudito opere variae ad hiſtoriam librorum et auctorum pertinentes obſeruationes largiter ſunt adſperſae.

Bibliotheca Smithiana, ſeu Catalogus librorum D. *Ioſ. Smithi*, Angli, per cognomina authorum diſpoſitus. Venetiis, 1755. 4. Adiunctae ſunt praefationes et epiſtolae voluminibus editis adpoſitae, ab incunabulis typographiae ante an. MD.

Die Merkwürdigkeiten der K. K. garelliſchen öffentl. Bibliothek am Thereſiano von M. Denis. Wien 1780. 4.

Catalogue raiſonné de la Collection de Livres de M. *Pierre Antoine Crevenna*, négociant à Amſterdam. VI. voll. 1776. 4.

Carl Theodor Gemeiners Nachrichten von den in der Regensburgiſchen Stadtbibliothek befindlichen Merkwürdigkeiten und ſeltenen

Büchern

Büchern aus dem fünfzehenden Jahrhundert. Regensburg, 1785. 8.

Chriſtoph. Theophili de Murr Memorabilia Bibliothecarum publicarum Norinberg. et Univerſitat. Altdorfinae. tom. I. II. Norimbergae, 1786. et 1788. 8. mai.

Aug. Friedr. Pfeiffers (Prof. Erlangenſ.) Beyträge zur Kenntniſs alter Bücher und Handſchriften, (in bibliotheca publica Erlangenſi,) I—III. part. Hof. 1783—1786. 8.

Wiens Buchdrucker-Geſchichte bis MDLX. von *Michael Denis.* Wien, 1782. 4.

Augsburgs Buchdrucker Geſchichte, nebſt den Jahrbüchern derſelben. Erſter Theil, vom Jahr 1468. bis auf das Jahr 1500. verfaſſet, herausgegeben, und mit litterariſchen Anmerkungen erläutert von *Georg Wilhelm Zapf.* Augsburg, 1786. 4.

Bibliothecae academiae *Ingolſtadienſis* Incunabula typographica, ſeu libri ante annum 1500. impreſſi, circiter mille et quadringenti, quos ſecundum annorum ſeriem diſpoſuit, deſcripſit, et notis hiſtorico-litterariis illuſtrauit *Sebaſtianus Seemiller* — Ingolſtadii, faſc. I. 1787. II. 1788. 4.

(Placidi Braun) notitia hiſtorico-litteraria de libris ab artis typographicae inventione vsque ad annum MCCCCLXXIX. impreſſis, in Bibliotheca liberi ac imperialis monaſterii ad S. S. Udalricum et Afram Auguſtae extantibus. Auguſtae Vindel. 1788. mai. 4.

(An-

(Andreae Strauſs) Monumenta typographica, quae exſtant in bibliotheca collegii Canonicorum regularium in Rebdorf, collegit, notis illuſtrauit, et edidit eiusdem collegii Bibliothecarius. Eichſtadii, 1787. 4.

Bibliotheca graeca et latina complectens auctores fere omnes Graeciae et Latii veteris — cum delectu editionum, quas uſui meo paraui *Periergus Deltophilus* (h. e. *Comes de Reviczky.*) Berolini, 1784. 8.

Bibliotheca *Maphei Pinelli* magno iam ſtudio collecta, a *Iac. Morellio*, bibliothecae Venetae D. Marci cuſtode deſcripta et annott. illuſtrata. Venetiis, 1787. VI. voll. 8.

Carl Benjamin Lengnich Beyträge zur Kenntniſs ſeltener und merkwürdiger Bücher. I. II. part. Dantiſci, 1776. 8.

Eiusdem Nachrichten zur Bücher- und Münzkunde, ibid. 1780. et 1782. 8. II. part.

Eiusdem neue Nachrichten etc. ibidem et Deſſau 1782. 8.

Catalogue des livres de la Bibliotheque de feu M. le *Duc de la Valliere.* — par *Guillaume de Bure*, fils ainé. tom. III. Paris, 1783. 8.

Bernhard Fried. Hummel Neue Bibliothek von ſeltenen und ſehr ſeltenen Büchern und kleinen Schriſten etc. Noribergae, 1776 — 1780. 8. III. tom.

Prae-

Praeter has nominari poſſint alii bene multi libri aut catalogi, e. g. Hulſianus, Duboiſianus, Salthenianus, Solgerianus, Burmannianus, Schwarzianus, Menkenianus, bibliothecarum Bodleianae, Traiectinae ad Rhen. Pariſinae regiae, Amſtelodamenſis, Barberinae, Uffenbachianae, Badenhauptianae, et innumeri paene, in quibus editiones quoque auctorum romanorum diuerſae aetatis diuerſaeque aeſtimationis occurrunt. Enimuero ne longiore illorum enumeratione nimis aberrem a ſcopo, eſt omnino metuendum.

Principum igitur editionum notitia, de quibus praeter alios *Michaelis Maittaire* in Annalibus typographicis multa cum laude, non pari felicitate atque diligentia potiſſimum egit, eo magis acquirenda eſt; quo primi editores manuſcriptos codd. preſſius atque adcuratius ſequuti ſunt, nec, more quorumdam recentiorum, auctorem coniecturis ſaepe inſanis deprauarunt, ſi *Ioannem Anton.* aut, vt vulgo nominatur, *Andream*, episcopum Alerienſem, qui in typographia Schweynheimii et Pannarzii operis praeerat, excipias; quippe qui ex ingenio ſuo multa correxiſſe arguatur. Propter hanc praeſtantiam et varietatem eae cum primis editiones, quae ſaeculo decimo quinto Romae ab Vlrico Han, Schweynheimio et Pannarzio, (v. *Audiffredi* Catalog. pag. 473 ſq. et p. 112 ſqq.) Venetiis a Nicolao Ienſone, Ioanne Colonienſi, Wendelino Spirenſi,

renſi, Erhardo Ratdolto *), Chriſtophoro Waldarſero, Mediolani a Zaroto etc. adornatae ſunt, magno ſemper fuerunt in pretio atque auctoritate. Germania tamen gloriam primi auctoris typis excuſi ſibi vindicat. Num vero Moguntia, an Argentoratum honorem inuentae artis typographicae ſibi poſſit vindicare, haec quaeſtio valde torſit viros eruditos. Enimuero hiſtoriam huius controuerſiae, quod *Morhofius* in Polyhiſtore litterario libr. IV. cap. 2. ſect. 6. auctor libri: *Hiſtoire de l' Origine et des prémiers progrés de l' Imprimerie*, Hagae, 1740. 4. et alius: Die ſo nöthige als nützliche Buchdruckerkunſt und Schriftgieſerey etc. cum praefat. *I. Erhard Kappii*, Lipſ. 1740. 8. Hamberg. zuverl. Nachr. 96. ſq. *M. Denis* in Einleitung in die Bücherkunde, part. I. Vindobonae 1777. 4. pag. 88. ſqq. aliique (quorum inſignem copiam reperies enumeratam in cl. *Henr. Guil. Lawaetz* Handbuch für Bücherfreunde und Bibliothekare, partis I. tom. II. Halae Sax. 1788. mai. 8. pag. 394. ſqq.) pluribus perſequuti ſunt; hic repetere haud opus eſſe videtur. Poſt Hambergerum quoque ea de re multa et curioſe diſputauit *Meermann* in Originibus typographicis Hagae, Comi-

*) Conf. *Georgii Guil. Zapf*, Augsburgs Buchdruckergeſchichte nebſt den Jahrbüchern derſelben. P. I. p. 151. ſq.

Comitum et Pariſiis 1765. 4. II. Vol. cap. I. Ille autem in hoc opere praeſtanti Harlemenſibus, in primis Laurentio, Scabino Harlemenſi, iſtam adſerit gloriam: quum antea *Schoepflinus* in proluſione quadam, dein inſerta eius Commentatt. hiſtoricis et criticis p. 557. ſqq. et in Diſſertation ſur l'Origine de l'Imprimerie, écrite 1741. et inſerée dans les Memoires de l'academie des Inſcriptions et de belles lettres, tom. XVII. pag. 762. ſqq. vberius vero in Vindiciis typographicis, Argentor 1760. Argentoratum ſedem artis typographicae natalem conſtituere adlaboraret. Atque *Ringius*, V. C. me per litteras fecit certiorem, Mermannum, quum Schoepflinum conveniret atque Argentorati inuiſeret, huic victas dediſſe manus, atque, ſe nimio patriae amore abreptum pro Harlemenſibus tamquam pro ara et focis dimicaſſe, coram aperteque confeſſum fuiſſe. Primus tamen auctor claſſicus: *Ciceronis Officiorum libri III. paradoxa: verſus XII. ſapientum poſiti in epitaphio Ciceronis*, in Fol. Moguntiae MCCCCLXV. typis expreſſus eſt. Confer *Chriſtian. Gottlieb Schwartz* diſſ. alter. de Origine typographiae, p. 18. infra in §. de Cicerone. Sequenti tempore Manutii, (inſignem collectionem librorum, qui ex Aldina Typographia prodierunt, reperies in *Frid. Iac. Beyſchlagii* Sylloge variorum opuſculorum etc. tom. I. faſcic. III. pag. 644. ſqq. et in bibliotheca Schwarziana p. 145. in primis

C in

in *Pierre Antoine Crevenna Catalogue raiſonné de la Collection de Livres*, vol. VI. pag. 135 — 145.) *) Iuntae, Stephani, Frobenius, Oporinus, Herwagen, Ern. Vögelein, Hier. Commelinus, Wechelus, Chriſtoph. Plantinus, Raphelingius, Gryphius, Elzeuirii, Wetſteinius; **) et noſtra aetate Ioſ. Comini, Patauini, Richter, Altenburgenſis, Breitkopſius Lipſienſis, Wagnerus, Vlmenſis, Didot Pariſiis, Rolland et Iacob Argentorati, Bodoni, Parmae, aliique tam Germani, quam Belgae, Galli Anglique et Itali ob typorum nitorem curamque et litteris et famae ſuae conſuluerunt. In aeſtimandis tamen horum editionibus caute agendum eſt. Editiones enim Glasgouienſes et typis Barbouiens. ac Bas-

*) Omnes, quos Aldus Manutius praelo ſuo exire iuſſerat, libros adcurate recenſet M. *Samuel Luther. Geret* in diſſ. de Aldi Pii Manutii Romani vita meritisque in rem literatam etc. Wittembergae, 1753. 4. pag. 81 ſqq.

**) In memorato *Crevennae* catalogo praeſtanti l. m. a pag. 146. inuenies indicem editionum, quae ex officinis Iuntarum, Stephanorum, Plantini, Elzeuiriorum, Cominiana, Baskeruilliana prodierunt, et in vſum Delphini curatae ſunt. His adde Catalogum librorum, qui ſumtu et typis Marci Welſeri *ad inſigne pinus*, Auguſtae Vindelic. ab anno 1594 — 1619. excuſi ſunt, in *Zapfii* Augsburgs Buchdruckergeſchichte. part. I. pag. 171 ſqq.

Baskeruillianis deſcriptae a ſplendore vnicam fere habent commendationem. (v. Indicem illarum in Bibliotheca *Maphaei Pinelli* — a *I. Morellio* deſcripta tom. III. p. 366. ſq.)

§. 4.

Deinde editorum et commentatorum ratio quoque habenda eſt. Quidam collectiones ſcriptorum, qui in eodem argumento verſati ſunt, inſtituerunt: *) equidem hic paucas tantum indicabo.

Catullus, Tibullus, Propertius, et P. Papinii Statii Syluae — ad calcem: M. CCCC. LXXII. in 4. mai.

Laire in Specimine typogr. romanae pag. 186. hanc editionem Romanis adnumerat: contra *Audiffredus* in Catalogo romanar. editionum ſaec. XV. pag. 123. ex comparatione cum exemplo Martialis, circa id temporis curato, docet, eam typis et charta Vindelini Spirenſis eſſe excuſam. Habeo exemplum, in quo idem *Hextichum*, (ſic enim exaratum eſt) *Guarini Veronenſis*, quod memorat *Audiffredus*, Catullo eſt praefixum: omnes litterae initiales ſingulorum carminum ſunt inauratae et pictae: ad calcem vero Propertii haec notata reperiuntur:

*) Curatius vberiusque perſequutus ſum hoc argumentum in Introd. in Notit. litterat. romanae etc. I. pag. 40 ſeqq.

Propertũ Aurelũ naute poetae finis. 1745. Catulli. Tibulli. Proptũ. et liber Siluaꝝ Statii papinũ ĩ iſto uolumine cõtinetᶻ. Et ĩpreſſi ſũt opere et impenſa Johannis de colonia, et Johannis manthẽ de gherſem qui una Veneciis fideliter Viuunt.

Mei exempli orae a Cortio adſcriptae ſunt in Tibullo lectiones variae cod. MS. Guelferbytani N. 63. 5. et paucae emendationes ad Statii ſiluas. Hac Veneta editione an. 1475. vſus eſt *Brouckhuſius* et laudauit in praefatione ad Tibullum. — *Iidem* tres poetae, Vicent. 1481. fol. v. cel. *Lengnich* Nachrichten zur Bücher- und Münzkunde. part. I. pag. 191.

Georg Fabricius edidit Poetarum veterum eccleſiaſticorum opera chriſtiana, et operum reliquias atque fragmenta. Baſileae, 1562. 4. (opus rarum eſt.)

Corpus omnium veterum poetarum latinorum. tom. I. II. 4. Col. Allobrog. 1611.

Stephani fragmenta veterum Poetarum. Pariſiis, 1564. 8.

Alexander Fichet edidit talem collectionem. Lugd. 1616. 4.

Maittaire opera et fragmenta veterum Poetarum latinorum Profanorum et Eccleſiaſticorum duobus voluminibus comprehenſa. Londini, 1713. Fol.

Corpus omnium veterum poetarum latinorum cum verſione Italica. Mediolani, 1731—1745. 4. XXVI. tom.

Mar-

Martini Antonii Delrii, ex ſocietate Ieſu, ſyntagma tragoediae latinae, in tres partes diſtinctum. Antwerpiae, 1594. 4. Lutetiae Paris. 1607 et 1619. 4. In hoc opere raro et fragmenta veterum tragicorum collegit illuſtrauitque Delrius, et Senecae Tragoedias reddidit atque explicuit.

Collectio Piſaurienſis omnium poematum omnium poetarum, carminum, poematum, poematiorum, fragmentorum latinorum, ſiue ad ethnicos, ſiue ad Chriſtianos, ſiue ad codices, ſiue ad lapides pertinentium, etc. Piſauri ex Amatina Chalcographia. 1766. mai. 4. VI. voll.

Burmannus II. edidit Anthologiam veterum Latinorum Epigrammatum et Poematum, ſiue Catalecta Poetarum Latinorum in VI. libros digeſta. Amſtel. 1759. 4. tom. I. et an. 1773. tom. II.

Antea vero iam lucem adſpexerant: Epigrammata et poematia vetera, ex bibliotheca *P. Pithoei*. Paris. 1590. 12. et Lugd. 1596. 8. (quae collectio raris libris adnumeratur.)

Poetae latini minores. tom. I. complectens Gratii Faliſci, M. Aur. Olympii Nemeſiani, D. Magni Auſonii aliorumque de venatione, aucupio et piſcatu carmina et fragmenta. In fine additum eſt Olympii Nemeſiani carmen de laudibus Herculis; curauit *Io. Chriſtian. Wernsdorf.* Altenburgi, 1780. 8.

— — Tom. II. in quo Bucolica et Idyllia T. Calpurnii Siculi, A. Septimii Sereni, D. M. Auſo-

Auſonii, Seueri Sancti, Publ. Optatiani, Porphyrii, aliorum. ibid. eod. anno.

— — Tom. III. in quo Satyrici minores, Elegiae et Lyrica variorum. ibid. 1782.

— — Tom. IV. carmina heroica de diis et hominibus rebusque illuſtribus tenens. ibid.

— — Tom. V. pars I. quo carmina geographica, Rutilii etc. continentur. 1788. 8.

Sic alii poetas ſiue amatorios, ſiue bucolicos, ſiue venaticos iunctim ediderunt.

Antonii Riccoboni, Rhodigini de hiſtoria, liber cum fragmentis hiſtoricorum veterum latinorum ſumma fide et diligentia ab eodem collectis et auctis. Venetiis, 1568. 4. et Baſileae ex officina Petri Pernae. M.D.LXXIX. 8.

Hiſtoricorum XXVII. veterum fragmenta collecta hic ſunt. — De aliis ejusmodi collectionibus v. Introd. in Notit. litter. roman. p. 74 ſqq. De collectionibus grammaticorum. pag. 48 ſqq. quibus addes:

Cornucopiae linguae latinae ſiue commentarii denuo diligentiſſime recogniti atque ex archetypo emendati, vna cum aliis de eadem re authoribus, quorum catalogum verſa pagella reperies. Ex inclyta Baſilea. Ann. M.D.XXI.

In hoc volumine habentur, (vti notantur in auerſa pagina) Cornucopiae ſiue L. L. commentarii Nicolai Perotti, Sypontini pontificis, diligentiſſime recogniti atque ex archetypo emendati. Eiusdem Sypontini libellus

libellus, quo Plinii Epiſtola ad Titum Veſpaſianum corrigitur. Cornelii Vitellii in eum ipſum libellum Sypontini annotationes. *M. Ter. Varronis* de L. L. libri tres, quartus, quintus, ſextus. *Eiusdem* de analogia libri tres. *Sexti Pompeii Feſti* vndeuiginti librorum Fragmenta. *Nonii Marcelli* compendia de proprietate ſermonum, in quibus tertia fere pars addita eſt. *Eiusdem* de generibus tractatus. Praeter ea index copioſiſſimus. — In calce legitur: Baſileae apud Cratandrum, menſe Septembri a. M. D. XXI. F.

Nonius Marcellus. Sext. Feſt. Pompeius et M. Ter. Varro de L. L. etc. Paris 1511. min. fol. de qua perrara edit. copioſus eſt cel. *Lengnich* in Nachrichten zur Bücherkunde, part. II. pag. 91 ſqq.

Fragmenta hiſtoricorum veterum Latinorum ab *Auſonio Popma*, Friſio, collecta, emendata et ſcholiis illuſtrata. Amſtelodami, 1620. 8.

Latini Rhetores et Grammatici vno volumine in lucem emiſſi ſunt Pariſiis, 1516. Fol.

Ulricus Morhardus exire praelo iuſſit Tubing. 1537. 4. quosdam grammaticos primum; quosdam curatius.

Helias Putſchius Grammaticae latinae auctores antiquos. Hanouiae, 1605. 4. (rariſſima haec eſt editio.)

Dionyſius Godofredus auctores L. L. in vnum corpus redactos S. Geruaſii, 1602. 4. euulgauit.

Antiqui rhetores latini ex biblioth. *Franc. Pithoei* IC. Paris. ex offic. Plantiniana. 1599. 4.

Quos Pithoeus ediderat, eos recognouit, emendauit et notis auxit *Claudius Caperonerius.* Argentorati. 1756. 4.

P. Rutilii Lupi de figuris ſententiarum et elocutionis Libri duo; recenſuit et annotationes adiecit *David Ruhnkenius:* Accedunt *Aquilae Romani* et *Iulii Rufiniani* de eodem argumento libri. Lugduni Batau. 1768. 8.

C. Plinii, Nouocomenſis, Panegyricus, Traiano Auguſto dictus et ceteri XI. Panegyrici veteres. *Franciscus Puteolanus* diligentiſſime recognouit ſ. l. et a. 4.

Haud dubie Mediolani et probabiliter 1482. adde infra, §. de Plinio iuniore.

Panegyrici variorum autorum et declamationes nonnullae perquam eruditae, hactenus non impreſſae. (e recenſione *Georgii Cuspiniani.*) 4.

In calce: Impreſſa ſunt haec Viennae Pannoniae, opera Hieronymi Philouallis et Ioannis Singrenii, ſodalium. Impenſis vero Ioannis Metzgker bibliopolae. Georgio T. Collimitio Gymnaſii moderatore, quarto idus Martias, Anno MDXIII. curante Philippo Gundelio. conf. *Mich. Denis* Wiens Buchdrucker Geſchichte. Viennae, 1782. pag. 88.

Pane-

Panegyrici veteres, et *Ennodii* Panegyricus ad Theodoricum regem - - - emendati, aucti (cum notis plurimorum) Pariſiis, 12. II. Vol. 1643. 1655.

Panegyrici, quotquot ex vetuſtate conſeruati nanciſci potuerunt. Baſil. 1520. Fol.

Laurent. Patarolus Panegyricas orationes veterum oratorum notis ac numiſmatibus illuſtrauit et italicam verſionem adiecit. Venet. 1708. 8. auct. 1719. 8. et in Operibus. Patarol. Venet. 1743. 4. tom. I.

Iacob de la Baune Panegyricos veteres interpretatione et notis illuſtrauit. Paris 1677. 4. Amſtel. 1701. 8. Lond. 1716. 8. editio altera italica, cui accedunt obſeruationes criticae in Latinum Drepanium Pacatum Chriſt. Gottl. Schwarzii. Venetiis 1728. 4. —

Panegyrici diuerſorum cum veterum tum recent. ſcriptorum. Viennae Auſtriae 1694. 12.

Panegyrici veteres, quos ex cod. MS. librisque collatis recenſuit ac notis integris iisque partim adhuc ineditis Chriſti. Gottl. Schwarzii et excerptis aliorum, additis etiam ſuis inſtruxit et illuſtrauit *Wolfgang Iaegerus.* Prof. Altdorfinus. tom. I. II. 8. Norimbergae 1779.

Mythographos latinos ediderunt *Thomas Munker* cum commentariis perpetuis; Amſtel. 1681. 8. et *Auguſtinus van Staueren*, Lugd. B. et Amſtel. 1742. in 4. mai.

Aldus Aſtronomicorum Latinorum opera in vnum volumen collegit. Fol. Venetiis 1499. tum prodierunt ex officina Sanctandreana, 1589. 8. v. infra ad Manilium.

Vett. de re militari ſcriptores. Paris ſub ſcuto Baſil. in officina Chriſtiani Wecheli. 1535. 8. quae ab ea editione, quae eodem anno ibidem in Fol. prodiit, omnino differt.

Veteres de re militari ſcriptores, quotquot exſtant, nunc prima vice in vnum redacti corpus. - - - Veſaliae Cliuor. 1670. 8.

M. Cato, M. T. Varro, Lucius Moderatus Columella, Palladius Rutilius Taurus, Aemilianus de re ruſtica. Venetiis, opera et impenſa *Nicolai Ienſon.* Galli, 1470. rec. 1472. Fol.

Scriptores rei ruſticae veteres latini, *Cato, Varro, Columella, Palladius,* quibus nunc accedit *Vegetius* de mulomedicina et *Gargilii Martialis* fragmentum. — curante *Io. Matthia Gesnero.* Lipſiae 1735. 4. rec. curante *Erneſto,* ibid. 1773. et 1774. 4. II. tom. — Gesneri editio baſis eſt ſcriptorum R. R. etc. *Manhemii* 1781. 12. V. voll. editorum. Nouiſſima eſt editio, eaque ornata:

Scriptores rei ruſticae veteres latini e recenſione *I. M. Gesneri,* cum eiusdem praefatione et lexico ruſtico — praemiſſa notitia litteraria, ſtudiis ſocietatis Bipontinae. Editio accurata. Biponti. 1787. 8. III. voll.

Rei

Rei agrariae auctores legesque variae: quaedam nunc primum, caetera emendatiora prodeunt. Cura *Wilhelmi Goeſii.* Amſtel. 1674. 4.

M. Vitruuii, viri ſuae profeſſionis periſſimi, de architectura libri decem, ad Auguſtum Caeſarem accuratiſſ. conſcripti, et nunc primum in Germania, qua potuit, diligentia excuſi, atque hinc inde ſchematibus non iniucundis exornati. Adiecimus etiam propter argumenti conformitatem *Sexti Iulii Frontini* de aquaeductibus vrbis Romae libellum. Item ex libro *Nicolai Cuſani*, Cardinalis, de ſtaticis experimentis fragmentum. Cum indice copioſiſſimo, et diſpoſitione longe meliori, quam antea. Argentorati in officina Knoblochiana per Georg. Marchaeopeum, an. M.D.XLIII. 8. edit. perquam rara: adde infra, *Vitruuium.*

Anton Schultingius veterum iure-conſultorum reliquias recenſuit et notis ſuis illuſtrauit; in Iurisprudentia vetere Ante-Iuſtinianea. Lugd. Batav. 1714. 4.

Geographi latini ex officina Aldina prodierunt. 1518. 8.

Ianus Gruterus hiſtoriae Auguſtae ſcriptores latinos minores iunctim vulgauit. Hanou. 1611. et antea *Sylburgius.* Francof. 1588. II. voll. fol. 1590. III. Volum. fol.

Cl. *Salmaſius* recenſuit hiſtoriae Auguſtae ſcriptores VI. Lutet. Pariſ. 1620. fol.

Idem

Iidem cum notis integris *Iſ. Caſauboni*, *Cl. Salmaſii* et *Iani Gruteri*, tom. II. Lugdun. Batau. 1671. 8.

Hiſtoriae Auguſtae ſcriptores ſex. Lipſiae. 1774. 8. curante *M. Schmid* et praefato *Püttmanno.*

Vetuſtiora latinorum ſcriptorum Chronica, ad MSS. codices emendata, et cum caſtigatioribus editionibus collata, notisque illuſtrata, in vnum corpus collecta praemiſſo *Euſebii* chronico a D. Hieronymo e graeco verſo et multis aucto. Collegit *D. Thomas Roncallius*, monachus callinenſis. Patau. 1788. 4. II. voll. Chronica Proſperi, Caſſiodori, Iſiodori, Bedae, Cuſpiniani duoque conſulum ac imperatorum rom. catalogi inſunt.

Qui vel integros harum collectionum titulos, vel plura plurium ſcriptorum, praeſertim patrum et ſcriptorum eccleſiaſticorum corpora ſcire cupiat, eum ablego ad *Fabricii* bibliothecam latinam. tom. I. *Hambergeri zuverläſsige Nachrichten.* tom. I. et, ſi velit, ad meam Introduct. in Notit. litterat. rom. tom. I. Equidem eas tantum nominaui collectiones, quarum poſtea vel raro, vel numquam iniecturus ſum mentionem.

§. 5.

Quoniam in legendis veterum monimentis prouidendum eſt, ne editiones mendis ſcateant; ſed vt plurimum curandum, vt, niſi ſint

ſint ſplendidae nitidaeue aut commentario in-ſtructae, ſaltem adcuratae: de praecipuis commentatoribus paucis agemus. *Belgis* ſplendidiſſimas, nec raro optimas debemus veterum editiones; praecipue autem Des. Erasmo, Douſis, Tennulio, Franciſco Modio, Boxhornio, Guil. Cantero, P. Scriverio, Rutgerſio, Ryckio, Torrentio, Hugoni Grotio, Iuſto Lipſio, Danieli et Nicolao, (poetarum ſoſpitatori,) Heinſiis, Veerburgio, Arnzenio, Weſterhouio, Drakenborchio, Dukero, Weſſelingio, Snackenburgio, Oudendorpio, Hauerkampio, Schultingio, Reitzio, Stauerenio, Ruhnkenio, Santenio, Nodellio, Verheykio, et aliis. Thyſii, Schreuelii, Pitisci, et aliorum labores, qui id fere temporis auctores notis variorum vel temere ſelectis, vel non ſatis caute nec temperanter poſitis fere dehoneſtarunt, a nonnullis cenſoribus, interdum ſeverioribus, parui aeſtimantur. Ex *Anglis*: Iſaacus Voſſius, Bentleius, Clark, Thomas Hearne, Cuningham, Gibſonius, Baxter, Franciscus Hare, Pearce, Creech, Dauiſius, Hudſon, Iohnſon, Waſſe, Middleton, Leng, Ioſ. Trappius, Markland in illuſtrandis atque emendandis auctoribus, partim audacter quidem, cum laude tamen, verſati ſunt. Quae Glasgouiae ſine notis parantur editiones, ſunt plerumque nitidae magis, quam adcuratae. Ex *Italis*, qui plurimum ſtudii diligentiaeque in eruenda explicandaque antiquitate iam ponunt,

ponunt, Io. Andreae, *) Epiſcopi Alerienſis, Campani, Naugerii, Hermolai Barbari, Pierii, Omnibonii, Eliae Vineti, Fuluii Vrſini, Aldi et Paulli Manutiorum, P. Victorii, Merulae, Mureti, Hieron. Magii, Marſilii Cagnati, Ciofani, Scaligerorum, Phil. Beroaldi, Caroli Sigonii, Facciolati, d' Allio, Vulpiique editiones praecipue commendantur. M. Antonii Ferratii animaduerſiones et Casparis Garatonii notae in Ciceronis orationes ſunt perquam doctae atque eruditae. Ex *Gallis*, quibus litterae latinae hodie faſtidio eſſe videntur, quum illi in hoc genere vni paene olim florerent, Badius Aſcenſcius, Turnebus, Lambinus, vterque Stephanus, Caſaubonus, Fr. Hottomannus, Cl. Salmaſius, Rigaltius, Nic. Abramus, Morellus, Gilbert, Longolius, Pet. Daniel, P. Pithoeus, H. Valeſius, Paſſeratius, Tanaq. Faber eiusque filia, et gener, Dacier, Simeon Boſius, ſ. du Bois, Stephan. Baluzius, Nic. Rigaltius, Delechambius, Ruaeus, Sauaron, aliique ſuperioris aetatis; noſtro autem tempore pauciores; Harduinus, Oliuetus, I. Bou-
hier

*) *Goetzius* in Memorabil. Bibliothecae Dresdenſ. tom. I. pag. 36. negat, Epiſcopum illum nominatum fuiſſe, *Io. Andream*, ſed ex epitaphio apud *Vghellum*, tom. III. Ital. Sacr. 504. probat: praenomina fuiſſe *Ioan. Antonium*, et *gente de Buxiis*, *patria Vigleuanenſem;* mortuum a 1475. an. aetatis LII.

hier (n. 1673. denat. 1746.), Sanadon, Creuierius, Capperonerius, Lallemandus, Brotier, Ioſ. Valart, Io. Baptiſta le Brun, emendandis illuſtrandisque veteribus ſcriptoribus latinis nominis famam conſequuti ſunt Editiones in vſum Delphini ſunt nitore et ſplendore litterarum regiae; ſed in exigua auctoritate, ſi excipias Plinium per Harduinum, Ciceronis orationes per Merouillium, Liuium per Douiatium, Virgilium per Ruaeum, Curtium per Tellierium. Ex *Hiſpanis* Auguſtinus, Sanctius, Io. Lud. de la Cerda, P. Ciacconius, Ferdinandus Nunneſius Pincianus, ſ. proprie de Valladolid, L. Petreius Toletanus, Laur. Balbus, Petrus Io. Oliuarius, Achilles Statius, qui quidem fuit Luſitanus. Ex *Suecis* Io. Freinsheimius, Io. Loccenius, Io. Schefferus, qui tamen natione fuerunt Germani. E *Danis* Io. Iſ. Pontanus, I. Peter Ancherſen, Baden, de quibusdam auctoribus bene meriti ſunt. Ex *Heluetis* Marc. Hopperus, Lycoſthenes, docti typographi, Oporinus, Heruagius et Frobenius, tum Coelius Secundus Curio, Io. Thom. Frey, Sichardus, Xyſtus Betuleius, Hottingerus in edendis aut illuſtrandis auctoribus latinis diligenter verſati ſunt. E *Germanis* Melanchthonis, Camerarii, Hier. Wolfii, Acidalii, Giſanii, Gruteri, Reineſii, Rhenani, Casparis Barthii, Georgii et Franciſci Fabricii, Putſchii, Greg. Bersmanni, Ian. Guilielmi, Parei, Schoppii ſiue Scioppii, Sylburgii, Io. Stur-

Sturmii, Vorſtii, Rappolti, Dionyſii Gotho-fredi, I. Andr. Boſii, Berneggeri, Obrechti, I. H. Boecleri, Elmenhorſtii, Lindenbruchii, Iac. Thomaſii, Weitzii, Woweri, Cellarii, Heumanni, Bünemanni, I. P. Milleri, Recto-ris Vlmenſis, vtriusque Schwartzii, et Coburgenſis et Altorfini, Geſneri, Cortii, Erneſti, Stoeberi, Heuſingerorum, Heynii, Werns-dorfii, Longolii, Schwebelii, Fiſcheri, Klotzii, Gruneri, Zeunii, Mori, Frid. Gottl. Barthii, Iani, Brunckii, Oberlini, Kappii, Iaegeri, Ackermanni, Doeringii, atque aliorum merita in edendis atque explicandis auctoribus latinis claſſicis magna ſunt, et nonnullorum immortalia. Ii autem, qui illos ſcriptores cum notis Minellianis et Germanicis ediderunt, litteris plus dedecoris adtulerunt, quam ornamenti. Atque hoc ſaeculo pauci iis naturae et doctrinae ingeniique praeſidiis inſtructi, quibus Bentleius, Burmannus, Dukerus, Drakenborch, Chriſt. Gottl. Schwarz, Bünemann, Cortius, Heyne, Ruhnken, Oudendorp, Wernsdorf, atque Erneſti, ad ornanda veterum illorum monumenta adceſſerunt. Eorum autem, qui vitia typothetarum tollere et corrigere ſolent, dexeritas, cura atque ſollertia in primis efficere poſſunt, vt liber a mendis magis vacuus, et caſtigatior e praelo exeat. Atque maiorum noſtrorum aetate doctiſſimi et celeberrimi homines, Io. Andreas, Epiſcopus Alerienſis, Naugerius, Erasmus Roterod., Gelenius, Morellius,

Sylbur-

Sylburgius aliique haud dubitarunt munere correctorum defungi. Quare illorum nomina, vitam meritaque perſequuti ſunt Maittaire in Annal. typogr. et Zeltner in libro inſcripto: *Io. Conr Zeltneri*, Paſtor. Altenthan. et eccleſiae Altdorf. vicar. Theatrum virorum eruditorum, qui ſpeciatim typographiis laudabilem operam praeſtiterunt. Praemiſſa eſt vita Zeltneri, deſcripta per Fridericum Rothſcholzium. Sileſ. Norinbergae, 1720. 8. Atque hoc, quo viuimus, ſaeculo *Bergierus*, *Kuſterus* et *Reiske* cum apud Batauos, tum apud Lipſienſes operis per multos annos praefuerunt laudabiliter.

§. 6.

Enimuero non ſufficit, optimas noſcere editiones: ſed, qui non more Phrygum Carumue in litteris ſero vel imperite ſapere cupiat, is debet veteres auctores crebro verſare, eorum virtutes frequenter ſcribendo imitandoque exprimere et referre, eaque ſubſidia, quae lectionem admodum facilitent, ne ſemper haereat in ſcopulis, circumſpicere. Ad ea autem refero libros, in quibus loca auctorum corrupta aut obſcuriora ſiue emendantur, ſiue ex antiquitate et interiore L. L. ſcientia explanantur. Horum quidem librorum copia abundamus: praecipua tamen laude dignae ſunt *Obſeruationes criticae miſcellaneae in auctores veteres et recentiores ab eruditis Britannis*, a

D 1731.

1731. *edi coeptae*, tum cum notis et auctario variorum virorum doctorum, Amſtelaed. 1732. vsque ad annum 1741. 8. curantibus Doruillio ac Burmanno, latine verſae et continuatae. Conſtant illae X voluminibus *Obſeruationum miſcellan.* atque tribus volum. *Miſcellanear. Obſeruationum critic. nouarum.*

Qui face critica loca veterum obſcura illuſtrare, haud ſemper pari felicitate vſi, inſtituerunt, recenſet *Morhofius* in Polyhiſt. litterar. libr. V. cap. 1. Sed quia bene multos omiſit, nec pauci poſt illius mortem in hoc genere verſati ſunt, *) quosdam recenſebo; at iudicium de ſingulis relinquam aliis huius artis peritis.

Philippi Beroaldi Annotationes in autores antiquos. In fine: Impreſſae Bononiae, 1488. (v. *Goetzii* Merkwürdigkeiten der Dresdner Bibliothek. I. pag. 423.)

Gruteri facem liberalium artium, ſeu theſauros criticos, primum Francof. 1601 — 1623 8. editos, formulis typographicis iterum deſcribendos curauit *Paleſius*. Florent. 1737. fol.

Io. Hermann Schminkius, edidit Marburgi, 1717. 4. Syntagma criticum variorum auctorum, in quo Iuris Conſulti, Philoſophi, Hiſto-

*) *Bertram* in Entwurf einer Geſchichte der Gelahrheit, part. I. pag. 169 ſqq. quosdam tantum memorat.

Hiſtorici, Oratores et Poetae emendantur et illuſtrantur. Inſunt in hoc opere *Ranchini*, *Zinzerlingii* et *Gebhardi* opuſcula critica.

Petri Fabri Semeſtrium liber primus, Lutetiae Pariſior. 1570. 4. Ejusdem Semeſtrium liber ſecundus, Lugduni, 1592. 4. et lib. III. ibid. 1595. 4.

Iani Guilielmi Veriſimilium libri III. Antwerp. 1582. 8. — *Eiusdem* Plautinarum quaeſtionum commentar. Lutetiae, 1583. 8.

Io. Brodaei, Turonenſis, Miſcellaneorum libri ſex in 8. ſine anni nota. Baptiſtae Sapini praefatio ſcripta eſt Lutetiae Paris. 1555.

Marſilii Cagnati, Veronenſis, variarum obſeruationum libri quatuor. Romae, 1587. 8.

Gaſparis Schoppii, Franci, ſuſpectarum lectionum libri V. Noribergae, 1597. 8. — *Eiusdem* Veriſimilium libri quatuor, in quibus multa veterum ſcriptorum loca, Symmachi maxime, Corn. Nepotis, Propertii, Petronii, aliorum emendantur, augentur, inluſtrantur. Ibid. 1596. 8.

Iani Gruteri Suſpicionum libri IX. in quibus varia ſcriptorum loca: praecipue vero Plauti, Apuleii et Senecae Philoſophi, emendandi, illuſtrandi, conatus. Witebergae, 1591. 8.

Iuſti Lipſii Antiquarum lectionum commentarius. Antwerpiae, 1575. 8. — *Eiusdem* Variarum lectionum libri IV. ibidem 1569. 8. — *Eiusdem* Electorum liber I.

Antwerp. 1580. 8. atque in Eius Operibus criticis.

Antonii Borremanſii variarum lectionum liber. Amſtelaed. 1676. 8.

Io. Schefferi Lectionum academicarum liber. Hamburgi, 1675. 8.

Thom. Reineſii variarum lectionum libri III. priores. Altenburgi, 1640. 4. — *Eiusd.* defenſio variarum lect. contra iniquam cenſuram poetae Lipſienſis. (D. Andr. Riuini.) Roſtochii. 1653. 4.

Io. Freder. Gronouii Obſeruationum libri quatuor, curante Frider. Platnero. Lipſiae 1755. mai. 8. (liber omnibus humanitatis criticesque ſtudioſis inprimis eſt commendandus.)

Tanaquil. Fabri Epiſtolae (criticae) ed. 2. Salmuri. 1674. 4.

Iac. Geuſii, Friſii, Exercitationes philologicae in quadraginta et quod excurrit, authores claſſicos tam graecos, quam latinos, Franekerae, 1665. 4.

Franciſci Theod. Kohlii Commentatt. criticae in difficiliora ſcriptorum claſſicorum loca, Hamb. et Kilon. 1727. 8.

Vincentii Contareni variarum lectionum liber, Traiecti ad Rhen. 1754. 8.

Gotofredi Richteri Obſſ. criticae, Ienae, 1713. 8.

Petri Weſſelingii Obſeru. variar. libri II. Amſtel. 1727. 8.

Wilhelm

Wilhelm Trilleri Obſeruatt. critic. in varios graecos et latin. auctores, Francof. ad Moen. 1742. 8.

Petri Scriuerii opera philologica et poetica, ex ſchedis auctoris MSS. eruit et edi curauit Arn. Heinr. Weſterhou. ed. ſec. Arnhemiae, 1752. 4.

Chriſtiani Cruſii probabilia critica, Lipſiae, 1753. 8.

Klotzii Miſcellanea critica, Traiecti ad Rhen. 1763. 8.

Michael Heuſingeri emendationum libri duo, Gothae, 1751. 8.

Io. Salom. Semleri miſcellanear. lection. faſciculi duo, Norimberg. 1748. 8.

Guilielmi Beſt ratio emendandi leges — recenſuit — — *D. I. Wendel. Neuhaus*, Lipſiae, 1745. 8.

Hadriani Iunii Animaduerſa, Roterodami, 1708. 8.

Georgii Waddeli Animaduerſiones criticae in loca quaedam Virgilii, Horatii, Ouidii et Lucani, et ſuper illis emendandis coniecturae. Traiecti ad Rhen. 1738. 12.

Corn. Valerii Vonck Specimen criticum in varios auctores. Trai. ad Rhen. 1744. 8. — *Eiusdem* lectionum latinarum libri duo. ibid. 1748. 8.

Petri Bondam, ICti, Variarum lectionum libri II. Zutphaniae, 1759. 8.

Io. Schraderi Obſeruationum liber. Franequerae. 1761. 4. — *Eiusdem* liber emendationum. Leoward. 1776. 4.

Ierem. Markland epiſtola critica ad Hare, Cantabrigiae, 1723. 8.

Io. Frid. Herelii epiſtola critica ad Meuſelium. Altenb. 1767. 8.

Iac. Philipp. de Medenbach Wakker amoenitates litterariae, Traiecti ad Rhen. 1770. 8.

Petri Henrici Koppiers Obſeruata philologica, Lugduni Batau. 1771. 8.

Perizonii Animaduerſiones hiſtoricae; quem librum praeſtantiſſimum feci recudi Altenburg, 1771. 8.

Io. Ad. Nodell criticarum Obſeru. libellus. Campis, 1781. 8.

Henrici Valeſii — Emendatt. libri V. et de critica libri II. — edente P. Burmanno II. Amſtel. 1739. 4.

Nicolai Heinſii Aduerſariorum libri IV, nunquam antehac editi, — curante *P. Burmanno* II. Harlingae, 1740. 4.

Gisberti Cuperi Obſeruationum libri quatuor etc. (curante Schmid) Lipſiae, 1772. 8.

Rutgeri Ouwens Noctes atticae, ſiue Obſeruationum libri III. Franequerae. 1780. 4.

Imm. Io. Gerh. Schelleri Obſeruationes in priſcos ſcriptores quosdam. Lipſiae, 1785. mai. 8.

I. H.

I. H. L. Meierotto de rebus ad auctores quosdam claſſicos pertinentibus dubia etc. Berolini 1785. 8.

F. Iacobs ſpecimen emendationum in auctores veteres cum graecos tum latinos. Gothae, 1786. 8.

Chriſt. Guil. Mitſcherlichii Prof. Gotting. Lectiones in Catullum et Propertium. Gottingae 1786. 8.

In epiſtolis virorum doctorum, eorumque philologorum, promulgatis poſt illorum mortem, frequenter diſputari ſolet de dubiis aut ſuſpectis veterum auctorum locis, e. g. — in *Th. Reineſii* ad Caſpar. Hofmannum et Chriſt. Ad. Rupertum Epiſtolis, Lipſiae, 1660. 4. — in *Georg. Richteri* eiusque familiarium Epiſtolis ſelectioribus etc. Noriberg. 1662. 4. — in Cl. *Salmaſii* Epiſtolarum libro I. Lugduni Batau. 1656. 4. — in ſylloge epiſtolarum Giphanii, Vulcanii, Tychonis Brahe, Scriuerii, Pontani, Voſſii, Sibrandi, Siccamae, Gronouii, Boxhornii aliorumque, adiecta *Andreae Alciati* — contra vitam monaſticam ad collegam — Bernard. Mattium Epiſtolae, editae ab *Antonio Matthaeo.* Lugd. Batau. 1695. 8. — in *Marq. Gudii* et doctorum virorum ad eum Epiſtolis, — et *Claudii Sarrauii* Epiſt. curante *Burmanno*, Vltraiect. 1697. 4. inprimis in *Burmanniana* Epiſtolarum Sylloge. 4. etc. Sed haec ſufficiant, vt Martini, Iuſti, Horrei aliorumque, atque

eorum, qui ſiue in emendandis explicandisque graecis potiſſimum auctoribus verſati; ſiue leges Romanas in corpore Iuris emendare adgreſſi ſunt, *Antonii Auguſtini*, Venet. 1543. Lugd. 1559. 1574. 1581. Baſil. 1544. et in Euerh. Ottonis theſauro iur. roman. tom. IV. pag. 1425. *Cuiacii*, *Wielingii*, *Waechteri*, *Vriehofii*, *Cannegitteri*, *Püttmanni*, *Koehleri* etc. egregios labores omittam. Catalogum enim plenum contexere, nec in animo habui, nec opus eſt. *)

Quod

*) In omni interpretatione et lectione veterum auctorum critices prima cura eſto. Duplex autem eſt ars critica; verſatur enim vel in lectionibus, earumque varietate, falſitate et veritate, vel in virtutibus vitiisque ſiue totius cuiusdam libri eiusque argumenti ac methodi, ſiue locorum ſingulorum ad ſenſum pulcri acuendum diiudicandis. Ad priorem claſſem refero eos, quos ſupra memoraui; ac fuerunt, qui praecepta emendandi traderent: *Franciſcus Robortellus*, de arte illa Patauii, 1557. et Francof. 1604. 8. *Caſpar Scioppius*, qui illum edidit quoque librum, et ſuum commentarium de arte critica, praecipue de altera parte, emendatrice, Altdorf. 1597. 8. et Amſtel. 1662. *Io. Clericus* de arte critica. Amſtel. 1697. et ſaepius, qui liber tribus voll. conſtans typis repetitus eſt Lipſiae, 1713. 8. — *Chriſtoph. Aug. Heumann* in commentatione de arte critica, et ſpeciatim de arte therapeutica, quam Parergis ſuis criticis. Ienae, 1712. 8. praemiſit: dein vna cum *Robortelli* diſputatione de arte critica corrigendi antiquorum libros, Noribergae et

Alt-

Quod ad antiquitates Romanas adtinet, adoleſcentes, ſi compendio quodam, *Nieupoortii* (ad quod *Chriſt. Gottl. Schwarz* doctas

Altdorfii, 1747. 8. aliquis ſeorſum excuſam, iterum deſcribendam formulis typographicis curauit. Illa quidem praecepta non ſunt ſpernenda, et ad iuuandum aut excitandum ingenium poſſunt multum facere; ingenii tamen ſagacitas, exercitatio, fidique et acuti doctoris inſtitutio plus valebunt. Poſteriorem claſſem conſtituunt, qui praeceperunt et docuerunt artem pulcre ſcribendi recteque cogitandi, et quos multos habemus. In vtroque autem critices genere ſunt ſcopuli quidam vitandi, nec ingenii luxuriei, inprimis libidini corrigendi nimium eſt indulgendum. Nubem ſcriptorum, quae huc facerent, quorum numerus facile augeri poſſet, excitauit *Bertram* l. m. pag. 175. At enim iliacos intra muros peccatur et extra: atque proluſiones de Pedantismo philologico, non minus quam de Galantismo aeſthetico et philologico, quas olim conſcripſeram Coburgi 1765 ſqq. eas auctiores reddidi in Opuſculis varii argumenti, Halae Sax. 1773. 8. Nec vero illa ars critica veteribus fuit incognita, vti *Wowerius* in ſua Polymathia, *Dan. Heinſius* de verae criticae apud veteres ortu progreſſu vſuque — Lugduni Batau. cum Crepundiis eius Silianis, et Cantabr. 1646. 12. *Henricus Stephanus* in diſſ. de criticis veteribus graecis et latinis. Pariſ. 1587. 4. *Henr. Valeſius* in Emendatt. libr. V. et de Critica, libr. II. — edente P. Burmanno II. Amſtel. 1740. pag. 153 ſqq. aliique docuerunt. Cf. *I. Erneſt. Imman. Walchii* de arte critica veterum Romanorum liber. Ienae, 1757. et 1770. 8. *Bertram* l. exc. pag. 165 ſeqq.

conſcripſit obſeruatt. editas a Nagelio. Altdorfii, 1757. 8.) *) aut *Gruneri* aut *Schirachii* **) ab aliquo erudito doctore explicito, e lectione veterum claſſicorum perpetua illas didicerint, melius feciſſe arbitror, quam ſi, fontibus relictis, e diſputationum riuulis mores veterum cognoſcere velint. Atque omnino cautio adhibenda eſt: 1) ne tempora permiſceantur: alia enim tempora, alii mores, alia iura: 2) ne omnis diligentia et ſedulitas in ritibus tantum formulisque cognoſcendis conſumatur; ſed vt forma potius, conſtitutio et mutatio imperii romani, cauſſae incrementi et decrementi, leges ordinum-

*) Et multo poſt *M. Chriſtoph. Io. Godofr. Haymann*, Rector Scholae Dresdenſ. cuius liber inſcriptus eſt: Anmerkungen über Nieupoorts Handbuch der römiſchen Alterthümer, von *M*— *Haymann*. Dresdae, 1786. mai. 8.

**) Conferri praeterea poſſunt *Io. Heinr. Ludw. Meierotto*, über Sitten und Lebensart der Römer in verſchiedenen Zeiten der Republik. Berlin, 1776. II. part. 8. — D. *Georgius Chriſtianus Maternus von Cilano* ausführliche Abhandlung der römiſchen Alterthümer, in Ordnung gebracht und herausgegeben von *Georg Chriſtian Adler*. Altonae, 1775. 1776. IV. tom. 8. — Beſchreibung des häuslichen, wiſſenſchaftlichen, ſittlichen, gottesdienſtlichen, politiſchen und kriegeriſchen Zuſtandes der Römer, nach den verſchiedenen Zeitaltern der Nation — zum Schulgebrauch und Selbſtunterricht. Erfurt, 1788. 8. — *Georg. Wilh. Kullmanni*, Prof. Rintel. Lehrbuch der römiſchen Alterthümer. Rinteln, 1787. 8.

numque rom. iura, reditus neruique rerum gerendarum, religio artesque, quibus ad tantam magnitudinem peruenerint Romani, curatius inueſtigentur atque intelligantur. Neque vero his damno eorum operam, qui ritus veterum et conſuetudines enarrarunt atque explicuerunt. Briſſonii, Manutii, Sigonii, Grucchii, Graeuii, Burmanni, Sallengrii, Polenii et infinitorum aliorum libri et theſauri multa eruditione ſunt referti, aut multo ſtudio collecti: de quibus conſules *Io. Alb. Fabricii* Bibliographiam antiquariam; editio III. opera *Paulli Schaffshauſen.* Hamburgi, 1760. 4. Ad hiſtoriam rituum tam ſacrorum quam ciuilium et multarum rerum a Romanis domi militiaeque geſtarum, ad ſcientiam litteraturae rom. et memoriam multorum hominum vtile eſt ſtudium *Inſcriptionum* atque *nummorum*, a pluribus viris doctis commendatum. Atque tot exſtant collectiones et expoſitiones tum *inſcriptionum*, (quarum catalogum amplum quidem et tamen adhuc locupletandum dedit *I. Carol. Zeune* ad *I. Frid. Chriſt* Abhandlungen über die Litteratur und Kunſtwerke vornehmlich des Alterthums, Lipſiae, 1776. 8. pag. 125 ſqq.) tum *nummorum*, (de quorum intelligentia vſuque in primis meruit *Ezech. Spanheim* in aureo libro de vſu et praeſtantia numismatum II. voll. fol.)*) vt, vel maxime memo-

*) Adde D. *Anſelmi Bandurii* Bibliothecam numariam

memorabilibus enumerandis, modum excederem.

§. 7.

Deinde commendandi ſunt libri, in quibus de particulis, ornatu, imitatione, copia et pluritate latini ſermonis, de ſynonymis, differentiaque vocabulorum atque orthographia diligenter agitur. *Horatii Turſellini* liber de particulis ei, qui in cognoſcendis linguae lat. elegantiis et periodorum compoſitione, inque auctorum lectione felices cupiat progreſſus facere, valde vtilis eſt et neceſſarius. Poſt inſignes cura Facciolati et Schwartzii acceſſiones nouam editionem parauit Erneſti, Lipſiae, 1769. 8. —

Libri, qui ad copiam, ad ornatum faciunt, ſunt *Eraſmi* de copia verborum et rerum; *Buchnerus* de commutata dicendi ratione libri duo, Lipſiae. 1680. 12. qui liber iunioribus bonarum artium cultoribus notior cariorque, quam ſit, eſſe debet. *Iac. Ludouici Strebaei* de electione et oratoria collocatione verborum libri duo; item Iouitae, Brixiani, de numero oratorio libri V. Coloniae 1582. 8. (liber eſt vtiliſſimus) *M. Eliae Maioris* liber de varianda oratione ad lectionem veterum et ſermonis puri

riam — — curante I. Alb. Fabricio. Hamburgi, 1719. 4. *I. Aug. Erneſti* Archaeologiam litterariam Lipſiae, 1768. 8. *Zeunii* Introduct. in L. L. Ienae, 1779. 8. 177 ſeqq.

puri parandam in primis neceſſarius. Vratislauiae. 1684. 8. *Arnoldi* ornatus, *Schori* phraſes L. L.; *Hadrianus Cardinalis* de ſermone latino; *Th. Linacri* de emendata ſtructura latini ſermonis libri VI. quorum nonnulli continentur in libro: Scriptores ſelecti, de elegantiore latinitate comparanda. Amſtel. 1713. 4. Adde *Giſanii* obſeruationes ſingulares in L. L. auctas ab Othone. Altenburg 1760. 8. *Doleti* formulas L. L. ed. Sturmii. 1576. 8. *Huberti Suſannaei* connubium aduerbiorum; id eſt: elegant. aduerbiorum applicatio et mirificum vſum ex omnibus Ciceronis operibus, ordine Alphabeti demonſtratum. 1576. 8. *Rodolphi Goclenii* Obſſ. L. L. ſiue puri ſermonis analecta — editio quarta. Francofurti ad Moen. 1609. 8. — *Ker* Obſeruationes de L. L. Londini, 1709. 8. — M. *Io. Gottlieb Lindner*, Rector in Arnſtadt, Abhandl. über die lateiniſchen Ellipſen, Francof. ad Moenum, 1780. 8 (in quo libro docto vtilique multa veterum loca facili modo explanantur.) — Opuſcula varia de latinitate Iuris conſultorum veterum iunctim edidit et animaduerſiones adiecit *Carol. Andreas Dukerus*, repet. curante *Io. Petro Schmidio*, Lipſiae, 1773. 8. — *Gr. Casp. Kirchmaieri* Eloquentiae quondam profeſſ. ordin. in academia Vitebergenſi, Opuſcula VI. rariſſima de latinitate Digeſtorum et Inſtitutionum Diui Iuſtiniani Imp. collegit et praefatus eſt *Georg Sam. Madihn*, Halae 1772. 8.—

Vauaſ-

Vauaſſoris de ludicra dictione et Antibarbarum, ex edit. *Io. Erhard. Kappii.* Lipſiae 1722. 8.

De puritate ſermonis Romani praecipiunt *Voſſius*, *Laurentius Valla*, *Vorſtius*, *Borrichius*, *Cellarius*, *Guntherus*, *Scioppius*, *Morhoſius*, (qui, more ſuo laudabili, de quibusdam bene disputat,) *Ienſius*, *Noltenius*, (qui inſtar omnium eſſe poteſt; cuius lexicon Antibarbarum quadripartitum nunc conſtat II. Vol. mai. 8. tom. I. Lipſ. 1748. et tom. II. 1768. et cura G. I. Wichmanni auctum etc. Berol. 1780. I. II. tom. mai. 8.) — *Heuſinger*; *I. Petr. Titius* in manuductione ad excerpendum. Gedani 1676. 12. — *Auſonii Popmae*, Friſii, de differentiis verborum libr. III. item de vſu antiquae loquutionis libri II. iam denuo inſigniter aucti ab *Adam. Dan. Richtero*, rectore Annaebergenſi, Lipſiae et Dresdae, 1741. 8. et auct. aliquot abhinc annis a cl. Meſſerſchmidt.*)

§. 8.

*) Conf. *I. G. Walchii* hiſtoriam criticam Latinae linguae, cap. V. §. 12 ſqq. *Noltenium* in Conſpectu bibliothecae Latinitatis reſtitutae, qui maximam tomi II. Lexici Antibarbari partem conſtituit; *Chriſtiani Falſteri* cogitationes varias philologicas, Lipſiae et Flensb. 1719. 8. et *Lawaetz* l. m. pag. 560 ſeqq. qui vniuerſim, per totum caput XXXIII. de lingua latina ſubſidiisque et operibus maioris minorisue momenti, quae ad hiſtoriam vſumque linguae latinae et praeſidia ad facultatem illius comparandam pertinent, copioſe agit.

§. 8.

Vt in ſcriptura ſibi aliquis conſtet, rationem ſcribendi, veteribus ſollemnem, noſcere et curare debet. Non eſt autem, quod adoleſcens Dauſquei, Manutii aliorumque opera orthographica diligenter legat: ipſi iam ſufficiet *Chriſtophori Cellarii Orthographia Latina*, quam cum meis tum aliorum obſeruationibus inſigniter auctam, egregiisque *Cortii* diſputationibus de vſu Orthographiae locupletatam typis curaui repetendam, Altenburgi, 1768. 8. II. tom. et in nota ad Cellarii praefationem quosdam recenſui, qui huic piſtrino operam addixerunt: quos, ſi opus videretur, nunc facili labore ſupplerem.

Dein originationem verborum interdum intelligere, ad interpretationem haud parum facit. E recentioribus huc pertinent *Gerardi Ioan. Voſſii* Etymologicum L. L. Amſtel. 1662. Fol. *Fungeri* Etymologicum latinum, Francof. 1605. 8. *Chriſtiani Becmanni* manuductio ad L. L. nec non de Originibus L. L. Hanou. 1629. 8. vt *Lexica*, in quibus *Fabri* theſaurus a Gesnero auctus Lipſiae 1753. Fol. II. Vol. et nouus linguae et eruditionis Romanae theſaurus poſt Robert. Stephani curas — emendatus a *Gesnero*, Lipſiae 1749. IV. Vol. Fol. prae reliquis commendandi ſunt, *) et Grammaticorum praecepta omittam.

*) Laudem quoque meretur, Totius latinitatis Lexicon, conſilio et cura *Iacobi Facciolati*, opera et

tam. De *Grammaticis* tamen, latina, quae dicitur, Marchica, Berolini 1718. 8. minores Cellariano-Gesneriana, Langiana, (quae, quod multis inquinata eſt vitiis et defectibus, comtior, plenior atque ornatior edita eſt anno 1770. rec. 1777. Gieſſae a Rambachio,) Schwarziana, Nahmmacheriana, Schelleriana, tum maior, Ausführliche Lateiniſche Sprachlehre, Lipſiae 1779. et 1782. tum minor, Kurzgefaſste Lat. Sprachlehre, ibid. 1780. et 1782. 8. et nouiſſima, Lipſiae 1787. *I. Chriſt. Langbeinii*, Conrect. Scholae Arnſtadt. erläuterte lateiniſche Grammatik, edita a *I. Ier. Langbein*, valde commodae ſunt et vtiles iunioribus. Commendantur quoque *M. Carl. Ludov. Bauer* Anleitung zum richtigen und guten Ausdruck der latein. Sprache, Breslau, ed. 2. 1779. 8. et *Chriſt. Gottlob Bröder*

et ſtudio Aegidii Forcellini, alumni ſeminarii Patauini lucubratum. Patauii, 1771. IV volum. in fol. Fundus huius lexici eſt *Calepini* Lexicon, a Paſſerato praecipue emendatum. Forcellinus iam inceperat laborem a 1715. et finiuit 1753. durante autem tempore, dum typis exſcriberetur ab a. 1761—1771, mortuus eſt a. 1768. Gesneri theſauro non vtebatur: hoc tamen eſt eruditione et rerum multarum cognitione inferior: et, vt Gesnerianus quoque theſaurus, opus eſt adhuc imperfectum. In limine voluminis I. theſ. Gesner. legitur diſſert. de praecipuis Lexicis lat. eorumque auctoribus. Adde *Walch* l. m. cap. IV. §. V. pag. 313 ſeqq.

Bröder Practiſche Grammatik der lat. Sprache, Lipſiae 1787. 8. Qui vltra plebeculam ſapere velint, ii adeant *Voſſii* de arte Grammatica libros VII. Amſtel. 1635. 4. qui liber auctior et *Ariſtarchus* inſcriptus, 1653. editus eſt. *Gaſparis Scioppii* Grammaticam philoſophicam Amſtel. 1659. 8. et ſaepius, et quadam obſeruationum acceſſione inſtructam a *M. Ioanne Chriſtiano Herzog.* Auguſtae Vindelic. 1712. 8. — *Georgii Henrici Vrſini* Inſtitutt. pleniſſimas L. L. Ratisbonae 8. II. vol. — *Eiusdem* Obſeruatt. philologicarum librum vnum, Ratisbonae 1679. 8. — in primis *Sanctii* Mineruam cum egregiis notis *Perizonii*, Edit. ſext. Amſtel. 1754. 8. et *Bangii* Obſeruationum philologicarum libr. II. Hafniae 1640. 8. — His adiungi poſſunt *Matthiae Martinii* Lexicon philologicum, Bremae 1623. *Ioh. Laurenbergii* Antiquarius, ſiue priſcorum et minus vſitatorum vocabulorum — interpretatio. Amſtel. 1594. 8. — *Nahmmacheri* Commentarius de litteratura Romana, Brunswigae 1758. 8. *Eraſmi* dialogus de recta latini graecique ſermonis pronuntiatione. Coloniae 1529. 8. et ſaepius. — *Heineccii* fundamenta ſtili cultioris, Lipſiae 1766. 1776. 8. — *Langii* inſtitutiones Stili, Lubecae, 1730. 1745. 8. — *Im. Io. Gerh. Schelleri* Praecepta ſtili bene latini, in primis Ciceroniani etc. Part. I. II. Lipſiae 1779. 8. — *Eiusdem* Compendium praeceptorum ſtili bene

E latini,

latini, in primis Ciceroniani etc. Lipſiae 1780. emendat. et auctior editio, 1785. 8. et alii libri, ſiue maioris momenti ſiue minoris. *)

§. 9.

Nos quidem, ne a ſcopo noſtro metaque propoſita nimium auocaremur, non omnes ſcriptores, quorum libri huc facerent; (neque enim auctor exiſtam adoleſcentibus, vt multum temporis conſumant perdantue in riuulis conſectandis, fonteſque negligant;) ſed potiores tantum adpellauimus: qui, quando diligenter leguntur aut conſuluntur, et lectioni adiunguntur veterum auctorum perpetuae, facem

*) Conf. *Morhofii* Polyhiſt. litterar. IV. cap. 10. et *Nahmmacher* Anleitung zur kritiſchen Kenntniſs der lateiniſchen Sprache, cap. 4. et 5. *Lawaetz* l. m. cap. 33. ſect. 5. pag. 515 ſqq. ſect. 6. pag. 519 ſqq. ſect. 11. pag. 536 ſqq. etc. Superſtitioſum tamen latinae linguae amorem, et minutiarum ſtudium ſedulo vitabit humanitatis cultor; ne ſibi riſum aliorum et contemtum litteris pariat: qua de re vide *Klotzii* libellum de minutiarum ſtudio et rixandi libidine Grammaticorum quorundam: *Io. Frid. Iani* diſſert. de nimio latinitatis ſtudio; adiuncta eſt emendatior commentatio de doctoribus vmbraticis, Vitebergae, 1720. 8. *Andreae Guarnae* Salernitani bellum grammaticum nominis et verbi regum de obtinendo in oratione principatu — typis repetitum Coburgi, 1739. 8. (cura *Io. Faccii*, Weiſſenborni, prope Coburgum, verbi diuini praeconis.)

cem his quaſi accendent, eorumque lectio-
nem atque imitationem mire reddent facilio-
rem. *I. G. Bergeri* de naturali pulcritudine
orationis ad excelſam Longini diſciplinam illu-
ſtri continentique C. Iulii Caeſaris exemplo
exacta liber commentarius. Lipſiae 1720. 4. —
I. A. Erneſti initia rhetorica. Lipſiae 1750. 8.
etc. — *L. Cruſius's* lives of the Roman poets.
Londin. 1731. 4. et 1733. 8. quem germani-
ce verſum librum debemus cl. *Chriſtiano Henr.*
Schmid, Prof. Gieſsenſi, Halae Saxon. 1777.
et 1778. 8. — *Klotzii* diſputationes de feli-
ci audacia Horatii; et, de verecundia Virgilii;
repet. in illius Opuſculis varii argumenti, Al-
tenburgi, 1766. 8. — *Schelleri* liber bonae
frugis plenus: de ratione explicandi auctores
claſſicos in ſuperioribus ſcholarum claſſibus,
germanice ſcriptus, Halae, 1770. rec. 1783.
8. — *Io. Nicol. Funccii* De lectione aucto-
rum claſſicorum ad comparandam L. L. facul-
tatem neceſſaria, liber ſingularis, Lemgou.
1730. et auctior 1745. 4. *Purmanni*, Re-
ctoris Francof. ad Moenum, quatuor Prolu-
ſiones; Ueber die Bildung des Geſchmacks in
öffentlichen Schulen. Francof. 1770. et
1771. 4. — *Iulii Caeſaris Scaligeri* Poetices
libri ſeptem; ed. tertia apud Santandreanum
1586. 8. (cuius tamen iudicia non ſemper
aequa ſunt.) *M. I. Georg. Meuſelii* (nunc Pro-
feſſoris Erlangenſis,) Diſſ. praeſide *Klotzio*.
Halae 1766. habita de veterum poetarum in-

terpretatione; atque paucorum aliorum huius generis libri viam aperient ad reconditam atque interiorem veterum ſapientiam, veramque et praeſtantem orationis formam cognoſcendam. Enimuero

Eſt modus in rebus; ſunt certi denique fines:
Quos vltra citraque nequit conſiſtere rectum.

PROLEGOMENORUM.

SECTIO II.

§. 1.

Quae vera linguae Romanae origo fuerit, nondum ſatis cognitum eſt et perſpectum, eiusque rei inueſtigatio quantum virorum doctorum induſtriam occupauit, tantum illos in diuerſas traxit ſententias. Nam alii primos linguae lat. natales quaeſiuerunt apud antiquiſſimos Teutones, vel potius Celtas Cimbrosue: alii vero, quibuscum, idque, reor, optimo iure, plurimi faciunt, apud Graecos: alii apud alios. *Ruhnken* in elogio Tiberii Hemſterhuſii, Lugduni Bat. 1768. p. 34. „Inuenta, ait, Hemſterhuſii ingenio Graecae linguae analogia, ſimul etiam Latinae ratio diluxit, patuitque clariſſime, quod erant pauci ſuſpicati, totam fere latinam linguam ab Aeolica

lica fluxiſſe. Reſtat, fateor, pars quaedam, quae per barbaras gentes inuecta videatur. Verum aut fallor, aut exorietur aliquando vir doctus atque ingenioſus, qui, Hemſterhuſiana analogia adiutus, eam quoque partem ad graecam originem reuocet, planiſſime demonſtret, omnem latinam linguam pulcrae matris Graecae pulcram filiam eſſe." Romanorum nonnulli exiſtimarunt, primos Italiae cultores fuiſſe *Aborigines*, h. e. *ab origine* Italos. v. *Salluſt.* b. Catil. VI. ibique Cortii notam p. 40. Sed *Funccius* libr. mem. cap. VI. hos ortu Germanos fuiſſe, demonſtratum iuit. Quae quidem ſententia valde lubrica eſt. Romani potius primi, quum linguam ſuam excolere inciperent, e Graeciae antiquioris fontibus plurima vocabula, et formas modosque loquendi ipſaque elementa et ductus ſcripturae hauſiſſe, quaedam vero mutaſſe, quaedam ab incolis Italiae vetuſtiſſimis, Etruſcis aliisque retinuiſſe videntur. Coniectura autem *Facciolati* eſt ingenioſa, at minus, vti reor, certa atque indubitata; Romulum, hominibus ex variis orbis terrarum partibus ad nouam ciuitatem confluentibus, ex diuerſis diuerſorum populorum linguis nouam quaſi condidiſſe, quae vero ad linguam graecam quam maxime reſpiceret. Omnia tamen coniecturis nituntur.

Vid. *I. N. Funccii* de origine L. L. tractatum, Gieſſae a. MDCCXX. *Becmanni* manuduction. cap. V. pag. 26. *Cellarii* diſſ. de fatis

L. L. in X. eius diſſ. acad. P. II. pag. 457. *I. G. Walchii* Hiſtoriam criticam L. L. cap. I. §. 3. *Scipionis Maffei* Origines Etruſcae et Latinae — — ex italico ſermone in Latinum conuertit *Io. Georg. Lotterus*, Lipſ 1731. 4. Ex hebraica lingua, non quidem primus opinatus eſt *P. Paull. Maria Ogerius*, ordinis Carmelitarum, ſacrae theologiae in Taurinenſi coenobio lector, in libro inſcripto: *Graeca et latina lingua hebraizantes, ſeu de graecae et latinae linguae cum hebraica affinitate libellus*, Venetiis 1764. 8. manaſſe linguam latinam. Suo quisque ingenio abutitur in diuinationibus. Ita plures ſingulares opiniones, ſuſpiciones, ſomniis interdum ſimiles, poſſunt adferri. Atque ego in Introductione in notitiam litteraturae rom. I. a pag. 100. latius tractaui hoc argumentum et multorum opiniones ac iudicia recenſui: quibus addere poſſis, quae *Monboddo* in libro, anglice ſcripto, et ab E. A. Schmid theotisce verſo, *von dem Urſprung und Fortgang der Sprachen*, tom. I. Rigae, 1784. mai. 8. de linguis celtica, graeca et latina, harumque coniunctione cum teutonica, tum de latina, quae eadem ſit ac vetus Pelasgica, de adfinitate linguae latinae, hebraicae et etruſcae, ſubtiliter diſputat. Multa quoque, quae ad latinae linguae indolem atque ſubtilitatem pertineant, acute atque ingenioſe explicantur in libro: *Hermes, oder philoſophiſche Unterſuchung über die allgemeine*

Gram-

Grammatik, von Iacob Harris: überſetzt von *Chriſtian Gottfried Ewerbeck*, nebſt Anmerkungen und Abhandlungen von *F. A. Wolf* und dem Ueberſetzer. I. Theil. Halae Saxon. 1788. mai. 8. *Le Bel* in libro: l'anatomie de la langue Latine. Paris, 1764. 8. inſanit, v. *Klotzii* Acta litter. Vol. II. P. II. p. 203 ſqq.

§. 2.

Lingua latina perinde atque aliae non eodem tempore ad ſummum illud perfectionis, elegantiae et dignitatis faſtigium peruenit; ſed, amplificato Romanorum imperio, ſenſim incrementa cepit. Hinc alii compararunt ordinem et tempora cum quatuor ſaeculis, quae in ingeniis poetarum nata ſunt, aureo, argenteo, aeneo et ferreo. v. *Heſiod.* opp. et dies v. 98 — 174 ſqq. et *Ovid.* Metam. I. v. 89 — 125 ſqq.

§. 5.

Alii autem, Florum ſequuti, auctorum latinorum cognitionem ſecundum hominum aetatem propinarunt, eamque in infantiam, iuuentutem, virilem aetatem, et ſenectutem, eamque tum vegetam, tum inertem, diſtinxerunt: vt aliorum cogitationes omittam. Poſteriorem nos diuidendi rationem, quae facilior aptiorque videtur toti dicendi generi et monimentis veterum diiudicandis, atque viciſſitudinibus linguae latinae rectius exploran-

dis et cognoſcendis, cum *Funccio* obſeruabimus.

§. 4.

Auctores Romanos fide et auctoritate dignos, valdeque probatos eſſe, nomen *Claſſici*, quo vulgo adpellantur, iam teſtimonium eſt. Metaphora deducta eſt a ciuibus Romanis, qui in ſex claſſes diuiſi fuerunt. Inter hos, qui primae claſſi adſcripti erant, et centum millia aeris in cenſum inferebant, proprie *claſſici* vocabantur.

Vid. *Gellius* N. A. 16, 10. 19, 8. in primis VII. 13. *Budaeus* annot. prior. ad Pandectas, pag. 482. 483. etc.

CAPUT

CAPUT I.

DE

INFANTIA ET PUERITIA L. L.

CAPUT I.

DE INFANTIA ET PUERITIA L. L. A ROMULO VSQUE AD BELLUM PUNICUM SECUNDUM.

Quam breuiſſimi erimus in abſoluendo hoc capite. Eo enim tempore lingua fuerat inculta, barbara, et ruſtica, ita vt poſteriores iam ante Ciceronem natum carmina *Saliaria* non intelligerent, et formulae, *cum Euandri matre loqui*, *Oſce et Volſce fabulari*, in prouerbium abirent. Paucas tantum habemus reliquias *legum* antiquiſſimarum, *carminum Saliorum*, *) librorum *Pontificalium* et *Auguralium* a Feſto, Gellio, Macrobio aliisque Grammaticis ab interitu vindicatas. *Columnam roſtratam* **) illuſtrauit, in peculiari libro.

*) Conf. *Tobiae Gutberlethi*, ICti, de Saliis, Martis, ſacerdoribus apud Romanos, liber ſingularis, in quo ſacerdotes Salii, eorumque ſacra accurate deſcribuntur, fragmenta carminum Saliarium illuſtrantur, etc. Franeckerae, 1704. 8.

**) Inſcriptionem antiquam vide apud *Müller*. tom. I. pag. 9. *Facciolat.* in commentar. de L. L. eius orationibus ſubiuncto p. m. 226. confer quoque *Funccium* de pueritia L. L. p. 3. 25. 54. et alibi. De conuenientia Alphabeti graeci et latini, vid. *Plinii* hiſt. nat. VII. c. 58. adde *Bourguet*, Profeſſor.

libro. Romae, 1608. recuſ. in theſauro antiqq. roman. Graeuiano, vol. IV. Omnibus vero iuris et antiquitatis ſtudioſis *Leges XII. tabularum* ſub decemuiris e Graecia et proprie dicta et Magna, Romam translatae, quarum fragmenta tamquam naufragio feliciter erepta, ad noſtram peruenerunt aetatem, carae ſunt et valde commendantur, quamquam non defuerunt, qui haud pauca in illis reprehenderent. v. *Chriſtiani Thomaſii* diſſert. de Naeuis iurisprud. romanae Anteiuſtinianeae; Lipſiae et Halae, 1695. 4. Obſeru. 4. pag. 167 ſqq. Quare multi docti viri in illis explicandis verſati ſunt diligenter. In primis meriti ſunt de duodecim illis tabulis *Iacobus Gothofredus*, in quatuor fontibus iuris civilis, (quod eruditiſſimum opus *Everhard. Otto*, iuris ciuilis theſauro, Vol. III. inſeruit.) et *Io. Nic. Funccius*, in libro ſingulari inſcripto: *Leges duodecim Tabularum, ſuis, quotquot reperiri potuerunt, fragmentis reſtitutae, et obſeruationibus*

feſſor. in Neufchatel, ſopra l' Alfabeto Etruſco, pag. 1 ſqq. in, Saggi di diſſertazioni accademiche pubblicamente lette nella Accademia Etruſca dell' antichiſſima Città di Cortona. In Roma MDCCXXXV. 4. et *M. Io. Georg. Frikii* diſſert. Initia eruditionis apud Romanos. Altdorf. 1728. Introduct. in Notit. litteraturae rom. I. p. 157 ſqq. et *Fabricium* in B. L. lib. et tom. II. cap. 23. nec non in nota ad recenſionem editionis Flori Graeuianae. pag. 445.

bus critico-antiquariis illuſtratae, Rintelii, 1744. 4. et in praeliminari diſſertatione § 15. praecipuos illarum recenſet commentatores. Iis, quos in Introductione memor. pag. 162 — 167. laudaui, adiungi debent *Bonamy* in recitatione, in Memoires de l' Acad. des I. et B. L. Vol. XII. *S. H van Idſinga* I. V. C. variorum iuris ciuilis liber ſingularis, quo leges quaedam regiae et decemuirales, tum pandectarum et codicis illuſtrantur et explicantur, Harlingae, 1738 8. *Io. Paul. Chriſt. Philipp* comment. antiquiſſimorum iuris ciuilium, ſiue legum duodecim tabularum hiſtoria. Numburgi, 1786. *Chriſtoph. Godofredi Hofmanni* Hiſtoria iuris romano-iuſtinianei, vol. I. Lipſiae, 1734. 4 period. III. ſect. III. de Conſtitutione legum XII. tabularum ab A. V. C. 292. vsque ad a. 305. pag. 21 ſqq.

CAPUT

CAPUT II.

DE ADOLESCENTIA L.L.

A BELLO PUNICO SECUNDO VSQUE AD CICERONIS AETATEM.

Romani huc vsque armis belliſque gerendis adſueti, manſuetiores fieri, et poſt Ennium ac Pacuuium Romam aduectos litteras amare inceperunt. Omne autem initium vt tenue et vile eſſe ſolet; ita etiam L. L. indoles fataque comparata ſunt. Haec enim aetas, quamquam praeclara protulit ingenia, rudis eſt et imperfecta, nec ſatis polita. Cum imperio et amplitudine populi Romani flos et dignitas eius linguae creſcere videbatur. Ac ſi Plautum, Terentium et Lucretium excipias, in reliquorum, qui tamen pauci ſunt, ſcriptis, quae tamquam tabulae fractae ad noſtra tempora conſeruata ſunt, deſiderabis ſuauitatem atque vrbanitatem orationis artemque periodi ſtruendae; contra ineſt pro temporis ratione durities ſermonis. Iuuat tamen eorum plurimos,*) quo-

*) De auctoribus rom. quorum nomina tantum aut perpauca fragmenta euaſerunt temporis iniquitatem atque acerbitatem, egerunt *I. Nic. Funccius*, de pueritia et adoleſcentia L. L. et *Chriſtianus Falſterus* in Memoriis obſcuris: in maiore Introductione tom. I. eos quoque recenſui.

quorum vel plura ſuperſunt fragmenta, vel merita erga litteras fuerunt ſplendidiora, et noſcere et recenſere. Singulare autem eſt L. L., quod poetae primi fuerunt, qui ei vim, robur et dignitatem adtulerunt; ii vero etiam fuerunt vltimi, qui, neglecta ſermonis venuſtate, exſtincto paene priſco ſplendore, atque ſepulta L. L. dignitate, priſtinae aliquid elegantiae et nitoris retinuerint, et ſint tolerabiles.

§. I.

L. Livius Andronicus.

1. Secundum Cl. *Saxium* in Onomaſt. tom. I. pag. 208. floruit a. m. 3765. Olymp. 136. 1. ante C. N. 238. V. C. 514. ſecundum alteram aeram rom. an. V. C. 513. ante Chr. N. 239. proxime poſt bellum Punicum primum apud Romanos Fabulam omnium primus dedit, ſuaque carmina produxit in ſcenam. Mortuus eſt a. V. C. 534.

2. Natione Graecus et ſeruus fuerat M. Liuii Salinatoris, cuius liberos erudiebat: a domino tamen, qui eum ob vim ingenii amabat, manumiſſus.

3. Varia ſcripſit poemata, Odyſſeam, tragoedias, hymnos in deum; quorum fragmenta a veteribus Grammaticis conſeruata adhuc feruntur. Pater fuit poeſeos dramaticae, primusque Romanorum, qui in poeſi ordinem praeceptaque ſeruaret. *Liuius* VII. 2 — 8. *Quinctil.* X. Inſtit. c. 2. 7. *Cicero* autem in Brut. cap.

cap. 18. *Liuianae*, inquit, *fabulae non ſatis dignae, quae iterum legantur.* Hinc de eius ſtilo iudicari poteſt. Lyrica quoque ſcripſit: enimuero ea non exacta ſatis fuerunt Graecorum lege ad lyricum characterem. v. Scholiaſtes Cruquianus ad Horat. III. od. 1. pag. 690. *Sueton.* de illuſtr. Grammaticis vocat eum *Semigraecum*, quod carminibus multa immiſcuit verba graeca. vide etiam *Horat.* II. ep. 1. v. 69.

4. Reliquiae ſunt in *Martini Antonii Delrii* Syntagmate tragoed. latinae, Lutet. Paris. 1619. 4. p. 93. ſqq. Antwerp. 1694. etc. — inter fragmenta veterum poetarum Latinorum. Pariſ. 1564. 8. — Cum notis P. Scriuerii et G. I. Voſſii in collectan. vet. Tragicorum. Lugduni Batau. 1693. 8. 1720. 8.

5. *Caspar Sagittarius* de vita et ſcriptis Liuii Andronici, Naeuii, Ennii, Caecilii, Statii, Pacuuii, Attii, Attilii, Lucilii, Afrani, M. Porci Catonis. Altenburg, 1672. 8. *Caſaubonus* de ſatyrica Graecorum poeſi et Romanorum ſatira, lib. I. cap. 2. ibique Rambach. pag. 181. ſqq.

§. 2.

CN. NAEVIUS.

1. Fabulas dedit Olymp. 136. 2. ante C. N. 233. V. C. 519. diem obiit ſupremum Vticae coſs. Cethego et Sempronio Tuditano, (Cicer. in Bruto c. 15.) ſ. Olymp. CXLIV. 1. aucto-

auctore Hieronymo in Euſebii Chronico, .V. C. 550.

2. Ex Campania oriundus: bello punico primo ſtipendia meruit, ob dicacitatem vero et probra, quibus principes ciuitatis, praecipue P. Scipionem Africanum et Metellos lacerauit, in vincula coniectus, (*Plaut.* in mil. glorioſo II. 256.) poſtea Roma expulſus, Vticam in Africa abiit.

3. Poeta fuit. Scripſit 1) carmen de bello Punico primo, (*luculente quidem, quamquam minus polite*, ait *Cicero* in Bruto, cap. 19. adde *A. Gellii* N. A. XVII. 21. pag. 417. ibique Gronou.) 2) Tragoedias et comoedias, 3) Satiram.

4. Plenus fuiſſe dicitur (*Cicer.* de orat. II. c. 63. et 71.) facetiarum, ioci, ſalſique: oratio vero eſt aſpera minusque culta.

5. Fragmenta eius exſtant in Collectionibus paullo ante memoratis.

6. *Sagittarius* l. mem. pag. 8 ſqq. *Merula* ad Ennii reliquias L. B. 1595. pag. 88. — In codicibus confunditur aliquoties cum *Nouio* Comico, qui centum et quinquaginta annos *Naeuio* eſt iunior.

§. 3.

Q. Fabius Pictor.

1. Circa bellum Punicum II. vixit. v. Inrod. in Not. litteraturae rom. I. p. 175.

2. E gente Fabiorum vt antiqua, ita ampliſſima ortus. Senator rom. *Polyb.* III. 9. Liuius XXII. 57. XXIII. 11.

3. Primus eſt Romanorum, qui in oratione non ligata antiquitatem resque geſtas Romanorum memoriae prodidit: atque *Annales* graeco *) et latino ſermone, libros rerum geſtarum, et libros iuris Pontificii ſcripſit, e quibus pauca ſuperſunt fragmenta.

4. In eo Dionyſ. Halic. IV. Archaeol. 30. diligentiam, et Polybius I. 14. 58. III. 9. fidem deſiderarunt: ſed a Polybii crimine vindicauit eum Erneſti in proluſ. Lipſiae 1748. 4. rec. in Opuſc. philolog. p. 102.

5. Reliquiae eius exſtant in *Antonii Riccoboni* libro de hiſtoria, cum fragmentis hiſtoricorum veterum latinorum. Baſil. 1579. 8. In Fragmentis hiſtoricorum — ab *Auſonio Popma* collecta et illuſtrata. Amſtel. 1620. 8. Cum Salluſtio Waſſe, Cortii, Milleri et Hauerkampii.

6. *Dan. Guil. Molleri* diſputat. de Fabio Pictore, Altdorf. 1690.

Spurii ſunt libelli, de aureo ſaeculo, et de origine vrbis Romae, eiusque vocabulorum, quos Annius biterbienſis pro germanis Pictoris euulgauit.

§. 4

*) Graece ſcripſiſſe illum res romanas, prodit quidem *Dionyſ. Halicarn.* I. 6. ſed confudiſſe videtur hunc cum *Numerio Fabio Pictore* quem ſcripſiſſe annales *graecos*, *Cicero* de Diuinat. 1. 21 teſtatur.

§. 4.

Q. ENNIUS.

1. Ab a. V. C. 514. ſ. 515. a Ch. N. 239. . 240. vixit vsque ad V. C. 585. a C. N. 169. iue 170. vide etiam *Cruſii* Lives etc. *Funccium* le Adoleſcent. L. L. pag. 75. *Ciceron.* Brut. ap. 20.

2. Patria fuit Rudius e Calabria; Poeta et Hiſtoricus ſuo tempore doctiſſimus et bello unico ſecundo militauit: poſtea a Catone .omam deductus eſt, vbi non ſolum iuuenes iraecorum linguam docuit, ſed etiam propter ruditionem et facetias ſummorum virorum onſequutus eſt fauorem, atque a Fuluio Noiliore, filio, a. V. C. 569. ciuitate Ronana donatus.

3. Scripſit *Annales* vrbis Romae et *Sciionem*, carmine heroico; varias *tragoedias* que Euripidis Hecubam latine vertit: (*A. Gell.* . A. XI. 4.) et *Comoedias*, *Epigrammata*, *atiras*, *Phageſia* ſ. *Phagetica* ſ. *Hedypatheca*, (de nomine enim non conuenit inter vios doctos, v. *Fabricii* Bibl. Lat. lib. IV. c. I. 7. om. III. *Burmann* II. ad Anthol. lat. lib. III. . 135. cel. *Wernsdorf* in Poetis lat. min. I. ag. 157 ſq. et p. 187. vbi fragmentum, quod pereſt, inter Halieutica recepit atque expoit,) et *Euemerum*, (qui, vt ſuperſtitionem ex nimis Graecorum eximeret, deos ab hominis ortos eſſe docuit,) de genealogia deorum

in latinum transtulit ſermonem: quorum verc fragmenta ſuperſunt.

4. Primus collegit atque illuſtrauit Enni fragmenta *Hieronym. Columna*, Neapoli 1590. 4. melior editio eſt P. *Merulae*. Lugd Batau. 1595. 4. et plenior *Franciſci Heſſelii* Amſtel. 1707. 4.

5. Romanos primum docuit philoſophian Graecorum, poeſin epicam et ſatiram. Lin guam lat. non modo nouis locupletauit voca bulis; ſed etiam ornauit atque emendauit, vid *Horat.* A. P. 56. Trium enim linguarum Oſcae, Latinae et Graecae, praeter conſuetu dinem iſtius temporis, erat peritiſſimus. Hin Cicero, Virgilius aliique eum lectitarunt, tun etiam multis laudibus extulerunt; verba tamei ipſaque rei pertractatio, quod quidem in ill poeſeos linguaeque infantia haud mirum vide bitur, multis naeuis commaculata ſunt.

6. Eius vitam deſcripſit *Hieron Columna* quae editioni Heſſelii praefixa eſt. *Chriſt Wilh. Küſtner* chreſtomathiam iuris Ennianan edidit cum notis vberrimis. Lipſiae, 1762. 8 conf. quoque *Io. Gerberi* diſſ. de Romanorum Satira. Ienae, 1756. *W. Fr. Kreidmann* Orat. de Q. Ennio. Ienae, 1754. 4. Plura dedi in Introduct. in Notit. litterat. rom. pag. 186 ſqq. et pag. 177 ſqq. de *Lucio Cincio Alimento* (circ. Ol. 142. 3. ante C. N. 208.) egi.

§. 5.

§. 5.

M. Porcius Cato.

1. Natus a. V. C. 519. ſ. 520. a. Ch. N. 35. vita defunctus eſt ante Ch. N. 149. a. C. 604. de annorum, quos vixiſſe dicitur, imero ac diſſenſu v. *Drakeenb.* ad Liuium XXIX. 40. pag. 385.

2. Fuit patria Tuſculanus, atque in pa- a dicebatur *Priſcus:* Romam demigrans, *to* nuncupatus eſt propter ſolertiam. In olefcentia ſtipendia meruit, atque Romae nes magiſtratus et honores, horumque api- n, Cenſuram, quam ſeuere adminiſtrauit, nceps conſequutus eſt. Laudem habet agri- ae ſolertis, reipublicae periti, iuris con- ti, magni imperatoris, probabilis oratoris, idiſſimi litterarum, et in Cenſura adeo eri, vt primatibus, praecipue Scipioni Afri- o, qui *Anti - Catonem* ſcripſit, inuiſus, ulo contra gratus eſſet. Cognominatur oque *Maior* et *Cenſorius.* Reipublicae mo- nque cauſſa multas ſuſcepit inimicitias, at- belli III. Punici ſuaſor fuit pertinax et petuus.

3. Scripſit *origines, de re militari, ora- es*, et alia, quae interierunt: et a *Fabricio* 3. L. lib. I. cap. II. tom. I. repet. ab edito- is ſcr. R. R. Bipont. et a me libr. mem. 83 ſqq. recenſita aut indicata ſunt. Super- ſolus libellus *de re ruſtica*, ſ. agricultura:

 atque

atque num ille ſit germanus, an ſpurius, aut ſaltem culpa ſiue ſciolorum hominum ſiue librariorum immutatus, res eſt ambigua. vid. *Gesner.* in praefat. ad Scriptores rei ruſticae.

4. Quinque claſſes editionum auctorum R. R. conſtitui poſſunt: equidem principes ſingularum aetatum, et potiores breuiter memorabo. Curatius ampliusque deſcripſerun eas atque examinarunt docti editores Bipontin vol. I. ſcript. R. R. pag. CXXXI. ſqq.

Prima aetas *Ienſoniana. Cato*, *Varr* *Columella*, (recenſente Georgio Merula. *Palladius* (recenſente Franc. Collucia, Ve neto,) per *Nic. Ienſonum.* Venet. 1470. Fo quam tamen commentitiam eſſe ſtatuunt *Cr uenna* et illuſtriſſ. *Comes de Reviczky* in Cata p. 17 ſqq. — aut ibid. 1472. Fol. — *Reggi* opera et impenſis. *Barthol. Bottoni*, ali *Bruſchii* Regienſis. 1482. Fol. — caſtigati et limatius cum exſcriptionibus et comment riis *Phil. Beroaldi.* Bononiae 1494 ſqq. ex h manarunt reliquae edd. huius aetatis.

Altera aetas *Aldina*, incipit ab Aldi prima, in qua textus cum codice Iucun Veronenſis collatus, fundus reliquarum ed factus eſt, Venet. 1513. 8 rec. 1514. ibid. - tum *Florent.* apud *Phil. Iuntam*, curante N Angelio, cum annotatt. Phil. Beroaldi, co mentar. Iun. Pompon. Fortunati in librum cultu hortorum. 1515. mai. 8. — *Baſile* apud Adamum Petri, 1521. 8. — *Baſil.* e

Io. Fab. Emmeus Iuliacenſis. 1528. 4. quae editio notanda eſt, quoniam e cod. mſpto primum acceſſerunt *Vegetii Renati artis veterinariae ſiue mulomedicinae libri quatuor.*

Tertia aetas nacta eſt *Petrum Victorium*, Scriptorum R. R. ſoſpitatorem, qui codices contulit, et maxime emendauit Catonem ac Varronem; neque plane neglexit Columellam: at Palladium non curauit. Lugduni, apud Gryphium, 1541. 8. II. volumina. Praefatio Victorii ſcripta eſt Florentiae, XII. Kal. Quint. 1541. — *Victorii* Explicatio ſuarum in Catonem, Varronem et Columellam caſtigationum ſeparatim excuſa: ibid. 1542. — Haec omnia quatuor particulis recudit *Robert. Stephanus*, Pariſiis. 1543. 8. — *Fuluii Vrſini* notae ad Catonem, Varronem, Columellam, Kalendarium ruſticum Farneſianum et veteres Inſcription. fratrum Arualium. Romae, 1587. 8. —

Quarta aetas Commeliniana. *Rei ruſticae auctores latini veteres, M. Cato, M. Varro, L. Columella, Palladius. Priores tres e vetuſtiſſimis editionibus: quartus e veteribus membranis, aliquam multis in locis emendatiores: cum tribus indicibus* (a *Frider. Sylburgio* confectis) etc. Ex Hieron. Commelini typogr. 1595. 8.

Quinta aetas *Gesneriana.* v. Prolegg. §. 4. *Gesnerus* contulit codd. et edd. adiecit ſuperiorum ſuasque notas, praeter ea Schöttgenii

 et

et Pontederae, quorum illi poſtea lis orta eſt, et lexicon egregium rei ruſticae ac latinitatis. Textus eſt e receſione Gryphiana ſeruatus.

Separatim prodiit *Cato de R. R.* cum fragmentis aliorum librorum et notis *Auſonii Popmae*, (qui Turnebii aduerſaria, ſuppreſſo nomine, compilauit,) Lugd. Batau. 1590. — eadem edit. accedentibus *Meurſii* praefatione ac notis Lugd. Batau. 1598. 8. et Franequerae, 1620. 8. exc. Io. Lamrink — Catonis de re ruſtica liber, cura *Io. Chriſtoph. Hayniſch.* Schleizae 1743. 8. — E Catone fragmenta inſeruit cl. *Car. Phil. Michael Snell*, Chreſtomathiae oeconomicae. Gieſae, 1780. 8.

Germanice verſus eſt liber: *Des M. Porcius Cato Buch von der Landwirthſchaft, überſetzt, und mit Anmerkungen aus* (der) *Naturgeſchichte und* (den) *Alterthümern verſehen, durch Gottfried Groſſe*, Prediger zu Pechau, im Herzogthum Magdeburg. Halae Sax. 1787. 8.

Fragmenta hiſtorica inter fragmenta hiſtoricorum veterum, cum Salluſtio Hauercampii, tom. II. pag. 271.

5. Ad augendam dicendi facultatem Catonis ſcripta iam a veteribus valde commendantur. Is enim, vti Ennius L. L. nominibus rerum nouis ditauit. *Horat.* A. P. 56. atque a Catone ornata litterarum latina monimenta, ſcribit *Valer. Max.* III. c. 4. Ad imitationem vero et ornatum linguae non conducit.

6. Vide

6. Vide *Cornelii Nepotis* vitam Catonis ibique interpret. *Valer. Maximum* libr. 8. c. 7. ex. 1. et *Gesneri* praefat. meam Introd. in N. litter. rom. pag. 178. vbi etiam pag. 193. de *ſenatus conſulto aduerſus Bacchanalia*, et romanis ſcriptoribus minus claris, partim obſcuris egi.

§. 6.

M. Accius Plautus.

1. Natus a. V. C. 527. a. Ch. 227. mortuus eſt a. V. C. 570. a. C. 184. *Guazzeſi* in praefatione ad Aulularian Plauti italice verſam ante C. N. 145. mortuum eſſe ſcribit.

2. Fuit poeta comicus, Darſinna in Vmbria ortus, atque facetiis et comoediis multa pecunia adquiſita, quum ope mercaturae, ſed infelicis, opes augere ſtuderet, eoque tempore ſumma eſſet annona, demum adeo pauper, vt piſtori ſe ad molas manuarias locare cogeretur. v. *Cicer.* in Bruto. c. 15. *A. Gell.* N. A. III. 3. XVII. 21.

3. Scripſit *Comoedias* 130. (tot enim ferri ſub Plauti nomine; at a veteribus iam multas eſſe reiectas, ait *Gellius* III. 3. pag. 270. ed. Gronou. Conradi.) ex quibus tantum 20. ſuperſunt. Ipſe comoediam, *Epidicus* inſcriptam, magni aeſtimabat. Aululariam Moliere, in comoedia *l' Avare;* Militem Glorioſum Terentius in Eunucho, et Holbergius in comoedia Bramarbas; Amphitryonem Moliere et

Dryden; Moſtellariam, Itali, Galli et Angli imitati ſunt. In illis comoediis notanda eſt fabula, *Poenulus*, h. e. *punicus*, in qua Hanno, Poenus, punice loquitur, Act. V. ſc. I. qui locus valde vexauit viros doctos, v. Introd. in Notit. Litter. rom. I. pag. 199. Iis, quos laudaui, addi poteſt *Ch Vallaney* in Eſſay on the Antiquit. of the Iriſh Language, Dublin, 1772. 8. pag. 41 ſq. qui linguam Iricam in Hibernia ſtirpem ſiue propaginem linguae punicae arbitratus, locum Plautinum, vbi Hanno loquens inducitur, ad verbum in linguam Iricam transtulit: quo facto ſumma vtriusque linguae conſpiratio viſa eſt quibusdam.

4. Editionum ſex ſunt aetates:

Prima. Princeps ed. eſt *Georgii Merulae*, qui bono codice Florentino vſus eſt, *Venetiis* per Ioannem de Colonia et Vindelinum de Spira. 1472. — repetita, opera et impendio Pauli de Ferraria atque Dionyſii de Bononia, 1482. Fol. *) — Taruiſii et Dauentriae, 1482. Fol. — recognita eſt Merulae editio, aut

*) Vide de Merulae editt. meritis, ac primae editionis mendis, *Quirini*, patris purpurati, ſpecimen variae litteraturae Brixienſis, (Brixiae 1739. 4.) part. I. pag. 1 ſqq. vbi ad pag. 49. vsque de aliis veteribus editionibus copioſe agitur: eiusdem *Quirini* Epiſtolam ad Saxium, ſubiunctam tom. II. Argelati Bibliothecae ſcriptor. Mediolanenſ. pag. 14 ſqq. adde Cl. *Lengnich* Beyträge zur Kenntniſs ſeltener Bücher. part. I. p. 195 ſqq.

aut potius, iudice Taubmanno, interpolata, per Merulae diſcipulum, *Euſebium Scutarium.* — Impreſſ. in officina Vlderici Scizenzeler, ipſius et magiſtri Io. Legnani opera et impendio, Mediolani 1480. Fol. cum ea conſpirat *Veneta* cum interpretatione *Petri Vallae* Placentini ac *Bernardi Saraceni*, Veneti, impr. per Simonem Papienſem, dictum Biuilaqua, 1485. 1499. — *Plautus* cum interpretatione *Ioann. Baptiſtae Pii.* Mediolani per Magiſtrum Vldericum Scinzenzeler 1500. *) per Philipp. Beroaldum. Bonon. 1503. Fol. — Saraceni et Pii labores curasque in Plauti comoediis emaculandis mire ſpreuit et lacerauit *Pylades Buccardus*, Brixianus, in editione Brixiana, a. 1506. Fol. (v. *Quirini* ſpecim. litteraturae Brix. pag. 20 ſqq.) cum praefat. Io. Britannici, qui, mortuo Pylade Buccardo abſoluit editionem. — *Thadeus Ugoletus* in edit. Venet. 1518. culpauit, ac Taubmannus ſpreuit eam, quae poſtea cum lucubratiunculis ex commentariis Pylad. Brixiani repetita eſt Argentorati ex aedibus Matthiae Schureri. 1514. 4.

Ex *altera* recenſionis aetate memorandae veniunt *Plauti* Comoediarum *Simonis Carpentarii* editio; *com.* ex antiquis recentioribusque

*) Vide. Reu. *Schnizer* III. Anzeige der Kirchen-Bibliothek zu Neuſtadt an der Aiſch, 1784 p. 54. *Saxii* hiſtor. typograph. litterar. Mediolan. p. 433.

busque exemplaribus inuicem collatis diligenter emendatae. (Pariſ. aut Lugd.) 1513. 8. — et *Florentina*, apud Philipp. Iuntam, iudicio *Nicolai Angelii*, 1512. Angelius vſus eſt codd. MSSt. et primus addidit quaedam, quae antea deerant. —

Ex Florentina recognitione, cum commentariis *Bernardi Saraceni*, *Io. Petri Vallae*, et *Pyladis Brixiani:* nec non obſeruationibus *Pii Bononienſis*, *Vgoleti* et *Grupoldi* ſcholiis Anſelmique Epiphyllidibus. Venetiis. 1518. Fol. — Iuntinianae et Venetae modo memoratae editionis repetitio eſt *Aldina*, Venetiis in aedibus Aldi et Andreae Aſuloni, ſoceri, 1522. mai. 8. — Hanc baſin fecit *Robertus Stephanus* edit. Paris 1529. Fol. et *Gryphius*, Lugdun. 1535. 1540. 8. 1549. 12. 1554. 16. — Quaedam emendauit *Robert. Stephanus* in ed. 1530. Fol. — multa bona nouaque promiſſa ſunt in fronte ed. *Colonienſis* apud Gymnicum 1530. cum *Gisberti Longolii* praefatione.

Tertiae aetatis princeps et ſoſpitator *Plautinarum* fabb. eſt *Ioach Camerarius*, qui primum 1536. ſex: dein 1545. 8. alias quinque comoedias recenſuit: denique ex II. praeſtantibus codd. 1551. emendatiorem edidit totum Plautum, cum fragmentis a Georgio Fabricio collectis, Baſileae per Io. Heruagium, 1551. rec. 1558.

Ex

Ex hoc fluxere editt. *Plantiniana*, plus quam CC. verſibus e codicibus aucta, opera *Io. Sambuci* cum notis virorum doctorum, 1566. 12. — altera Baſilienſ. apud Heruag. 1568. 8. Francof. 1593. 12.

Quartae aetatis auctores exſtiterunt *Lambinus*, *Ianus Douſa* et *Ian. Gruterus*. Primus, criticus eruditus et perſpicax, incepit *Plautum* e libris ſcriptis reſtituere, doctoque commentario illuſtrare; perfecit, illo mortuo, laborem atque commentarium *Io. Helius*, illius collega, Paris 1577. Fol. quae recenſio baſis poſthaec facta eſt multarum ediitionum vsque ad *Ianum Gruterum*, qui Plautum ad codices Palatinos caſtigatum edidit, et comoedias actibus ac ſcenis, verſuumque numeris diſtinxit. 1592. — Litem ei mouit moleſtam ingratus diſcipulus *Io. Phil. Pareus* in ed. Francof. 1610. 8. mai. — et curis ſecundis polita, Neapoli Nemetum, (h. e. Neoſtadii ad Hartam.) 1619. 4. et mendoſe, Francof. 1641. 8. Duumviri illi ſe valde inuicem lacerarunt et opprobriis proſciderunt. — De Plauto bene quoque meruit *Ianus Douſa*, fil. in edit. 1589. ſaepius repetita. —

Quintam aetatem conſtituit atque ornauit doctiſſimus *Plautinarum* fabularum interpres, *Frid. Taubmannus*, Francof. 1605. 4. cuius editionis ipſum poſtea puduit, tum, ſecundis curis, multo curatius, 1612. 4. denique poſt illius obitum ex recognitione *Iani Gruteri*, cum

cum commentariis *Taubmanni* auctioribus et indicibus, apud Zachar. Schurer. 1621. 4.

Sextae aetatis auctor exſtitit ſobrius et acutus ille criticus, *Io. Fridericus Gronouius*, cuius editio praeſtans cum illius et variorum notis prodiit Lugd. Bat. ac Roterod. 1669. 8. II. voll. rec. meliorque facta eſt, Amſtel. 1684. 8. — rec. cum notis *Enoci Chriſt. Othonis*, et praef. *I. A. Erneſti*, Lipſiae, 1760. mai. 8. —

Recenſuit et chreſtomathia philologica inſtruxit *I. P. Millerus.* Tomi III. Berolini, 1755. 8. — *M. A. Plauti* comoediae ſuperſtites viginti, ad optimas editiones collatae. Accedit index rarioris et obſoletae latinitatis, ſtudiis ſocietatis Bipontinae. tom. I. II. III. Biponti, 1779. et 1780. 8. edit. altera emendatior, 1788. III. voll. 8.

Quasdam comoedias eſſe ſeparatim editas, alibi iam monui: hic addam paullo adcuratiorem ſequentis editionis notitiam: *P. Lacermi* (Ioſ. Bartholi,) academici Patauini, *in militem glorioſum Plauti commentarius*, *et eiusdem fabulae interpretatio italicis verſibus concinnata.* Venetiis 1742. 4. Notae ſunt eruditae et modo criticae, modo grammaticae: interdum abundant copia. Verſioni italicae adhaerent quoque notae ſermone italico conſcriptae, atque *Michael Marolleſii* interpretatio gallica proſaica, (Paris, 1658. 8.) interdum comparatur atque examinatur.

D. Lie-

De Liemers edidit *Plautum* totum, latine et gallice, Amſterd. 1719. voll. X. 12. quae interpretatio laudatur. (v. Acta erudit. 1719. pag. 329 ſqq.) — *Des M. Acc. Plautus Luſtſpiele, aus dem Lateiniſchen überſetzt.* Berol. 1784. 8. I. vol. (curante *Mylio.*)

Henningi Succouii, Lunaeburgici, in *M. Accii Plauti — Trinumnum* liber commentarius, e criticorum et philologorum quotquot domi habuit, Syllogis — — congeſtus. Magdeburg. 1615. 8.

5. Stilus eſt perſpicuus, ſi archaiſmos et vocabula nouiter inuenta, aut riſui captando apta excipias. Iocandi et ſcribendi genus eſt valde ingenioſum, facetum, nec raro vrbanum atque elegans: interdum obſcoenum et humile; ipſaeque fabulae non omnibus numeris ſunt abſolutae. In pingendis autem hominum moribus et perſonarum characteribus, atque vi comica adſequenda Plautus eſt artifex ingenioſus, nec tamen cautus in oeconomia, fertilis in inueniendo, et in fingendo vena vſus eſt admodum felici. Salibus abundat, et ad proprietatem quidem ſermonis latini pernoſcendam, ad copiam verborum comparandam, ad animi delectationem, (ſi a ſordibus nimiumque ludicris locis diſceſſeris,) multum valet: nec tamen adoleſcentibus ad perlegendum et imitandum, tamquam vnicum exemplum, eum commendarem.

6. *Phil.*

6. *Phil. Pareus* in ſua editione Francof. 1641. 8. diſſertationem conſcripſit, de vita, obitu et ſcriptis *M. Accii Plauti:* et lexicon Plautinum 1614. 8. vide etiam *Caſpar. Sagittarium* de vitis Plauti, Terentii, et Ciceronis. Altenb. 1671. 8. — *Iani Gulielmi* Plautinarum quaeſtionum commentarius, in quo omnes ordine M. Plauti comoediae illuſtrantur. Lutetiae 1583. 8. — *Abhandlung von dem Leben und den Werken des Plautus*, in Beyträgen zur Hiſtorie und Aufnahme des Theaters. Stutgard, 1750. 8. — *D. Chriſt. Heinr. Schmid* Anweiſung der vornehmſten Bücher in allen Theilen der Dichtkunſt. Lipſiae, 1781. pag. 504. ſqq. — *Io. Freder. Gronouii* Lectiones Plautianae etc. Amſtel. 1740. 8. — L' Aulularia di Plauto tradotto in verſo Toſcano. 1763. 4. Piſae. auctor (Cav. Commendatore *Lorenzo Guazzeſi*, inſpector foſſarum Piſae,) obſeruat, *Aullam* veteribus fuiſſe *Ollam*. In praefatione adulit varia de vita Plauti et critica in multas comoedias Plauti, eius verſus et vrbanas loquendi formulas, quas ab Horatii, Nauageri, Minturni, Mureti et Burmanni criminibus defendit.

§. 7.

Statius Caecilius.

1. Tempus, quo natus eſt, non conſtat. Obitus eius incidit in annum V. C. 586. A. Ch. 169. Ol. CLIII. 1.

2. Me-

2. Mediolanenſis aut Inſuber Gallus fuiſſe putatur. Scipione, Terentio Ennioque familiariter vſus eſt. In libertatem adſertus cognomen accepit *Caecilii.*

3. Comoedias ſcripſit, quarum tantum ſuperſunt fragmenta.

4. Collecta ab *Almeloveen* in fragmentis Comicorum. Amſtel. 1686. 8. et a *Mich. Maittaire* in corpore poetarum latinorum, Londini, 1713. Fol. tom. II.

5. Grauitatem in comoediis laudat Horatius II. Ep. I. 59. principatum inter Comicos tribuit ei Volcatius apud *A. Gellium* XV. 24. culpat vero eius latinitatem *Cicero* in Bruto, c. 74. et ad Attic. VII. ep. 3.

6. *Caſp. Sagittarii* vita Statii Caecilii, Andronici, Pacuuii, Altenb. 1672. 8.

7. Nominari debent *Porcius Licinius*, (v. *A. Gellium* XVII. 21. XIX. 9) et *C. Licinius Imbrex*, alias *Licinius Tegula*, (*A. Gell.* XIII. 21.) *Cn. Mattius*, *Q. Trabea* etc.

§. 8.

M. Pacuvius.

1. Natus eſt Brunduſii Olymp. CLVI. 3. ſecundum Hieronymum in Chronico Euſebiano ad h. annum; ſecundum *Saxium* in Onomaſtico I. pag. 131. ante C. N. 152. a. V. C. 600. annus mortis eſt incertus: paene vere nonagenarius obiit Tarenti.

2. Arte pingendi et *Tragoediarum* ſuo tempore celebris fuit: etiam octogenarius fabulam vltimam docuit: *Cic.* in Bruto, cap. 64.

3. Fragmenta collecta ſunt a *Stephano*, *Delrio*, *Scriuerio* et *Maittario.*

4. A *Cicerone* de Orat. I. 58. II. 37. de Diuinat. I. 57. II. 64. etc. *Quinctil.* I. O. lib. X. cap. I. 97. aliisque antiquis valde laudatur: aſper tamen eſt, nec elegantia aequat Terentium, et verborum fuit nouator.

5. Memorie di M. Pacuuio, antichiſſimo poeta tragico: da *Annibal de Leo.* Neapoli 1736. 8.

6. Addatur *Luc. Attilius*, (male *Accius*,) aequalis Pacuuii. De aetate illius ambigua v. Introduct. in Notit. litter. rom. I. pag. 266 ſq. ſcripſit: 1.) tragoedias, quarum fragmenta collegerunt Stephanus, Delrius, Scriuer. et Maittarius; 2.) annales, carmine. *Macrob.* Sat. I. 7. etc.

§. 9.

P. Terentius Afer.

1. Natus eſt, vt *Müllerus* docuit, a. V. C. 561. a. Ch. N. 192. obiit V. C 594. a. C. N. 159. Cruſius et Hamberger in notatione temporis diuerſi ſunt.

2. Fuiſſe patria Carthaginienſem hunc poetam comicum, non plane quidem euictum, ſed maxime probabile eſt. Propter egregias corpo-

corporis animique virtutes e ſeruitute manu-miſſus a priſco domino praenomina *Publii Terentii* accepit: ac mortuus reliquit filiam equiti nuptam Romano, et hortulos XX. iu-gerum.

3. Sex comoedias reliquit, in quibus confi-ciendis Scipionem Aemilianum et Laelium ha-miſſe dicitur ſocios.

4. Magna ſuauitas ac venuſtas gratiaque in-o eſt ſermonis latini; natiuus quidam lepos, on adſcitus, visque comica, quam quidem onnulli Terentio male abiudicant. In de-ſcribendis perſonis eſt elegans, in dialogi artifi-cio ob varietatem, perſonis tamen aptam, b ſimplicitatem et naturalem pulcritudinem mnis aetatis tulit plauſum: mores melius ob-ſeruat, quam Plautus, actionis praecipue vnita-em, atque probabilitatem, et oeconomiam bularum, quae eſt egregia: contra Plautus erſonas ad ſpectatores quoque loquentes facit, uod etiam *Scaliger* Poetic. III. p. 340. carpit; actibus ordinem quemdam ſeruat. Potiſſi-num imitatus eſt Menandrum. Dicendi ge-ere et fabulae compoſitione Plautum ſuperat, eque vero omnibus caret vitiis, illoque face-s ingenioque eſt inferior.

5. Editionum, quarum numerus eſt incre-bilis et paene infinitus, *ſex* claſſes conſtitui oſſunt. (v. Editores doctiſſimos Bipontinos meam Introductionem in notit litt. rom I. g. 231 ſqq.) Quaedam exempla inſtructa

G 2 ſunt

ſunt commentariis *Aelii Donati*, antiqui grammatici, *Eugraphii*, qui circa a. Ch. 998. vixit, *Sulpicii Apollinaris* in Terentii fabulas periochis, et adnotationibus *Io. Calphurn.* Brixienſis, hominis docti ſaeculi XV. qui, quod Donati ſcholia in Heautontimorumenon deſunt, ea eleganter ſuppleuit, et reliquas fabulas caſtigauit: de quo vide *Quirinum* in Specimine variae litteraturae Brixianae, I. pag. 50 — 58. et in Epiſtola ad Saxium, ſubiuncta Argelati ſcriptoribus Mediolanenſibus pag. 16. ſqq. qui eum praeter ea vindicat a plagii nota, illi a Weſterhouio aliisque inuſta.

Antiquiſſimae editiones ſunt, quae verſuum diſtinctionem nondum habent, nulla anni, loci et typographi mentione facta, ante annum, vti credunt quidam, 1469. metris quoque non incedit *Terentius* in edit. Lugd. 1513. 4. quod tamen factum erat iam in edit. a. 1487. 90. 91.

Weſterhouius contulit editionem, quam adſeruit a. 1469. at *Franciſc. Hare* monuit in illo ipſo Weſterhouii exemplari annum calamo tantum fuiſſe adpictum: quare illuſtr. *Comes de Rewiczky* in Biblioth. gr. et lat. p. 5. *Mediolanenſem* apud Zarottum cum Donato, quae anni 1470. indicium habet, principem eſſe edit. cenſet. Contra in catalogo librorum rariſſimorum ab artis typographicae inuentoribus, ante annum 1500. excuſorum in 8, p. 62. editio

editio ſine a. l. et typographo, in Fol. pro principe habetur. —

P. Ter. Com. ex recenſione *Antonii Moreti*, absque vlla nota: ſaec. XV. in mai. 4. (de qua rariſſima editione conſules cl. *Morellium* in Bibliotheca Pinellii, Venetiis 1787. tom. II. pag. 376 ſq.) — ex recenſ. *Raphael Zovenzonii.* Venet. 1471. in max. 4. — Romae, per Conr. Schweynheim et Arnold Pannartz, 1472. Fol. (v. *Audiffredi* catalog. rom. editt. ſaec. XV. pag. 99.)

Ter. Com. cum comment. Ael. Donati et Io. Calphurnii, absque vlla nota: Fol. cel. *Morellius* l. c. hanc ed. circ. a. 1475. factam exiſtimat. — *Taruiſii* cum Donato et Calphurnio: (num. a. 1474. typis exſcripta ſit, definire nequeo.) — *Vicentii* cum Donato et Calphurnio per Herm. Leuilapidem, Colonienſem, (alias H. Lichtenſtein,) 1475. — iterum cum Donato et Calphurnio, Taruiſii, 1477. Fol. (Haec elegans eſt editio, quae in meo quidem exemplo caret titulo, in fine autem legitur: „Lepidas elegantesque Terentii comoedias cumDonati interpretis commentario iuxta fidele Calphurnianae caſtigationis exemplar: doctrinam ſtudiumque Calphurnii Hieronymo Bononio enixe commendante Hermanus Leuilapis Colonienſis probatiſſimus librariae artis exactor ſumma confecit diligentia.“ In hac quoque editione ſubiungitur: *Praefatio quaedam: Natus in excaelſis tectis Carthaginis*

 altae,

altae, etc. quod elogium tamquam in cenotaphio poſitum dedit *Hederich* in notitia auctor. antiqua, et *Mullerus* in *Einleitung* etc. tom. II. pag. 116. vnde Hederich ſumſerit, ſe ignorare fatetur.)

Ter. — *Venetiis*, 1479. 1480. — *Romae* *) 1482. 4. — *Venetiis*, 1482. 1497. cum priuilegio. Fol. per *M. Io. Gruninger*, (vbi idem eſt elogium,) Venetiis hoc Saeculo XV. octodecies vel vicies prodiit Terentius. — *Brixiae* per Britannic. Brixianum 1485. Fol. — Argentor. 1496. Fol. per eundem et per Io. Curtum et Eberſpach, 1499. Fol. Plures edd. huius ſaeculi recenſuerunt editores Bipontini: adde Introductionem meam in Notit. litterar. rom. pag. 235 ſqq.

Secunda aetas ab anno 1500. cura potiſſimum Iod. Badii Aſc. Petri Marſi, Melanchthonis, Aldi, et R. Stephani limatiores protulit editiones.

Ter. cum notis Iod. Badii Aſcenſii, Paris, 1500. Fol. 1503. 4. 1513. 1519. 4. — cum annotatt. Marſi et P. Malleoli. Argentor. apud Ad. Ruſch. 1503. 4. 1513. 1519. 4. — cum *Vict. Fauſto* de comoedia et Benedicto Philologo de Terentii comoediis. Venetiis 1511. 8. — antea iam editae ſunt *Ter. com.* a *Be-*

*) Adde *Audiffredi* Catal. pag 412. 413. it. p. 101. de antiquiſſimis Donati comm. editionibus, Romae, 1472. Venet. 1479. etc.

a *Benedicto Philologo.* Florent. apud Iuntam, 1505. 8. (v. *Pinelli* Catalog. tom. II. p. 337.) — cum *Guidonis Iuuenalis* et *Iodoci Badii* explanationibus, (Lugduni) 1506. mai. 4. Paris. 1508. Fol. — cura *Franciſci* et *Aſculani*, Venetiis, in aed. Aldi 1517. 8. 1[illegible] 8. — ex optimorum exemplarium collatione, cum Donati et Calphurnii commentariis. Pariſ. ex officina *R. Stephani*, 1529. Fol. et ſaepius. — cura Phil. *Melanchthonis* Antwerpiae, 1526. 8. — cum eiusdem ſcholiis, Mogunt. 1528. 8. etc.

Tertia aetas ab a. 1532. nacta eſt egregios criticos et interpretes Terentii. Princeps eſt — cum ſcholiis ex commentariis Donati, Aſperi et Cornuti decerptis, emendat. ſtudio *Des. Erasmi*, Baſileae in officina Froben. 1532. Fol. — rec. 1538. — cum notis Erasmi, Io. Riuii, P. Bembi, P. Marſi, Phil. Melanchth. Chr. Hegendorphini, P. Malleoli et Barthol. Latomi, 1534. 8. —

Laudem merent *Gryphiana*, Lugd. 1538. 8. aliquoties recuſa. — *Veneta*, 1546. Fol. — *Baſileenſis* 1548. 8. apud Brylingerum, cum comm. Donati, Calphurni, Erasmi, Theod. Pulmanni et al. —

Argentorat. cum caſtigationibus Io. Riuii, et Georgii Fabricii, vſi codice peruetuſto et collation. cum cod. Vaticano: — in primis commendantur editt. *Mureti*, quamquam is interdum plus iuſto ſibi indulſerat, apud P.

Manut. Venet. 1555. 8. — melior ed. II. cum *Mureti*, quatuor codd. vſi, argumentis et notis, ibid. 1558. tum ibid. 1559. et apud Aldum nepotem, 1565. 8. poſtea ſaepius alibi repetita eſt. —

Petri Anteſignani triplex facta eſt editio, Lugduni, 1556. 8. tum, quae praeſtat reliquis, ibid. apud Anton. Vincentium 1560. min. 4. — denique ibidem apud Matth. Bonhome 1560. 4. —

Quarta aetas ab anno 1565. eminet et in ea, multarum editionum feraci, praeſtant *Ter. com.* e vetuſtiſſimis libris et verſuum ratione a *Gabriele Faerno* emendatae etc. (poſt mortem Faerni 1561.) cura *P. Victorii* editae Florent. apud Iuntas 1565. 8. rec. ibid. 1572. 1587. Heidelb. apud Commelin. 1587. 8. — et *Lindenbrogiana*. *Frid.* enim *Lindenbrog*, Pariſiis dum commorabatur, edidit *Ter. Comoed.* cum Ael. Donati et Eugraphii commentariis, collatis MSS. veteribusque exemplaribus, recenſuit, (tum comoedias ipſas, tum Donati et Eugr. commentar.), auxit et obſeruatt. illuſtrauit. Paris 1602. 4. ex officina Plantiniana. — rec. auctior Francof. 1623. 4. —

Quintam aetatem ornant merita atque editiones *Danielis Heinſii*, Lugd. Batau. 1615. 12. Amſtel. 1618. 12. apud Elzeu. Lugd. B. 1635. 12. et ſaepius in Belgio et Germania repetita. — *I. Phil Parei*, qui e codd. quatuor MSSt. bibliothecae Palatinae lectiones inter-

interdum in textum recepit, in reliquis locis Faerni recenſionem ſequutus eſt, Neapoli Nemetum (h. e. Neoſtadii ad Hartam) 1619. 4. II. Voll. quorum prius continet, in meo quidem exemplo, *Georgii Fabricii* caſtigationes in *com. Ter.* tum Fabulas ipſas cum notis Parei marginalibus tam criticis, quam grammaticis et indicem: poſterius exhibet *Ioann. Riuii* caſtigatt. *Gabr. Faernii* emendatt. *M. Antonii Mureti* Scholia: in quibusdam exemplis in altero vol. occurrunt Fabricii caſtigationes; — tum *Io. Henr. Boecleri*, tribus MSS. vſi, cum adnott. eruditis et egregia Chreſtomathia Ter. accedunt in tomo II. ſeorſum exquiſitae doctrinae commentarii Franciſci Guyeti, (critici ſagacis, at nimium audacis, in mutando Terentianarum com. textu) Argentorati, 1657. 8. II. tom.

Praeter ea memorari debent edd. *Schreueliana* cum Donati commentario et notis variorum. Lugd. Bat. 1644. 1651. 1657. mai. 8. et ſaepius. — cum notis *Th. Farnabii* in quatuor priores et *Merici Caſauboni* in duas poſteriores. Londini et Amſtel. 1651. 12. Amſtel. 1658. 1660. 12. et frequentius. — et recenſione et cum notis *Tanaq. Fabri.* Salmurii 1671. 8. — cum verſione gall. et notis *Annae Dacieriae*, Paris. 1688. 12. III. voll. repet. Amſtel. 1691. 12. 1724. 8. 1754. 12. Hamburgi, 1782. III. tom. et alibi — *(Gronouiana)* cum notis integris variorum Donati, Eugraphii,

 Faerni,

Faerni, Boecleri, Farnabii, Mer. Caſauboni et Tanaquil. Fabri. Amſtel. 1686. 8.

Sextae aetatis duces exſtiterunt *Leng*, *Hare* et *Bentleius*, Angli. — *Leng* XIII. codd. et edd. vett. contulit, Waſſii collectaneis potitus edidit *Ter. com.* acceſſerunt variae lectiones, notae et diſſ. criticae de ratione et licentia metri Terentiani. Cantabrigiae. 1701. Fol. min. ſ. 4. mai. —

Tum frequenter mutauit *Hare* textum, aliter conſtituit metrum ex XIII. codd. MSSt. lectiones collegit varias, in notis mere criticis de metri ratione potiſſimum diſſeruit: adiecit Faerni notas integras et alia, quae erant in edit. Victoriana: *Ter. com.* ad exemplar Faernianum a Petro Victorio edit. a 1565. ſumma fide recenſitae, lectore ſemper monito, vbi a Faerno disceditur. — — recenſuit — — *Franc. Hare.* Londini, 1724. 4. — editio altera, auctior et emendatior, ibid. 1725. 4.

Hareum ſaepe reprehendit, lectionem Faerni cum MSS. collatum infinitis locis, legibus metri pro arbitrio fictis, emendauit crebroque corrupit inſignis ille et audax criticus *Rich. Bentley*, notas criticas, doctas quidem atque acutas ſuas et Gabr. Faerni, idem *Phaedri* fabulas, *P. Syrii* et aliorum vett. ſententias adiecit, Cantabr. et Londini, 1726. 4. mai. — rec. Amſtel. 1727. 4. ibid. 1737. 4. —

Weſterhouius, Rector Goudanus, poſtea cum commentario non tam critico, quam gram-

grammatico, in quo potiſſimum vim loquendi ac venuſtatem formularum omnisque latinitatis Terentianae erudite, at aliquanto vberius illuſtrauit atque cum commentariis Donati, Eugraphii et Calphurnii e codd. ſuppletis atque emendatis atque indice copioſiſſimo edidit.

P. Ter. com. ad fidem duodecim amplius MSS. codicum et plusculorum optimae notae editionum recenſitae et commentario perpetuo illuſtrauit. — — curauit *Arnold. Henr. Weſterhouius.* Hagae Comit. 1726. 4.

Poſtea omiſſis notis criticis, ſuisque grammaticis contractis, idem *Weſterhouius* cum Donati et Calphurnii interpretationibus edidit Terentium, Hagae Comit. 1732. et 1745. mai. 8. quae editio magiſtris et iunioribus reconditae latinitatis ſtudioſis commendari debet:

A nitore et ſplendore potiſſimum laudari poſſunt, *Ter. com.* — latine et nunc primum italicis verſibus redditae, cum perſonarum figuris aeri accurate inciſis e mſto. cod. Biblioth. Vaticanae. Vrbini, ſumtu *Hieron. Mainardi* 1736. Fol. — cum verſ. anglica notisque criticis, auctore *Spence*, Londini, 1735. III. voll. 12. — cum variis lectionibus et figg. apud *Sandby* et *Knapton.* 1751. 8. II. voll. — cum variis lectionibus et figg. apud La Loup et Merigot. Paris 1753. II. voll. 12. — Londin. apud Brindley, 1744. 16. — ab *Hawkey*, Dublin 1745. 12. — a *Baskerwille*, Bir-

Birmingham, 1772. 12. et 4. — apud *Barbou.* Paris. 1753. in 12. cum figg. II. vol. et in membranis impreſſum, ibid. IV. voll. (v. illuſtriſſ. *Com. Rewiczky* Catal. pag. 10.) — cum figg. *Cochin.* Edinburg. 1758. 8.

Ad antiquiſſimos MSS. codd. bibliothecae Vaticanae collat. cum variantibus lectionibus, Laruis et perſonis depromptis ex iisdem codd. et italica verſione recenſuit, notasque antiquam artem comicam et nonnulla antiquitatum romanarum monumenta illuſtrantes addidit *Carolus Cocquelines.* Romae 1767. fol. II. Voll.

Docta editio eſt: *Ter. com.* ex recenſione *Frid. Lindenbrogii* cum eiusdem MSS. lectionibus et obſeruatt. atque Ael. Donati, Eugraphii et Calphurnii commentariis cum Bentleii et Faerni lectt. et coniecturis in compendium redactis. — quibus ſuas adſperſit *M. I. Car. Zeunius*, (Profeſſor quondam Wittebergenſis.) Lipſiae 1774. et, mutato titulo, 1787. 8. II. tom.

Noua recenſio atque bona editio eſt: *Ter. com. ſex* nouiſſime recognitae, cum ſelecta varietate lectionum et perpetua annotatione - - ſtudiis ſocietatis Bipontinae. Biponti 1779. 8. II. Voll. — *Ter.* — ex recenſione *Lindenbrogii*, cum varr. lectt. codicis Ienenſis et aliquot edd. antiq. notisque variorum, accurante *M. Io. Georg. Lenz.* Ienae 1780. et deinceps, 8. VI. tom. —

De

De editione quadam *Terentii* antiquiſſima vide in Iournal Encyclopedique etc. à Bouillon a. 1787. menſ. Dec. pag. 327 ſqq. auctore *Maugerard*, et obſeruat. anonymi cuiusdam, qui illam neque Vlmae neque Auguſtae Vindelic. per Zainerum aut Schuſsferum; ſed Argentorati ab *Mentellino* typis eſſe deſcriptam, ex ſimilitudine typorum in verſione latina Chryſoſtomi Homil. in Matthaeum et Auguſtini Lib. IV. de doctrina chriſtiana apud Mentellinum coniicit ſibique perſuadet ibid. a. 1788. menſ. April. pag. 154. ſqq.

Terentii — — ſecundum ed. Weſterhouianam, cum notis veterum ſcholiaſtarum, Weſterhouii et aliorum ſelectis. Opera et ſtudio *Gudmundi Magnai*, Islandi, qui et multa de ſuo adiecit. — Hauniae tom. I. II. 1788. 8.

6. Diſcours de Mr. *Menage* ſur l'Heautontimorumenos de Terence; à Vtrecht 1690. 8. — Donati non eſſe, quae ſub eius nomine in Virgilium et Terentium circumferuntur ſcholia, euincere ſtuduit *Parrhaſius* epiſt. quaeſt. epiſt. 59. pag. 808. — De lectione Terentii philoſopho non indigna aliquot elegantes conſcripſit *Brieglebius*, Prof. Coburgenſis ab a. 1769. commentationes. — Ueber den Eunuch des Terenz ſcripſit aliquot elegantes proluſion. cl. *Seybold*, Buchsweiler. 1787. 1788.

Lectiones Terentianas e duobus codd. in disput. et aliquot programmatibus, Coburgi 1770. propoſui. — *Michaelis Angeli Giacomelli*

melli prologi in Terentium, etc. Piſtoiae, 1777. 8. — *Io. Frid. Gronouii* notae in Terentium, Oxoniae 1750. 8. (ex praelectionibus ortae ab auditoreque quodam calamo exceptae, nec vero luci deſtinatae.) — In Opuſculis meis varii argumenti, Halae 1773. 8. eſt collatio cod. mſti. Helmſtadienſis, et ego ipſe poſſideo cod. membran. antiquum. — *Leſſing* in Hamburg. Dramaturgie part. II. pag. 142. ſqq. — *Chriſt. Henr. Schmid* Anweiſung der vornehmſten Bücher in allen Theilen der Dichtkunſt, pag. 508. ſqq. — *Reitzii*, Prof. Lipſienſis, progr. Burmannum de *Bentleii* doctrina metrorum Terentianorum iudicare non potuiſſe, Lipſiae, 1787. 4. — — *Gottl. Bened. Schirach* edidit clauem poetarum claſſicorum priorem, ſiue indicem phil. criticum in Horatium, Terentium et Phaedrum. Halae 1768. 8.

In alias linguas ſaepe conuerſae ſunt *com. Terentii.* Recentiores germanicae verſiones ſunt *I. Sam. Patzke*, Halae, 1754. 8. cum figg. et melior, neque tamen omnibus numeris abſoluta, *Io. Georg. Chriſt. Neide*, Pars I. Lipſiae 1784. P. II. 1787. 8.

§. 10.

ENNIUS LUCILIUS.

1. Vixit circa annum V. C. 631. a. Ch. N. 121. Ol. 164. 2.

2. Fuit

2. Fuit patria Sueſſanus Auruncanus et eques Romanus, qui litteras iucunditatis et delectationis cauſſa proſequutus eſt: magnus auunculus Magni Pompeii.

3. Fragmenta habemus *ſatirarum.*

4. Optima editio eſt Franciſci Douſae Lugd. Batau. 1597. 4. — cura *Ant. Vulpii*, Patau. 1735. 8. — ab Hawerkampio editioni ſuae Cenſorini addita Lugd. 1743. 8. — cum Perſio et Iuuenale, Bipont. 1785. 8.

5. Romanae ſatirae pater nominatur, et Satiricorum acerrimus poeta, qui neque diis neque hominibus pepercit. v. *Quinctil.* I. O. X. 1. 94. Horat. I. Sat. IV. 1 — 13. ſat. X. 1—6. verſ. 46 — 49. *A. Gellium* VII. 3. XVII. 21.

6. Conf. *Wieland* ad vers. ſuam ſatir. Hor. germanicam p. 138 ſqq. et alios a me in Introd. in N. litt. rom. I. pag. 284 ſqq. laudatos, et editor. doctiſſ. Bipontinum, pag. LV. ſqq. notitiae litterariae praemiſſae.

§. 11.

Titus Lucretius Carus.

1. Natus eſt A. V. C. 658. al. 659. A. C. 95. Propinato ſibi ab vxore aut amica Lucilla amoris poculo, in furorem actus ſemetipſe integra aetate interfecit, a. V. C. 701. A. C. 52. al. a. V. C. 684. Ol. 177. 3. an. aetatis 44.

2. Eques fuit Romanus et homo priuatus.

3. Scri-

3. Scripſit primus latinorum poetarum de rerum natura libros VI. carmine heroico, in quibus Epicurum ſectatur: quos poſtea Cicero emendauit ſecundum *Hieronym.* in Chron. Euſeb. ol. 171. at dubia eſt fama.

4. Tres recenſionum aetates poſſunt conſtitui. Ad *primam* pertinent edit. princeps *Veronenſis* per Fridenberger, 1486. Fol. — *Mediolanenſis*, cum commentario *Omniboni Vicentini*, per Vdalr. Scinzenzeller 1491. (vide *Saxii* hiſtor. litterar. typograph. Mediolan. pag. 589.) — *Venetae* 1495. 1499. 4. ex *Hier. Auantii*, Veronenſis, (qui interpolauit,) recenſione, apud Aldum 1500. 4. — *Florentina*, cum praefat. et caſtigatt. *Petri Candidi*, qui ex Iouiani Pontani et Mich. Marulli, audacioris, caſtigation. et MSS. Florent. Lucretium ſe emendaſſe profitetur, apud Phil. Iuntam 1511. 8. — *Bononienſis* cum commentario *I. Bapt. Pii*, codd. vſi, 1511. fol. — *Veneta* altera Aldina, eaque curatior ad vett. exemplarium fidem caſtigata ab *Andr. Naugerio* 1515. 8. etc.

Secunda aetate melior lux adfulſit Lucretio cura diligentiaque *Dionyſii Lambini*, qui locis innumerabilibus ex V. codd. msst. reſtituit textum et illuſtrauit, Paris 1564. 4. — cum emendatt. *Andr. Turnebi* atque *Io. Aurati* ibid. 1565. 8. (al. 12.) — tum a *Lambino* recognitus eſt textus atque iterum emendatus, commentarius autem, qui quidem eruditione atque

doctrina

doctrina abundat, at mole propemodum laborat, mire auctus eſt, Lutetiae, 1570. apud Io. Benenat. 4. rec. Francofurti apud heredes Andr. Wecheli 1583. 8. Tertia haec Lambini ed. eſt praeſtantiſſima — in praefat. furti facit reum *Obertum Giſanium*, qui Lucretii carmen ex MSS. reſtitutum, ſcholiis illuſtrauit et in egregiis *collectaneis ad antiquitatis notitiam* explicuit, Antwerp. 1565. quo quidem anno ſcripta eſt epiſtola Gifanii nuncupatoria ad Sambucum. 1566. — ad poſtremam *Oberti Giſanii* IC. emendationem accuratiſſime reſtituti. Lugd. Batau. ex offic. Plantiniana, apud Franc. Raphelengium 1595. 8. (v. Introd. in Not. litt. rom. I. p. 295. ſq.) — cum coniecturis et emendatt. *Tanaq. Fabri* acutis atque ingenioſis. Salmuri 1660. 4. rec. cum Gifanii prolegomenis, Cantabr. 1675. 1686. 12. et parum curate, Londini 1717. — Parei, Narii, et Fayi editt. atque merita in Lucretium parui aeſtimantur.

Tertia aetas habet auctorem *Thom. Creech*, qui totum imbiberat Lucretium, et cum notis atque interpretatione edidit Oxonii, 1695. 8. — auctioribus notis, at parum emendate, Londini 1717. 8. — recus. Baſil. at paraphraſi peſſimo conſilio omiſſa, 1754. 8. — Lipſiae 1766. 8. Addita eſt illa in altera repetita ed. Baſileenſi, 1770. 8. — Idem *Creech* anglice vertit, et notis adhuc vberioribus ac doctioribus, in quibus etiam errores poetae reiiciuntur,

tur, illuſtrauit *Lucretium*, *Londini.* edit. III. 1683. 8. et plenius emendatiusque, 1715. 8.

Splendida eſt et emendata editio, cum V. L. et notis, ac figuris aeneis ornata, *Londini*, ſumtibus et typis *I. Tonſon.* 1712. fol. et 4. mai. —

Splendida eſt et pleniſſima *Sigeberti Hauercampi*, qui Lucret. cum notis integris Dionysii Lambini, Oberti Gifanii, Tanaq. Fabri, Thomae Creech et ſelectis I. Bapt. Pii aliorumque, et ſuis atque Abrahami Preigeri etc. edidit, cum figuris venuſtis Lugd. Batau. apud Ianſſon von der Ao. 1745. 4. II. voll. —

Notari quoque debet ed. a *I. Ant. Vulpio*, textum Creechianum ſequuto, additis variis lectt. curata, Patau. 1721. 8. rec. ibid. cum Scipionis Capicii, et Aonii Palearii libris, editioni Pareanae iam adiunctis, 1751. 8. — Nouiſſimae ſunt, *Bipontina*, ad optimas edd. collata: accedit varietas lectionis cum indice rarioris et obſoletae latinitatis. Biponti 1782. 8. et *F. C. Alteri* ad cod. Vindobonenſem cum emendatt. Vindob. 1787. 8.

Celebris eſt italica verſio *Alex. Marchetti*, ſaepius excuſa, optime 1779. 4. — germanice a *Rode* verſa: *Philoſophiſche und andere Gedichte* aus dem Lateiniſchen des *Lucrez*, *Catull*, etc. Hamburg, 1785. 8. —

Plura

Plura dabit cl. *Georg Rudolph Böhmer*, Profeſſ. Witteberg. in Bibliotheca ſcriptorum hiſtoriae naturalis, oeconomiae aliarumque artium etc. reali ſyſtematica, part. I. vol. I. Lipſiae, 1785. 8. pag. 211 ſqq. — Nitidae ſunt editiones *Steph. And. Philippe*, Pariſiis, 1744. 12. impenſis Couſtelier: item *Birmingham*, apud Baskerville, 1772. 4. et 1773. 12.

5. Carmen eſt elegans, deſcriptionibus variis atque imaginibus diſtinctum, quae ſubtilitatem atque obſcuritatem rerum philoſophicarum, in primis ad ortum rerum et vniuerſae naturae pertinentium, quamquam minus vere traditarum, ita vt bonus Lucretius multos etiam hodie nactus ſit aduerſarios atque obtrectatores, illuſtrant, linguaeque cupidum latinae, ad cuius vbertatem et proprietatem *Lucretii* lectio multum facit, excitant atque impellunt. Verbis tamen obſoletis, ac nouatis, (quae nouitas argumenti popoſcerat,) et archaiſmis ſaepe vtitur Lucretius, nec vbique pudoris legibus caute paret, quamquam ſatis habet excuſationis: multa impie, multa inepte explicare ſuſtinuit: multa egregie atque ornate illuminauit. *Ouid.* Amat. I. 15. 23 ſq. canit

Carmina ſublimis tunc ſunt moritura Lucreti,
Exitio terras quum dabit vna dies.

6. *Polignac*, homo purpuratus, ſcripſit Anti-Lucretium. Paris. 1747. opera Gottſchedii. Lipſiae, 1748. conf. Introd. in Notit. litter. rom. I. pag. 301 ſqq.

Reliquorum, qui hac aetate floruerunt, pauca adhuc ſuperſunt fragmenta, aut memoriae. v. ſi eos noſcere lubeat, Introd. meam cit. pag. 268 ſqq.

CAPUT

CAPUT III.

DE VIRILI AETATE L.L.

A SULLAE TEMPORIBUS VSQUE AD OBITUM AUGUSTI IMPERATORIS.

Laetiſſima his temporibus fuit facies linguae latinae atque ornatus elegantiſſimus. Summa enim Romanorum ingenia in eo elaborarunt, vt patriae linguae maximus honor, ſumma dignitas et ſplendor conciliaretur, et principes ciuitatis omne tempus litteris et reipublicae, in qua ſine eloquentia nulla laus, nulli, qui ampliſſimi habebantur, honores obtineri poterant, tum tribuerunt. Quare *Craſſus* apud *Ciceronem* de Orat. I. 49. omnem omnium rerum atque artium ſcientiam comprehendit vno oratoris officio ac nomine. Qui reipublicae praefuerunt, animos eorum, qui ad litteras ornandas nati videbantur, praemiis et laudationibus excitarunt. Pompeius et Caeſar, qui ipſi in litteris magni fuerunt (vid. *Tacit.* Annal. XIII. 3.) eos praeſertim honore atque fauore adfecerunt, qui plurimum ſtudii operaeque in excolenda lingua latina ponerent. Poſtea benignus Maecenas et munificus Auguſtus Horatium atque Virgilium, alioſque, poetas potiſſimum, muneribus beneficiisque cumularunt, et a curis moleſtiisque ad Muſas

acrius atque vnice colendas reuocarunt. In omni paene poeſeos genere, (excepta tragoedia) excelluerunt Romani, Graecos, ſuos magiſtros, imitati. Praeſtantiſſimos hiſtoricos, ab arte, elegantia atque vrbanitate nomen atque immortalitatem conſequutos, haec tulit aetas, Republica adhuc libera, et poſtea ciuilibus diſcordiis fluctuante, quum crebriores cauſſae de capite et fortunis exorirentur, plures patroni ad cauſſas bene defendendas exſtiterunt, qui, inter ſe quaſi aemulati, in expolienda oratione, atque adeo ipſa lingua latina maxime verſati ſunt: atque eloquentia non ſolum mirifice nutrita eſt, ſed etiam ad ſummum venit faſtigium, (conf. *Ciceronem* in Bruto et in libr. de Oratore,) et in reliquis ſcribendi generibus vim, ornatum gratiamque declarauit. Accedit crebrior lectio et imitatio veterum Graecorum. Philoſophia ipſo ore romano loqui coepit, aluit eloquentiam atque Ciceronem in primis habuit et admiratorem et gratum alumnum, qui eam primus litteris latinis illuſtrauit. Graecia ſubacta, picturis ſtatuisque aedes et villae fuerunt repletae; quo factum eſt, vt ſenſu pulcri Romani magis magisque imbuerentur et ad amandas artes elegantiores incenderentur: quamquam ipſi arte pingendi et ſculpendi nunquam eminuerunt, et hac in re ab hoſtibus ipſis victi ſunt, bellis ludisque gladiatoriis adſueti. Quod vero poſt Terentium comoediae ſtudium elanguit, neque tra-

goedia

goedia caput quaſi extulit, in cauſſa fuit cum eadem immanis gladiatorum cura, tum in primis amor *Mimorum* inſanus, quo a Sullae inde temporibus Romani nimium quantum agitabantur, poſtea ſub principibus mores deprauabantur. Nobiliſſimi homines pueros patriam linguam antea neglectam docuerunt, aut peritiſſimos homines illorum praefecerunt inſtitutioni. Iuuenes praeterea Athenas Rhodumque profecti ſunt, vt ſummos magiſtros in artibus ac doctrinis philoſophicis et rhetoricis perdiſcendis audirent. Iam vero populus iis, qui pulcerrime ſtarent, palam plauſit, et Romani, quum fines imperii amplificarent, linguam quoque ſuam in prouincias intulerunt, et, ne rem quamdam aliis verbis, ac latinis, exprimerent, cauerunt ſedulo. Bibliothecae publicae, quae hac aetate ſunt Romae inſtitutae, omnibus fuerunt magno excitamento. His igitur rebus factum, vt ſtudium eloquentiae et linguae latinae maxime floreret, et ſummi poetae, optimi hiſtorici atque eloquentiſſimi oratores exiſterent, atque, tranquillatis rebus, in aulis principum omne praeſidium inuenirent atque ornamentum.

§. 1.

M. Terentius Varro.

1. Natus eſt V. C. 638. a. Ch. N. 117. obiit V. C. 727. a. C. N. 27.

2. Romanus fuit, et ab ineunte aetate ſe litteris tradidit, duce L. Aemilio, linguae graecae et latinae peritiſſimo. More Romanorum iuuenis caſtra ſequutus eſt, et temporibus reipublicae turbulentiſſimis a partibus ſtetit Pompeii, (*Flor.* III. 6.) quo deuicto, prudenter et mature ſe Caeſari dedit (*Caeſ.* de B. Ciu. II. c. 17 ſqq.) a quo publicae bibliothecae inſtituendae praefectus eſt. Bello ciuili renouato, ab Antonio omnibus fortunis multatus exul procul a patria, iam vltra 70. annos natus, delituit. Rebus autem per Auguſtum tranquillatis, Romam rediit, atque diuturnam et ſecuram egit aetatem.

3. Libros quinquaginta dicitur confeciſſe. Praeter quaedam fragmenta libri VI. n. e. XXIV. libris. Lib. IV. V. VI. VII. VIII. IX. neque ii integri, *de lingua latina*, et libri III. *de re ruſtica* ad noſtra peruenerunt tempora. Gregorius M. epiſcopus romanus, dicitur libros Varronis igne comburi iuſſiſſe, vt auctoritatem Auguſtini, qui illius libros compilaſſe dicebatur, ab iniuria vindicaret. vid. *Naudaeana* pag. 37. Petrarcha, adoleſcens, viderat cod. in quo erant libri rerum humanarum et diuinarum. vide cel. *Villoiſon* in Anecdotis gr. II. p. 262. not.

4. *Tres* ſunt aetates. Libros de R. R. cum Catone iunctim editos iam indicaui ad §. V. — De editionibus ſ. Operum Varron. ſiue de L. L. tantummodo curate copioſeque diſputarunt

auctores

auctores doctiſſimi editionis Bipontinae. Equidem paucis me expedire poſſum.

Quaenam princeps ſit habenda editio, nondum eſt exploratum. Editor Bipontinus ſequitur iudicium viri cuiusdam docti, Varronem de L. L. iam excuſum fuiſſe Romae 1471. Maius pondus huic iudicio additur auctoritate *Audiffredi*, qui in Catalogo editt. rom. ſaec. XV. p. 395. recenſet editionem ſ. l. et a. et reliquis ſignis; at eodem Georgii Laurii *) charactere excuſam, quo Eutropius a 1471. Inſcripta eſt editio: *M. Ter. Varronis de lingua latina libri VI.* ex recognitione *Pomponii Laeti*, et cum eius Epiſtola ad Barthol. Platinam, mai. 4. — Ex illa natam fuiſſe, ſuſpicatur *Audiffredus* l. m. pag. 91. alteram ab Orlande et Maittario memoratam: *Terentius Varro de L. L. ex emendatione Platinae.* Fol. Romae, 1471. — *M. T Varr.* d. L. L. ac verborum origine libri, qui ſuperſunt, Venetiis, per Io. de Colonia et Io. Manthem. de Gherretzem, 1474. Fol. — *Libri de L. L.* cum Nonio Marcello et Feſto aut quoque cum

 aliis

*) Ipſe poſſideo Nonium Marcellum ſine l. et a. editum in fol. at epiſtola praemiſſa docet et editorem et typographum, et eſſe principem editionem: (Romae 1471, aut 1472.) Incipit epiſtola: „*Pomponius* Gaspari Blondo ſalutem rogauit me *Georgius Laur* d'herbipoli, fideliſſimus librorum impreſſor, vt Nonii Marcelli opus percurrerem etc." adde *Audiffredi* Catol. p. 396.

aliis grammaticis ſaepius editi ſunt, *Romae*, 1475. (v. *Audiffredi* l. m. pag. 202.) *Parmae*, 1480. Fol. (in Bibliotheca Ingolſtadienſi *Varro* tantum *de L. L.* huius anni et loci exſtat, reliquis, n. Nonio et Feſto, qui ſingularem habent epigraphen et concluſionem, excluſis; v. meam Introduct. in Notit. litterar. rom. I. pag. 51. et ſupra prolegg. §. 4. *Seemilleri* Bibl. acad. Ingolſtad. incunabula typogr. Faſc. II. Ingolſtadii, 1788. 4. pag. 67.) — *Brixiae*, 1483. differt ab edit. Gothofredi Auctor. L. L. — *Venet.* 1483. 1498. etc. ſaepius quoque cum *Perotti* cornu copiae, Venet. 1492. 1499. in aedibus Aldi Manutii 1513. Baſil. 1521. 1526.

Alteram aetatem iuuit *Bentinus*, *Venet.* diligentia *Iucundi*, qui in Gallia Nonium cum antiquis exemplaribus contulit, et cum caſtigationibus *Michaelis Bentini* in Nonium, Varronem et Feſtum ex vett. codicum fide, in aedibus Aldi Manutii et Andr. Aſulani, 1527. Fol. — cum *Bentini* caſtigationibus Varronis lib. d. L. L. prodierunt quoque Paris. 1529. 1530. Lugd. 1535. Baſil. 1536. 8.

Tertiam aetatem protulit *Anton. Auguſtinus*, Archiepiſcopus Taracconenſis, et ornarunt atque aluerunt, quaſi *Ioſeph. Scaliger* atque *Turnebus*.

M. Ter. Varronis pars librorum quatuor et viginti de L. L. Ex bibliotheca *Antonii Auguſtini*, Romae 1557. 8. Codicibus Msstis et

et coniecturis V. V. D. D. adiutus multa loca luxata curauit. (conf. *Freytagii* Adparat. litterar. tom. III. pag. 48 ſq.) — recuſ. in *Ant. Auguſtini* Operibus, Luccae, vol. VII. 1772.—

Varronis pars librorum XXIV. de L. L. M. Vetranius Maurus (ad codd. Florentin. et Romanos,) recenſuit. Lugd. apud heredes Seb. Gryphii, 1563. 8. — *Varro de L. L.* cum *Ioſ. Scaligeri* coniectaneis, (doctis,) Paris. apud Rob. Stephan. 1565. 8. — *Varronis Opera* cum *Scaligeri* coniectaneis in lib. de L. L. et notis in lib. de R. R. cum notis *Turnebi*, (ex huius Aduerſariis) *Ant. Auguſtini* et *Victorii*. Excud. H. Stephanus 1569. 1573. et auct. 1581. etc. —

Varronis Operum, quae exſtant, noua editio. Edente et recenſente *Auſonio Popma*, Friſio. eiusdem notae et coniectanea, Lugdun. Batau. apud Chriſtoph. Raphelengium, 1601. 8. vt raritate et virtutibus; ſic etiam vitiis eminet.

Pleniſſimae ſunt edd. cum notis ſuperiorum tum in Opera ipſa tum in fragmenta auctiora et meliora, Durdrechti, 1619. 8. Amſtel. 1623. 8. et Biponti (in qua edit. prius vol. continet libros ſuperſtites cum fragmentis, poſterius notas in Varronem) 1788. 8.

Fragmenta *ſatyrarum Varronis* collegerunt *Rob.* et *Henr. Stephani* in Fragmentis poetar. 1564. 8. *Auſonius Popma*, Franeckerae, 1589. ſ. 1590. 8.

Hiſto-

Hiſtorica Fragm. adhaerent Riccobini libris de hiſtoria, Liuio, Francof. 1628. et Salluſtio Waſſei etc. — *Varronem* de R. R. theotiſce vertit *Io. Frid. Meyer* cum obſeruatt. Noribergae, 1774. 8. et nuper *Groſſe.* Halae, 1788. 8.

5. Fuit πολυμαθέςατος et Romanorum doctiſſimus. In originibus L. L. inueſtigandis eſt ſuperſtitioſus, et propter archaiſmorum adfectationem ad res potius cognoſcendas, quam ſtilum formandum eſt legendus. In *Menippeis*, h. e. ſatyris in proſa, carminis vario genere diſtinctis atque conditis, exemplo *Menippi*, Gadareni philoſophi Cynici, ſeria miſcet cum iocis, graeca cum latinis.

6. Ab hoc Varrone diſtingendus eſt *P. Terentius Varro Atacinus*, poeta: natus Olymp. 174. 3. in vico Atace, ſiue a flumine *Atace* habuit cognomen, ſcripſit: 1) *Sequanici belli* libros. 2) *Europam.* 3) *Argonauticon*, lib. IV. et alia. vid. *Quinctil.* I. O. libr. X. 1. 87. et *Ruhnkenii* Epiſt. crit. II. pag. 199 ſqq.

§. 2.

M. T. Cicero.

1. Natus eſt a. V. C. 647. a. C. N. 106. interfectus eſt a. V. C. 710. a. Ch. N. 43. vixit 64. annos minus 26. diebus, ſecundum notationem Fabricii, quem ſequutus eſt Müllerus. Hamberger autem, Ciceronem natum eſſe

ante

ante Chriſtum natum 108. et interfectum a. C. N. 44. ſcribit.

2. Arpini in nouo Latio, hodie Arpino in Terra di Lauora, e gente domi nobiliſſima ortus famam a maioribus traditam non ſolum obtinuit, ſed etiam auxit atque illuſtrauit. Atque ciues illius oppidi ad conſeruandam ſui municipis memoriam ſibi honorificam in ſigillo publico nullo alio ſigno, ac tribus litteris *M. T. C.* adhuc vti ſolent. Primus, qui eum litteris erudiret, fuit praeter patrem poeta *Archias*, quem poſtea oratione eleganti defenderat. Puer adhuc poema, *Pontius Glaucus*, verſibus tetrametris compoſuit. Tum *Arati* carmen de coelo ſtellisque, latinis verſibus expreſſit, cuius verſionis metricae ſuperſunt fragmenta, et *Marium* ſ. carmen de rebus geſtis Marii ſcripſit. Ad maiorem veramque eloquentiam ſibi comparandam orationes Lyſiae, Iſocratis et Demoſthenis e Graeco in Latinum conuertit. Actionem ſiue eloquentiam corporis didicit a Roſcio; ius ciuile a Q. Mucio Scaeuola, et P. Sulpicii, qui tunc varias leges rogauit, et diſertus homo fuit, diligens erat auditor. Dialecticam eum docuit philoſophus Stoicus Diodotus: platonicam philoſophiam Philo, et Athenis, quo valetudinis cauſſa contenderat, Antiochus Aſcalonita *).

Phae-

*) De doctoribus ſuis et diſcendarum litterarum ratione ipſe diſſerit in Bruto cap. 89 ſqq. adde *I. G. Walch*, in Parergis academicis. Lipſiae, 1721. pag. 172 ſqq.

Phaedrum atque Zenonem, Epicureos, audiuit cum Attico: item Poſidonium, philoſophum clarum. Moloni Rhodio, et actori ſummo cauſſarum ac magiſtro, ſaepius operam dedit, a quo iuſtam didicit eloquentiam. Egregie igitur philoſophiam cum eloquentia coniunxit: et ad Praeturam vsque declamauit: arti orandi ita deditus fuit iuuenis, vt commentaretur declamitans ſaepe cum M. Piſone et cum Q. Pompeio, aut cum aliquo quotidie; idque fecerat multum etiam latine; ſed graece ſaepius. (v. *Brut.* cap. 90. *Tuſc. quaeſt.* I. 4.) Roſcio comoedo atque Aeſopo tragico magiſtris, conformauit geſtum ac pronuntiationem. His ingenii, diligentiae et doctrinarum praeſidiis inſtructus tantam vim eloquentiae, id flumen orationis ſibi parauit, vt nulli Romanorum cederet; omnes vero ſuperaret. Quo factum eſt, vt fauor populi et plauſus bonorum ſubſequerentur. Quare quum Romae frequenter cauſſas egiſſet, plaudente vniuerſo P. R. omnes honores, qui a ciue Romano peti poterant, nactus eſt, et denique a V. C. 691. ante C. N. 61. quod in homine *nouo* plane ſingulare fuit, conſulatum, qui illi ob detectam et extinctam Catilinae coniurationem aeque glorioſus fuit ac periculoſus. Nomen quidem inde tulit *patris patriae*; ob nimiam vero in reis puniendis ſeueritatem non modo in Clodii aliorumque inuidiam incurrit; ſed etiam patria expulſus et fortunis ſpoliatus eſt; ſequenti

tamen

tamen anno, oppreſſis inimicis, et conſule P. Corn. Lentulo, atque adiutore Pompeio, populoque vrguentibus cum ſumma dignitate Romam reuocatus eſt et reſtitutus. Poſtea in collegium Augurum a. aet. 54. cooptatus eſt, et duodecimo demum anno poſt Conſulatum Cilicia, prouincia proconſularis, cum imperio ei obuenit, ſorte deiecta. In hac prouincia ad Amanum, qui mons erat hoſtium plenus ſempiternorum, magnum numerum hoſtium cecidit, caſtella cepit munitiſſima, incendit imperatorque adpellatus eſt: pro hac re bene geſta ſunt quidem ſupplicationes illi decretae: ſed poſtea per iniquitatem aduerſariorum et temporis iniuriam triumphare non potuit. In bello ciuili Pompeio fauebat; quo deleto in gratiam rediit cum Caeſare: poſt huius interitum defenſor erat libertatis acerrimus; quo quidem odium Antonii ſuumque interitum ſibi contraxit. Vir autem ſplendido fuit ingenio, omnibusque praeſidiis et artis et naturae ad dicendum aptus atque inſtructus: in republica adminiſtranda callidus, at fidus et prudens; bonus ciuis; laudis cupidiſſimus; eruditionis ſuae ſuorumque in patriam meritorum, quae quidem fuerunt maxima, eruntque immortalia, iactator; in re ſecunda paullulum ſuperbus et elatus, in re aduerſa timidiuſculus. In omnibus enim philoſophiae partibus, in quibus academicos ſectatus eſt, et quae ad ſcientiam rerum diuinarum pertinuerunt, (in

doctri-

doctrinis vero, in quibus Stoicorum placita eſt amplexus, de Officiis humanis, aperte libereque ſenſit fuitque conſtans,) in tota fere vita, in vltimo actu timidus fuit Cicero; praeſertim extremo vitae tempore varia animi inconſtantis, ſuſpenſi et inter deſperationem atque ſpei alicuius reliquias miſere fluctuantis ſigna dedit: quamquam, quia homo erat mollis naturae et vitae, in ſumma calamitate verſatus, ab atrociſſimis et furentibus inimicis vexatus, ab amicis potentibus deſertus et proditus, et omni ſpe ſalutis priuatus, poteſt excuſari. Iam vero *Quinctil.* Inſtitt. orat. XII. 1. 17. eius defenſionem ſuſcepit. „Atqui huius, (Ciceronis,) inquit, mores multi reprehenderunt. — — Nec Marco Tullio defuiſſe video in vlla parte ciuis optimi voluntatem. Teſtimonio eſt auctus nobiliſſime conſulatus; integerrime prouincia adminiſtrata; et repudiatus vigintiuiratus; et ciuilibus bellis, quae in aetatem eius inciderunt, neque ſpe neque metu declinatus animus, quo minus optimis ſe partibus, id eſt, reipublicae iungeret. Parum fortis videtur quibusdam: quibus optime reſpondit ipſe, non ſe timidum in ſuſcipiendis; ſed in prouidendis periculis: quod probauit morte ipſa, quam praeſtantiſſimo ſuſcepit animo.“ At enim *Quinctilianus* Ciceronis amori indulſiſſe videtur. Optimum tamen cauſſae ſuae patronum et acrem infirmitatum defenſorem, ***Andr. Schottum***, S. I. nactus eſt

Cicero

Cicero. Ab illo enim conſcriptus eſt liber (primo quoque volumini editionis *Cic.* Verburgianae praefixus,) *Cicero a calumniis vindicatus*, in cuius capite primo purgat crimen, Ciceronem gloriae nimis fuiſſe ſtudioſum; in capite autem quarto in Cicerone excuſat inconſtantiae notam. Quidquid eſt: in multis quidem excuſari poteſt Cicero. Atqui plures in eo nituerunt virtutes. Fuit is omnino prudens, callidus et tempori ceſſit: enimuero in epiſtolis ad Terentiam vxorem, et ad Atticum, conſtantem et munificum amicum, quas in exſilio ſcripſerat, quam timide, quam abiecte ſcripſit! quam inconſtans fuerit in philoſophia recondita, ex eo adparet, quod partim, forſan metu invidiae ac periculi et conſuetudine ſectae, cui in primis addictus erat, academicae motus, ſententiam, praecipue de rebus diuinis, callide tecteque, raro ſatis plane aperteque dixit. Quam humilis fuit in orationibus pro M. Marcello et Ligario, dum victorem Caeſarem adulatus eſt; et quam libere inſultauit Caeſarem interfectum! Et tamen, his que infirmitatis ingeniique vitiis, ſiue prudentiae et neceſſitatis praeceptis cauſſisque exceptis, bonus fuit ciuis, libertatis amantiſſimus acriter reſtitit patriae ſalutisque publicae inimicis atque oppreſſoribus, et, dum ſe ſatis munitum viderit, in prouincia adminiſtranda atque tumultu Catilinae delendo Antonioque coercendo, fortem et conſtantem ſe praeſtitit

I ciuem.

ciuem. Virtutes quidem ſuas, magnitudinis ſuae ingeniique conſcius, optime extollit, ſummoque illuſtrat colore: enimuero in rebus publicis antiquioribus, in quibus vt ſumma ſentiendi ac loquendi et vero conuitiandi libertas, nec raro licentia dominatur, ita ſuorum meritorum commendatio propriaque laus ad calumnias aduerſariorum refellendas ſuamque tuendam ſalutem, aut ad honores, quos ambit, obtinendos, haud raro neceſſaria videtur ciui, minus vitioſum, multoque minus turpe habebatur, praeſertim meritis praeclaris laudem teſtantibus et multis iniquis hominibus obtrectantibus atque calumniantibus: animi vero vitia pulcre excuſat vmbramque tenuem obducit: atque vel his in rebus, callidum ſe eſſe oratorem, pulcre docet.

3. Multa, praeſertim iam ſenex, quum, republica vexata, in otio viueret, commentatus eſt. Scripta vero, quotquot adhuc ſuperſunt, in quatuor tomos ſunt digeſta. Primo continentur *rhetorica;* altero, *orationes;* tertio, *epiſtolae;* quarto, *opera philoſophica.* Praeterea quaedam habemus fragmenta. Pluribus diſſerui de illis in Introd. in Notit. litt. rom. tom. II. pag. 45 ſqq.

4. *Sex aetates* editionum Ciceronianarum conſtituuntur. *Prima* eſt ea, qua ſinguli libri in Germania et Italia prius deſcripti fuerant formulis typographicis, quam ſaeculo ipſo XV. iunctim editi fuerunt a *Minuciano*, Profeſſore

Medio-

Mediolanenſi. Quoniam vero prius de *Collectionibus operum* diſſeram: in cenſum primum venit princeps et rariſſima *omnium operum Cic. Mediolanenſis*, a. 1498 ſq. Fol. IV. tom. *Minucianus* non vſus eſt codd. ſed ſolis hucusque editis. In pluribus exemplaribus deeſt epiſtola dedicatoria in auerſa primae paginae parte: — repetita eſt, ſeruatis quoque vitiis typographicis, Paris. 1511. et 1512. Fol.

Altera aetas eſt Aldino-Baſileenſis ab a. 1519 — 1537. — *Aldina* prodiit 1519 — 1523. IX. voll. 8. haud multo melior, quam ſuperioris aetatis. — repet. Paris. 1522. — Ordine interdum mutato, at pleniora et cura *Mich. Bentini* e libris ſcriptis correctiora, *opera Ciceronis* e praelo Andr. Cratandri, Baſil. 1528. III. vol. Fol. exierunt: — tum ſplendidiora atque emendata, collatis libris ſcriptis et editis, ibid. ex officina *Hervagii*, 1534. IV. tom. II. voll. Fol.

Tertia aetate Ciceronis contextus innumeris locis reſtitutus eſt: praecipue a Victorio.

Cic. Opera omnium, quae hactenus excuſa ſunt, caſtigatiſſima: nunc primum in lucem edita ſtudio Petri Victorii. Venet. Luc. Ant. Iunta. 1534. 35. 36. et 1537. IV. voll. Fol. — recuſ. *Paris.* apud Rob. Stephan. 1539. IV. voll. Fol. — *Lugduni* apud Sebaſt. Gryphium 1540. IX. voll. 8. — Victorianam recenſionem interdum e codd. msstis mutauit, et adiecit ſuas aeque ac Victorii caſtigationes

 Ioach.

Ioach. Camerarius, Baſil. apud Hervagium 1540. IV. voll. Fol. His duumuiris et Ciceronis ſoſpitatoribus adiunxit ſtudium, atque incredibilem in emendando, praecipue interpretando, Cicerone adhibuit curam *Paullus Manutius*, qui multos codd. conquiſiuit, contulit, et editiones contendit. *Cic. Opera a Paullo Manutio, Aldi filio, edita*, Venet. 1540. 1541. IX. ſ. X. voll. et deinceps aliquoties. —

Hanc recenſionem poſthaec ita retinuit *Robertus Stephanus*, ut Victorianas interdum reuocaret lectiones in edit. *Operum Cicer.* Paris. 1543. 1544. VIII. voll. 8. — et hanc fecit vt plurimum baſin *Carolus Stephanus* in editione *Operum Cic. per Carol. Stephanum*. Paris. 1554. ante iudicium de illa ab *Erneſto* minus honorifice latum in ſumma auctoritate propter integritatem habita: ad cuiusque tomi calcem ſunt variae lectiones ex antiquis exemplaribus hauſtae, IV. voll. —

Quartam aetatem habuit parentem *Dionyſium Lambinum*, criticum acutiſſimum et ſagaciſſimum; at quoque audaciorem, qui et codicum, praecipue Memmiani, fide et ingenii felicitate et longo cum Ciceronis libris vſu adiutus, *Opera Cicer. omnia*, quae exſtant, vna cum fragmentis, emendata et aucta, cum ſuis adnotationibus edidit, Paris. 1566. Fol. II. voll. tres tom. Haec editio eſt genuina: nam mortuo (1572.) Lambino, aliquoties reddita

reddita eſt editio Lambiniana; at, quoniam de mutationibus et audacia Lambini multi orti ſunt clamores, lectiones a Lambino ſubſtitutae ad marginem relegabantur, Stephaniano textu ſubſtituto. —

Stipatus egregiis *P. Manutii* commentariis in Orationes, Epiſtolas et libros de officiis et adnotationibus aliorum lucem vidit *M. T. Cicero Manucciorum commentariis illuſtratus antiquaeque lectioni* (n. P. Manutii) *reſtitutus*, Venet. 1578 — 1583. Fol. — Opera *Alexandri Scot*, *Scoti*, cum eius, Lambini, aliorumque notis, (ex exemplo Stephaniano,) Lugduni, 1588. 12. — Ad Manutianam praecipue, magna tamen quoque ex parte ad Brutinam conformata eſt editio, cum adnotatt. et caſtigatt. ex variis doctorum virorum ſcriptis, ſelectis et ad marginem poſitis, (epiſtolis ad diuerſos in calce adhaerent Manutii ſcholia, epiſtolis ad Atticum breues variorum adnotationes: quodam libris Ciceronis in margine variae lectiones et doctiores notae additae ſunt, quam aliis. Singuli tomi ſuam peculiarem habent inſcriptionem. Primo tomo praefixa eſt vita Ciceronis a Fabricio ſcripta; vltimo autem addita ſunt fragmenta;) Francof. 1590. X. voll. 8. Hannouiae, 1606. X. tom. 12. quae non ſpernenda eſt editio. —

Lambino inimicus et nimis religioſus in lectionibus codd. praecipue Palatinorum ſeruandis, noui exempli, cuius fundus fuit

editio Victoriana, fecit editionem *Ianus Gruterus.*

M. T. C. Opera, quae exſtant omnia: ex ſola fere codd. MSStorum fide: ſtudio atque induſtria Iani Gulielmi et Iani Gruteri — Hamburgi, 1618. IV. voll. Fol. cum notis criticis. — recuſ. at cultu venuſtiore, cum *Frobenii penu Tulliano*, Londini, 1681. Fol.

Gruterianus contextus, qui, quamquam non ſemper genuinus eſt, necdum ſanatus, contra ſaepe corruptus, tamen ſeruatus eſt in reliquis, etiam a *Iac. Gronouio*, qui libros quosdam contulit cum codd. MSStis, et paucis tantum locis ſuam adhibuit medelam, Lugd. Bat. cum Aſconio Pediano et ſcholiaſte vetere, antea nondum euulgato, 1692. 4. IV. voll. et in 12. V. voll. ab *Erneſto*, Lipſ. 1737. et 1738. rec. Halae Sax. 1758. 8. cum egregia claue Ciceroniana, VI. voll. — et ab *Iſaaco Verburgio* cum notis P. Victorii, I. Camerarii, F. Urſini integris, et multorum ſelectis, Amſtel. in Fol. II. voll. in 4. IV. voll. in 8. XII. voll. quae editio quamquam haud tulit plauſum eruditorum, nec vllam ſuperiorum vicit vtilitate, atque praeſtantia multis cedit; tamen repetita eſt Venetiis, 1731. XII. voll. 8. med.

Vltima aetas eſt eclectica, quam ornauit *I. G. Graeuius*, praecipue *Erneſti* in recentiſſima editione. — Nullis in ſubſidium adhibitis codicibus, mixturam fecit e Victoriana, Manutiana, Lambiniana ac Gruteriana recenſioni-

ſionibus *Ioſephus Oliuetus* in ſplendida editione *M. T. C. opera cum delectu commentariorum*, Paris. 1740. tom. IX. mai. 4. — recuſ. ita vt notae ſtatim textui ſubiicerentur, quae in priore ad calcem fuerant, Geneuae, 1750. totidem volum. — Verburgium aut Anglos editores maxime ſequutus, nitidam nec vero valde probabilem editionem *Cicer. Opp.* curauit *I. Lallemand*, Paris. apud Saillant, Deſaint et Barbou, 1768. 12. XIV. voll.

Nemo vero editiones antiquiores diligentius contulit, quam *I. Aug. Erneſti*, theologus quondam atque philologus Lipſienſis, qui ab adoleſcentia artiſſimam quaſi cum Cicerone contraxerat familiaritatem. Ille vero infinitis locis, praecipue in prioribus voluminibus e libris tam ſcriptis quam editis, aut ſenſu latinitatis Ciceronianae ductus reſtituit Ciceronem, et paucis notis, maximam partem criticis, (nam in *claue* explicantur, quae ad intelligentiam legum, hiſtoriae, geographiae et interioris latinitatis aut antiquitatis pertinent, et quae ſeorſum quoque excuſa eſt 1777.) illuſtrauit: *M. T. C. Opera omnia, ex recenſione Io. Aug. Erneſti, et claue Ciceroniana.* Halae Sax. 1774 — 1777. VII. tom. V. voll. Non defuerunt quidem obtrectatores, aut, qui iure ſuo quaedam culparent et emendarent. Sic in Biblioth. criticae Amſtelod. tribus prioribus partibus de hac editione diligenter diſſeritur,

nec paucae ponuntur coniecturae et emendationes probabiles.

Ex melioribus editionibus concinnatus eſt contextus ab *Extero* in edit. Operum Cicer. Bipontina 1780 ſq. cum doctis vtilibusque prolegomenis. XIII. voll. 8.

Pleniſſima erit editio *Neapolitana*, quae octo et triginta conſtabit tomis, cura doctiſſimi *Garatonii*, bibliothecae Barberinae Romae praefecti, qui orationes potiſſimum notis tum aliorum tum ſuis ſane eruditis illuſtrandas ſuſcepit, et alius, cuius me nomen latet. Hucvsque ſequentes tomi in manus meas venerunt, quos, quo ordine praelo exierunt, paucis indicabo: *M. T. C. de Officiis* lib. III. *Cato Maior*, *Laelius et Paradoxa ex recenſ. I. G. Graeuii*, *cum notis variorum*, (tam eorum, qui in ex. Graeuii iam comparuerunt, quam Rachelii, Chapmanni, Pearcii, Walkeri, Sayi, Io. Bentleii in Paradoxa, Facciolati, et Mazzochii in lib. III. cap. XV.) II. voll. Neapoli, 1777. mai. 8. typis ac ſumtibus Ioſ. Mariae Porcelli, (docti bibliopolae.) — *Orationes* (duodecim complebunt tomos) ex recenſ. *I. G. Graeuii* (cum omni in illius ex commentariis et Ferratii, ex huius epiſtolis excerptis, ſelectis Iac. Gronouii, Verburgii, Lallemandi, Facciolati et aliorum et copioſis humaniſſimi *Garatonii*, qui quidem in prioribus tomis nouiſſima Erneſti editione vti nondum potuit.) Neapoli 1777. quarum tomus VIII. cum

cum praefat. Garatonii, 1787. prodiit. In praefatt. ad primum et octauum tomum de edit. Naugeriana aliisque docte diſſeritur. — *Epiſtol. ad diuerſos* voll. IV. a. 1777. ex recenſ. *I. G. Graeuii* cum variorum notis, quibus acceſſerunt in hac editione notae Gronouii, Cortii, Verburgii, Oliueti, Facciolati, Cuperi, Lallemandi integrae; ſelectae vero Funccii, Cellarii, Quarterii, Heumanni, Mazochii, Martorellii etc. — *Rhetoricorum* lib. IV. *ex rec. Petri Burmanni* II. (cum omnibus illius ed. copiis, acc. variae lectt. et notae Verburgii, Lallemandi, et Erneſti.) II. voll. reliqua volumina ſubſequuntur. —

Splendida *Operum Cic.* editio cum indicibus et variis lectionibus (XXIV. codd. MSSt. Oxonienſ. duorum ex bibl. York et aliorum, quos Thom. Hearnius contulerat,) eſt *Oxonienſis* ex typogr. Clarendon. 1783. X. voll. 4. Fundus eſt recenſio Oliueti. — Vulgares, nec ab vtilitate nec a ſplendore admodum commendabiles Collectiones et editt. Opp. Ciceronis omiſi.

Singula *Ciceronis* Opera ſaepius ſunt typis deſcripta: ego vero vel principes vel rariores vel meliores aut recentiores tantum paucis memorabo editiones.

Rhetoricorum nouorum et rhetoricorum veterum, per Omnibonum. Venet. Nicol. Ienſon. 1470. Fol. — rec. Mediolani per Anton. Zarott. 1474. fol. et crebrius. — Poſtea libri

de inuentione et ad Herennium vel ſeparatim, vel iunctim ſaepius editi ſunt. *Rhetoricorum* vero *ad Herennium* libros alii abnegant Ciceroni,*) alii adſerunt: alii adſignant illos Carnificio ſiue ſenioiri ſive iuniori, alii aliis.—

Rhetor. libri ad Herennium. Romae per Wendelinum Wila in artibus magiſtrum, 1474. fol. — *ibid.* ſ. l. et anni et typographi nota. (v. *Audiffredi* Catal. edd. rom. p. 398. et p. 202. de edit. romana Omniboni 1475. ſpuria aut ſuſpecta, quam Laire pag. 221. *per Magiſtrum Io. Schurener de Bopardia*, eodem ann. et loco in lucem prodiiſſe dixerat.) — De ſequenti edit. vid. *Freytag* Adparat. litter. III. pag. 64 ſqq. n. Mediolani 1479. per Henr. de Cataneis ap. Scinzenzeller et Pachel. — *Cracou.* 1500. 4. cum praefat. *Raph. Regii* (quae editio vel in Polonia ipſa eſt ſummae raritatis; v. *Ianozki* Nachricht von der in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren Büchern. Breslau. 1753. 8. part. IV. pag. 107 ſq.) — *M. T. Ciceronis* Rhetor. libri recen-

*) e. g. *Conr. Sam. Schurzfleiſch* in diſp. de auctoritate rhetoricorum ad Herennium, Wittebergae, 1703. conf. *Burmann* II. in praefat. ad edit., qui cum aliis arbitratur, auctorem eſſe plane incertum, qui tamen aequalis fuerit Ciceroni, aut paullo poſt eius obitum conſcripſerit illos ibros. *I. P. Ludwig* in peculiari diſſ. de Cicerone Rhet. ad Herennium auctore vindicato. Witteberg, 1691. 4. recuſ. in eius Opp. orat. nr. 11. 12.

recenter caſtigati. M. Fabius Victorinus. Franciſc. Maturantius. Antonius Mancinellus. fol. Venet. 1509. —

Cic. (vel incerti auctoris) rhetoricorum ad Herenn. libri quatuor, et de inuentione libri II. cum Lambini, Vrſini — ineditis Graeuii et Franc. Oudendorpii notis. curante Petro Burmanno II. Lugd. Bat. 1761. 8. —

Collectionem omnium Ciceronis librorum, qui *ad rhetoricen* pertinent, edidit *Aldus* maior, Venet. 1514. 8. — *M. T. C. Rhetorica* ſeu Inſtitutiones artis eloquentiae forenſis, opera et ſumtu *Ioſ. Greyſsing.* Norimbergae, 1782. mai. 8.

De Oratore libri III. (quibus in hoc genere nihil eſt praeſtantius;) princeps edit. eſt *Romana* in monaſterio Subbacenſi per Sweynheym et Pannarz ſ. anni nota*) (a. 1467. circiter) — *Romae* per *Vlricum Han de Wienna*, 1468. mai. 4. (v. *Audiffredi* l. m. p. 15. Laire in ſpecim. typograph. rom. pag. 131.) — *Romae in domo Magnifici viri Petri de Maximo* 1469. m. 4. (v. *Audiffredum* l. m. pag. 16.) — *Venet.* Waldarferi 1470. — rec. 1473. — cum *Omniboni* commentar. Vicent. 1476. fol. Venet. 1485. 1501. fol. — additis aliis Cicer. libr. rhetoricis, Noribergae per *And.*

*) v. *Audiffredi* Catalog. editt. rom. ſaec. XV. pag. 4 ſq.

And. Koberger 1497. fol. — *de Oratore* L. III. cum egregiis *Iac. Lodoici Strebaei* et aliorum commentariis, ſcholiis Melanchthon. Paris 1557. 4. —

Ex MSS. (tam ſex iis, quos ipſe contulerat, codd. tum iis, quorum variae lect. in exemplo Gronouiano iam adlatae ſunt,) *recenſuit Th. Cokmann.* Oxoniae. 1696. 8. ed. II. 1706. — *ex MSS. emendauit notisque*, (doctis tam criticis quam exegeticis,) *illuſtrauit Zacharias Pearce.* Cantabrigiae 1716. auct. 1732. et 1745. 8. — Ego ipſe edidi *libros III. de orat.* cum meis et excerptis interpretum animaduerſionibus, Noribergae. 1776. 8. —

Germanice verſi ſunt illi libri ab *Heinſio*, Directore Gymnaſii Vinarienſis, Helmſtadii, 1762. 8. *francice* cum textu latino, Lyon. 1692. 8. et cum notis *Collin.* Paris 1737. 12. — *anglice* a G. P. Londini 1725. *italice* ab *Giuſeppontano Cantona*, Mediolani 1771. III. voll. 8.

Brutus, *ſiue de claris oratoribus liber* cum *Sebaſtiani Corradi* commentario, Florent. 1552. fol. *gallice* verſus a Girio, Paris 1670. 12. cum notis Villefore, ibid. 1726. 12. *anglice* ab E. Iones, Londini. 1777. 8. *germanice* a *I. L. H. Woller.* Hamburgi 1787. 8.

Orator ad Marc. Brutum. Lipſ. Herman. Tulichus 1515 fol. — cum emendatt. et animaduerſ. *Gottl. Bened. Schirach* Halae 1766. 8.

theo-

theotisce verſus a *I. L. H. Woller* Hamburgi, 1787. 8.

Topica et Partitiones — e recognitione *Gabriel. Fontan.* Placentini 1472. fol. (v. *Maittaire* Ann. typogr. tom. III. pag. 319. tom. V. pag. 282.) — cum *Boethii* commentario, Paris. 1542. Lugduni apud Sebaſt. Gryphium 1545. 8. et crebrius — *cum notis Achillis Statii* eruditis, Louan. 1552. 8. et adpendix ad illas Antwerp. 1553. 3. — *cum notis Antonii Goueani*. Paris. 1545. 8.

Partitiones oratoriae, *Iac. Lod. Strebaei* commentar. illuſtrat. Pariſ. 1547. — *Maioragii* commentar. in partit. orat. Cic. Venet. 1587. 4. — *I. Sturmius* in partit. orat. Cic. Pariſiis. 1545. 4. — Enarratt. in partit. Cicer. cum ſchol. *C. Hegendorphini*. Pariſiis. 1549. 4.

*Orationes.**) Princeps edit. eſt *Romana*: *M. T. C. Orationes Philippicae*, cum praefat. *Io. Ant. Campani ad Franciſcum Cardin. Senenſem*, (non ad Cardin. *Papienſem*, vt Laire in Specim. typogr. rom. pag. 133. ſcribit, vbi de hac edit. copioſe agit, et anno 1469. adſerit) typis *Vdalrici Galli*, h. e. *Han*, Germani in 4. magno. *Audiffredi* l. m. pag.

*) Pleniorem dabit notitiam *Erneſti* in Opuſculis philolog. criticis, Lugd. B. 1764. p. 155 ſeqq. in Praefat. ad vol. II. Opp. Cic. et in *Fabricii* Bibl. latina I. pag. 155 ſqq.

pag. 39. vindicat illam edit. a. 1470. Errauit igitur *Denis* in Merkwürdigkeiten der Garell. Biblioth. pag. 229. ſqq. ratus, illam eſſe a. 1466. excuſam. —

Plenior ſubſequuta eſt edit. *orationum, quotquot reperiri potuere, ſtudio et labore Io. Andreae collectarum. Romae* per *Conrad Sweynheym* (ſic exaratum exſtat nomen,) et *Arnold Pannartz.* 1471. fol. (v. *Audiffredi* Cat. pag. 76. ſq.)

Philippicae per Conr. Sveynheim et Arnold Pannartz. Romae 1472. fol. v *Audiffred.* p. 102. — *Oratt.* apud *Chriſtoph Valdarfer,* Venet. 1471. curatius 1472. ibid. per *Adamum Ambergenſem.* (v. *Braun* Not. Bibl. etc. p. 144. *Audiffred.* pag. 124. ſq. qui contra Lairium docet, non Romae per Adamum Rot. eſſe excuſas.) —

Miſſis multis aliis, notandae videntur edd. *Florentina* apud Iuntam per *Nicol. Angelium,* (qui textum pluribus locis ex mſto Colotiano bene correxit,) 1515. 8. — *Naugerius* in prima Opp. Ciceron. editione Aldina 1519. nouam *Orat. Ciceron.* fecit recenſionem. — De meritis *Andr. Naugerii* in reſtituendo oration. Cicer. textu, ed. *Venet.* ex officina Lucae Antonii Iuntae 1534. vide doctiſſ. *Garatonium* in praef. ad tom. III. edit. Neapolit. *Opp. Cic.* pag. 16. ſqq. vbi quoque laudat edit. Oratt. Cic. a *Nicolao Girardengo* Venet. 1480. curatam —

M. T.

M. T. C. Orationum pars I. cum correctionibus Manutii, Venetiis 1565. 8. pars. II. 1562. 8. Sequitur vt plurimum Hottomannianas *) emendationes et recedit pluries ab exemplis Aldi et P. Manutiorum prioribus. —

In M. T. Cic. Orationes Paulli Manutii Commentarius.(cum contextu orationum ipſo.) Venetiis. 1578. apud Aldum. III. voll. fol. —

Pleniſſima eſt ex recenſione *I. G. Graeuii* cum eiusdem animaduerſionibus et notis integris Franciſci Hottomanni, Dionyſii Lambini, Fuluii Vrſini, Paulli Manutii, ac ſelectis aliorum III. Tomi, part. VI. Amſtel. 1695. — 1699. 8.

Orationes ſelectiores pro Archia, in Catilinam, poſt reditum, pro L. Manilia, pro Milone, per *Chriſtoph Aug. Heumann.* Iſenaci 1735. 8.

Orationes pro M. Marcello, Q. Ligario et Rege Deiotaro, pro S. Roſcio Amerino, et Philippicam II. per *Heumannum* et *I. M. Heuſinger*; Iſenaci, 1649. 8. — *Iac. Facciolati* exercitationes in *M. T. Ciceronis* orat. II. pro P. Quintio et pro S. Roſcio Amerino. Pataui 1723. 8. — *Orat. ſelectae* cum notis variorum ſelectis — edit. *Io. Andr. Otto*, Magdeburgi, 1777. 8. — *Verrinas Oratt.* cum anim-

*) *Hottomannus* de ſuis laboribus ipſe diſſerit ad oratt. Verrinas lib. III. pag. 97. pag. 180. edit. Graeuian. Oratt. Ciceronian.

animaduerſ. meis et Aſconii explanatione edidi, Erlangae 1783. et 84. II. tom. 8.

In omnes *M. Tullii Ciceronis* orationes, quot quidem exſtant, doctiſſimorum virorum enarrationes ſumma diligentia ac ſingulari fide in vnum velut corpus collectae, ac partim etiam antea, partim nunc primum in lucem editae. Baſileae per Io. Oporinum 1553. Fol.

Quaedam *Ciceronis* orationes ſaepius conuerſae ſunt in alias linguas: e. g. in teutonicam, oration. pro Archia et Ligario a *Gottſchedio* in eius Rhetorica maiore: — Or. pro Milone ab *Heumanno* Hamburgi 1733. 8. — *ſex orationes* ab *Heumanno* Iſenaci et Numburg. 1735. 8. — *Quatuordecim* ſelectae cum nonnullis Liuianis, ab *Io. Martin Heinſio*, Lemgou 1767. 8. — a *Ioach. Fr. Coldorf* V. oratt. Hamburg 1741. 8. — a *Chr. Tob. Dammio* oratt. pro Roſcio et Ligario, Berolini. 1758. 8. — a *Bremero* tom. I. Magdeb. 1774. 8. a *I. B. Schmitt.* tom. I. Würzburg. 1788. 8. conf. Altdorf. Deutſch. Bibliothec. vol. II. pag. 415. ſq. Critiſche Beyträge Lipſiae, tom. II. pag. 529. ſq. — *Francice, oration. ſelectae* cum textu lat. notisque hiſtoricis, criticis, geographicis et chronolog. Paris. 1724. 8. — itidem cum textu lat. ſecundum Graeuian. recens. ibid. II. tom. apud fratres Barbou, 1725. 8. — *Oration. Catilinar.* cum *Demoſthenis* Philippicis, francice per *d'Olivet*,

d'Olivet, cum *Bouherii* notis in textum lat. Paris. 1727. 1736. 12. etc.

Quod *Q. Aſconii Pediani* enarrationes, quot ſuperſunt et quas *Poggius* in monaſterio S. Galli prope Conſtantiam repererat, mirifice faciunt ad orationes quasdam rite intelligendas, et nonnullis editionibus orationum ſunt ſubiectae, aliquot editiones, in quibus textus Cic. eſt ſeiunctus, adhuc memorabo:

Q. Aſconii Pediani enarrationes in M. T. C. orationes cura et diligentia Poggii Florentini: item Georgii Trapezuntii de artificio Ciceronianae orationis, nec non Antonii Luſchi Vicentini — enarrationes ſupra XI. Ciceronis oratt: ad fratrem ſuum. Venetiis per Io. de Colonia et Io. Manthen de Gerretzem 1477. part. III. fol. (v. illuſtriſſ. *Comitis de Reviczky* Catalog. ſ. Biblioth. gr. et lat. pag. 27. ſq. coll. cl. *Lengnichii* Beyträge zur Kenntniſs rarer Bücher, part. II. pag. 90 ſq. vbi alia eſt inſcriptio e catalogo Hulſiano.) — *Paris*, cura *Nic. Beraldi*, aere Conradi Reſch, arte Petri Vidoae. 1520. fol. — *Aſconii Pediani explanatio in Cic. oratt.* cum ſcholiis Pauli Manutii. *Venet.* 1563. 8. — cum *Ant. Luſchi* in XI. oratt. comm. Paris. 1536. 4. — commentationes in aliquot orr. (cum ſelectis notis Hottomanni, Manutii, Popmae, Fr. Fabricii etc.) Lugd. B. 1675. 12. — cum eorumdem notis et Thomae Crenii Obſeruatt. (poſt indicem, a p. 313 — 356.) Lugd. B. 1698. 12.

Epiſtolarum ad familiares libri XVI. Romae per Conrad *Suueynheym* et Arnold. *Pannarz* 1467. 4. mai. (v. praeter ceteros in maiore opere pag. 95. a me laudatos, *Audiffredum* l. m. pag. 7 ſq.) — *Venetiis* ex typographia Io. de Spira, bis euulgatae edd. 1469. fol. — *Romae* apud Schweynheim et Pannarz ex recognitione *Io. Andreae*. 1469. fol. (v. *Dauid Clement* in Biblioth. curieuſe etc. tom. VII. pag. 125. ſq. *Audiffredum* l. m. p. 21 ſq. cui pag. 82. ed. *Romana* ex edit. Io. Andreae, a. 1471. dubia eſt et valde ſuſpecta.) — *Romae* per Schweynheim et Panarz 1472. (v. *Audiffredum* pag. 97 ſq.) — *Ienſoniana* ed. laudatur, Venetiis 1471. fol. rec. 1475. etc. (ſed de edit. a. 1475. ſine loci et typogr. mentione v. *Placid. Braun* in Notitia de libris ab arte typogr. inuent. — in Biblioth. monaſt. ad SS. Vdalricum et Afram. Auguſtae Vindel. 1788. 4. pag. 175.) — eodem vero ſaeculo XV. ſaepius editae ſunt *epiſtolae Cic. ad Diuerſos* — cum *Huberti Clerici commentario*, Vicentiae 1479. — Venetiis, 1480. fol. med. (v. Bibliothecae Schwarzianae, part. II. pag. 183.) — cum eiusdem et aliorum comment. *Venet.* per Octauian. Scottum 1494. — ibid. per Simon Beuilaquam. 1497. fol. —

Saec. XVI. *Aldinae* editt. praecipue memorari debent, a. 1502. 1522. 8. 1533 cum ſcholiis *Paulli Manutii*, 1546. 8. — Scholia ſeorſum excuſa peculiarem haben titulum

titulum, cum priuilegio Pauli III. P. M. et Senatus Veneti. —

In primis *Paullus Manutius* optimum ad intelligendas *Ciceronis epiſtolas* dedit ſubſidium, n. *Commentar. in M. T. C. Epiſt. ad diuerſos* in operum Cic. ab Aldo filio editorum part. VI. 1579. — tum Francof. typis Wechelianis 1580. — Venet. apud Aldum, 1592. — Francof. 1600. 8. II. voll. — denique ſeparatim quoque ſumma cum cura recognouit commentar. et adiecit eiusdem Manutii ſcholia atque Hieronymi Ragazoni in eisdem Cic. epiſtolas commentar. *Chriſt. Gottl. Richterus*, Lipſiae, 1780. med. 8. II. voll. —

Epp. — cum multorum adnotationibus commentariis, Venet. 1563. fol. iterum ib. 1568. tertium, corrigente D. *Borgarutio a Borgarutiis*. Venet. 1589. fol. — cum commentatt. diuerſorum in has epiſtolas, partim antea, partim nunc primum editis, excud. Henr. Stephan. 1577. 8. —

Secundum ordinem temporis ex Sigonii et Manutii obſeruatt. diſpoſuit epiſtolas Cic. et recenſuit *Adam Theodor Siber*, Brunſuicii, 1661. 1692. etc. 8. quem ordinem ſeruarunt *Chriſt. a Dransfeld* in ſua ed. Lipſiae, 1697. 8. *Reimannus* cum notis germanicis haud omnino ſpernendis.

— *ex recenſione I. G. Graeuii* cum eiusdem animaduerſionibus auctis et notis integris *Victorii* (cuius recenſionem potiſſimum

eſt ſequutus,) *P. Manutii*, (at valde vitioſe excuſis,) *Hieronymi Ragazoni* etc. Amſtelod. 1677. II. tom. 8. — E recenſione (Graeuii) et cum notis *Chriſt. Cellarii*, Lipſiae, 1698. 8. etc. tum additis multis animaduerſ. cura *Gottl. Cortii.* Lipſ. 1722. 1735. 1749. 8. — *I. Alb. Bengelii*, Stuttgard. 1739. 8. — *I. Nic. Funccii.* Marb. Cattor. 1739. 8. *Iſaaci Valkenaer* epiſtol. Ciceronis ſelectae. Leoward. 1716. 8. quibus praemiſſa eſt elegans diſputatio de vera ratione informandae pueritiae ad elegantiam et caſtitatem latini ſermonis, in qua epiſtolae ad Familiares praecipue commendantur: vt alias ſelectarum Epp. editt. omittam. — Alio ordine diſpoſuit Epp. *Stroth*: *M. T. Cicer.* Epiſtolarum ſelectarum libri VI quibus res romanae inde a Caeſaris morte vsque ad triumuirorum conſpirationem continentur Animaduerſionibus in vſum ſcholarum *Frid Andr. Stroth*, Berolini, 1784. 8.

Verſae ſunt Epiſtolae *Cic. ad diu. theotiscε* cum notis per *C. T. Damm*, Berolini. lib. I-IV 1737. 8. II. voll. — ſecundum ordinem chronologicum, per *Aug. Chriſtian Borhek.* Francofurti ad Moen. 1782. II. voll. 8. vt alia mittam peregrinarum gentium verſiones.

— *Epiſtolae ad M. Brutum, ad Q. fratrem, ad Octauium et ad Atticum, ex recognitione I. Andreae.* Romae 1470. fol. (v. *Quirin* libr. de optimorum ſcriptorum edition. p. 88 ſe edit. Schelhornii, *Audiffredum* l. m. p. 56.) — Eaden

Eaedem cum Corn. Nepotis vita Attici. *Venet.* 1470. — *Romae* per Eucharium Silber, alias Frank. 1480. fol. v. *Audiffredum* l. c. p. 296. vbi contra Laire quoque docet, hunc librum non eſſe primum e libris Romae XV. ſaec. excuſis, in quo habeatur index erratorum corrigendorum. — Is quoque pag. 399. recenſet editionem perraram ſ. a. quam Venetiis a Io. Tacuino, exeunte ſaec. XV. curatam eſſe ſuſpicatur: et p. 401 ſq. recenſet duo rariſſima exempla, ſine anni indicio, alterum: *Epiſtolarum liber primus*, mai. 8. Romae. forſan ub exitum ſaeculi XV. et *Martini Philethici Expoſitiones variarum Cicer. Epiſtolarum ad Columnam Cardinalem.* 4. — Venetiis in edibus Aldi et Andr. Soceri. 1513. 1521. 8. — bibliotheca *Petri Victorii*, Florent. apud intas. 1571. 8. tam rara, quam praeſtans eſt. l. — cum comm. P. Manutii. Venet. apud ldi filios. 1548. — *M. T. C. Epp. ad Atticum, ad M. Brutum, ad Quinctum fratrem,* um correctionibus D. *Lambini*. Ex biblioeca Aldina. Venetiis. 1580. 8. — ex fide etuſtiſſimorum codicum emendatae ſtudio et pera Simeonis Boſii, cum eiusdem animduerſionibus. Rutiaſti Lemouicum 1580. 8. ntwerp. 1585. — *Epiſtolarum* libri XVI. l. *T. Pompon. Atticum*, ex recenſione *I. G. raeuii.* Amſtel. 1684. 8. Tom. II.

— *Epiſtolarum ad Q. Fratrem* libr. III. *ad Brutum liber vnus, cum notis variorum.*

Adiectus eſt ad M. Tullium fratrem de petitione conſulatus liber cum integro commentario Valerii Palermi, Veronenſis, Hagae Comitum, 1725. 8. —

Epp. ad Atticum cum notis integris Victoris, Camerarii, Vrſini, et ſelectis Manutii, Lambini, Gulielmii, Gruteri, I. Fr. et Iac. Gronouiorum, Graeuii et aliorum. Iſaac Verburgius collegit, diſpoſuit, recenſuit etc. Amſtelaed. 1727. 8. II. voll. —

Gallice verſae ſunt *Epiſt. ad Atticum.* Paris 1702. 8. II. tom. *lat.* et *francice* cum notis, edidit *L. Mongault.* Paris. 1714. VI. voll. recognit. 1788. ibid. — theotiſce ab *Elia Casp. Reichard*, cum notis doctis atque vberrimis. Halae Sax. 1783 ſeq. IV. tom. mai. 8. —

Epp. ad Brutum, gallice, cum notis hiſtoricis et criticis per *de Laval.* Paris. 1731. 8. II. tom. —

The Epiſtles of M. T. Cicero to M. Brutus, and of Brutus to Cicero: with the Latin Text on the oppoſite page, and Engliſh Notes to each Epiſtle: Together with a Prefatory Diſſertation, in which the Authority of the ſaid epiſtles is vindicated, and all the Objections of the Revd. Mr. Tunſtall particularly are confuted. By *Convers Middleton.* London, 1743. 8. — *Tunſtall* in Ep. ad Middleton, Cantabr. 1741. 8. abiudicarat illas Ciceroni.

Ciceronis vita ex dictis Plutarchi, *eiusdem* de natura Deorum libri III. de diuinatione duo: de

de Fato; de legibus tres, et academ. libr. II. ſiue Lucullus, et liber ad Hortenſium. *Venetiis* per Vindel. Spir. 1471. fol. — Officia, Paradoxa, Amic. Senect. de natura Deorum; Diuinat. Tuſculan. Quaeſt. de finib. Fato, Petitione conſulatus. Pars libelli de philoſophia; Timaeus, Academ., de legibus. *Romae* per Conr. Sweynheim et Arn. Panartz. 1471. fol. v. *Audiffredi* Catal. pag. 80 ſq. — *Academica* recenſuit *Io. Dauis*. ed. ſec. Cantabrig. 1736. 8. cum integris notis Victorii, Camerarii, Manutii, Lambini et Vrſini.

Academica — e MSS. — reſtituta, argumentis et notis criticis illuſtrata a *Io. Franc. Conr. de Allio* cum commentt. omnium Ciceronis interpretum, contra vitioſas, quot ſunt, fuerunt, editiones. Venet. 1744. 8. —

Gallice verſa, cum textu lat. et notis (per *Dan. Durand.*) Lond. 1740. 8. — *gallice*, et cum notis *de Caſtillon*, Berol. 1779. II. voll. 8. — *M. T. C. de Philoſophia* (h. e. acad. quaeſt. de finibus bonorum et mal. etc.) Venetiis in aedib. Aldi. 1523. 8. — collatis libris MSStis emendat. per Paull. Manut. II. tom. 1541. 8. — cum ſcholiis et coniecturis *Paulli Manutii*. Venet. 1546. 8. II. voll. et 1560. 8. II. tom. Lectiones interdum differunt in his Manutianis edd.

De Finibus bonorum et malorum libr. V. Mogunt. per I. Fuſt. 4. ſine a. n. Venet. 1471. editore *Georg Merula*. conf. illuſtriſſ. *Comitis*

de Rewiczky Catalog. pag. 23 ſq. - - - et Paradoxon liber vnus, emendauit notisque illuſtrauit *Thom. Bentley.* Cantabrig. 1718. 8. — Ex recenſione *Io. Dauiſii.* Cantabrig. 1728. 8. cum notis.

Tuſculanae quaeſtiones. Romae, per Vlricum Han de Wienna, 1469. fol. — Venetiis. 1491. fol. cum com. ſine nomine typographi, — cum commentariis *Ioachimi Camerarii,* Baſileae, per Oporinum. tom. I. 1538. tom. II. 1543. 4. — cum commentario *Io. Dauiſii* Cantabrig. 1709. 1725. 1730. 8. 1738. 8. — Tuſculanes traduites par Meſſieurs *Bouhier* et *d'Olivet* avec des Remarques, III. tomes à Paris. 1737. 8. Amſterd. 1739. — cum libello variantium lectionum, editore *I. Iac. Reiske.* 1759. 12. — theotiſce verſ. ab *H. F. Diez.* (lib. I.) Magdeburgi, 1780. 8.

De natura Deorum, amicitia, diuinatione, finibus. (F. Fato.) Venet. 1471. fol. *) — Petri Leſcaloperii humanitas theologica, in qua M. T. Cicero de Natura deorum, argumentis, expoſitionibus, illuſtrationibus nunc primum inſignis prodit. Pariſ. 1660. fol. — Theologica Ciceronis et paganorum praecipue illuſtratur. — Entretiens de Ciceron ſur la nature des

*) Conf. cel. *Lengnichii* Beyträge zur Kenntniſs ſeltener und merkwürdiger Bücher, part. II. pag. 84 ſq. vbi a pag. 82 — 90. plures veteres Ciceronianorum editiones enumerantur.

des Dieux, traduits en François, avec des remarques, par l'Abbé *d'Olivet;* ſeconde edition, avec le texte Latin, et les remarques du Préſident *Bouhier.* Paris. 1732. 12. — de natura Deorum, libri III. ex recenſ. *Io. Dauiſii.* Cantabrig. 1718. 1723. 1733. 1744. 8. — theotisce vers. a *Io. Henr. Winkler*, Lipſiae, 1739. 8. et a *Kindervater.* Tiguri, 1787.

Liber *de diuinatione* et *de fato*, recenſuit *Io. Dauiſius.* Cantabrig. 1730. 8. edit. ſecunda. — Gallice cum notis per *Regnier Desmerais.* Paris. 1709. Amſterd. 1741. 12.

De *legibus* libri III. recens. *Io. Dauiſius* Cantabrig. 1727. 8. — *theotisce* vers. cum notis, auct. *I. Mich. Heinze.* Deſſau. et Lipſiae, 1783. 8. — *Gallice*, cum textu lat. et notis per *Morabin.* Paris. 1719. 8.

De Officiis ad Marcum filium libri III. Princeps et celeberrima pariter ac rariſſima ed. eſt *Moguntina* per Io. Fuſt et Pet. Schoifther de Gernsheym. 1565. (ter eodem anno) et 1566. fol. in membranis et in charta. (praeter eos, quos laudaui in Introduct. in Not. litterar. rom. II. pag. 124 ſqq. conf. illuſtriſſ. *Com. de Rewiczky* Catal. pag. 20. et cl. *Heuſingeri* praef. ad Cicer. lib. de Offic. pag. XXVI. ſqq. vbi quoque aliae vetuſtae editt. memorantur.) —

De Officiis libri III. *Paradoxa; Somnium Scipionis, Laelius, Cato maior et Tuſculanae quaeſtiones. Romae* per *Vlricum Han de Wienna*, 1469. 4. mai. (v. *Audiffred.* l. m.

 pag.

pag. 17.) — *Romae* per *Eucharium Argirion* (h. e. Silber) 1481. 4. (v. *Audiffr.* p. 242 ſq.) — Tres libri *Officiorum* Tullii denuo ſatis laborioſe emendati: vigilique diligentia Baccularii *Martini Herbipolenſis*, Liptzenſis Ciuis ibi a nouo impreſſi a. 1504. fol. — *De ſenectute* dialogus, ibid. ab eodem, eodemque anno (perrarae ſunt hae editiones.) — *Venet.* apud Aldum. 1519. 8. ſubiuncti ſunt Cato et Somnium Scipionis, graece, interprete Theodoro Gaza. — cum annott. *P. Manutii.* Venet. 1561. 8. —

De egregia *Anemoecii*, (qui vetuſto ad D. Vlrici Auguſtani codice, flammis poſtea abſumto, vſus eſt,) 1535. Colon. 1537. Baſil. 1541. editione diligenter diſſerit cl. *Heuſinger* in praefat. laudata, pag. XXX. ſqq. —

Apud *Paull. Manutium*, Venet. 1545. — cum eruditis notis et caſtigationibus *Carol. Langii.* Antwerp. 1563. 1567. 8. — cum comment. philoſophico, iuridico et prolegg. *Sam. Rachelii.* Francof. 1668. 8. et multo venuſtiore forma externa. Amſtel. 1666. 8.

De officiis libri, Cato maior, Laelius, Paradoxa, Somnium Scipionis, cum not. variorum, e recenſione I. G. Graeuii, Amſtel. 1688. et correctius 1691. 8. — cum ſolis Graeuii notis Amſtel. 1699. min. 8. —

E MSS. (decem) recenſuit *Thom. Cockmann.* Oxon. 1695. 1716. 8. — Libri III. de officiis, Laelius et Cato maior — curante *Io. Mich.*

Wein-

Weinrichio. Coburg. 1720. 8. — De Officiis libr. III. Patauii, 1720. 8. recus. Venet. 1747. per *Facciolatum*, qui multa e cod. correxit, et aliam capitum inſtituit diſtinctionem. Erneſti hanc bonam editionem in nouiſſima ſua Operum Cicer. editione non adhibuit. — Londini. 1745. 8. per *Zachar. Pearce*. — — de Officiis libri III. Coloniae. (Baſileae) 1748. 8.

Adcurata et vero optima editio inter criticos habenda eſt: *M. T. C. de Officiis* libri III. ad ſolam priscorum exemplarium fidem recenſuit adiectisque *I. Mich. Heuſingeri* et ſuis adnotationibus editurus erat *Iac. Frid. Heuſinger*, (edente eius filio *Conr. Heuſingero*,) Brunſuigae, 1783. mai. 8. Filius doctiſſ. paullo poſt ediderat minorem edit. omiſſis criticis animaduerſionibus in vſum ſcholarum. —

Tres illi libri ſaepius conuerſi ſunt in linguam teutonicam, 1533. 8. (v. Kritiſche Beyträge etc. I. pag. 12 ſqq. XXII. n. 3.) correcta eadem per *Io. Neuberum*. Francof. ad Moen. 1565. 12. — ab *Ioan. Adolpho Hofmanno* cum notis, Hamb. 1742. 1758. 8. — a *Casparo Gottſchlingio*, Rectore et Bibliothecario Neobrandenburgico, 1719. 8. — ab *I. M. Heinze* cum notis, Lemgou. 1770. 8. a *Ch. Garuio* cum egregiis commentatt. Bresl. 1784. 8. De aliis verss. egi in maiore Opere, II. p. 135 ſq. — De amicitia et de ſenectute libri germanice verſi ſunt a *Io. a Schwarzenberg*. cum figg. ligno inciſis. Auguſt. 1540. fol. —

Laelius

Laelius a *I. Georg Küſter*, Butzow et Wismar. 1774. 8. — de ſenectute lib. germanice verſus a *Io. Franciſco Wagner*, Rectore Osnabrug. Vlmae, 1770. 8. Plures verſiones indicat *Hauptmann* in Notitia breuiore auctor. veterum etc. p. 180 ſqq.

5. *Tunſtal* in epiſtola ad Middleton. Cantabrig. 1741. 8. epiſtolas ad Brutum a Cicerone ſcriptas eſſe negauit; quas tamen *Middleton* Ciceroni vindicauit in: the epiſtles of M. T. Cicero to M. Brutus and of Brutus to Cicero: with the latin text on the oppoſite page and Engliſh Notes to each epiſtle etc. Londin. 1743. 8. *Tunſtal* vero in ſententia ſua perſeuerans edidit: Obſervations on the preſent Collection of Epiſtles between Cicero and M. Brutus. Londin. 1744. 8. — Tunſtalli ſententiam amplexus eſt *Ier. Markland* in Remarks on the epiſtles of Cicero to Brutus and of Brutus to Cicero. With a Diſſertation upon four Orations adſcribed to M. Tullius Cicero. Lond. 1745. 8. Quatuor autem illae orationes, quas Marklandus ingenuas negauit, ſunt ad Quirites, in ſenatu pro domo, de haruſpicum reſponſis: Eius autem obiectiones apte egregieque debilitauit et fregit *I. M. Geſnerus* in *Cicerone reſtituto*: in Commentar. Soc. regiae doctrinarum Götting. T. III. — Falſo autem adſcribuntur Ciceroni: *In Criſpum Salluſtium reſponſio*: cuius verus auctor *M. Por-*

M. Portius Latro *) eſſe dicitur: dein, *ad populum et equites Roman. antequam iret in exilium*, tum *Epiſtola ad Octauium:* denique *Conſolatio*, **) quae *Sigonium* auctorem habere perhibetur, et alia. Quorumdam, quae multa adhuc habemus, ſcriptorum fragmenta eius operibus addi ſolent.

6. In omni paene litterarum genere Graecorum ſimilis eſſe voluit. Atque horum ſimilitudinem imitando ſic adſequutus eſt, vt, niſi

*) De hoc et reliquis hiſpanicis ſcriptoribus atque oratoribus circa imperium Tiberii v. *Fr. Rafael*, Hiſtoria literaria de España, tom. V. Madrid. 1777. lib. X.

**) Grauis ſuper hoc libello orta eſt controuerſia, *Sigonio* infamiam deprecante, contra *A. Riccobono*, *Iuſto Lipſio*, *Iano Gulielmio* aliisque expoſtulantibus et Sigonium fraudis incuſantibus. Iunctim edita ſunt: *M. T. Cic. Conſolatio* vel de luctu minuendo: fragmenta eius a Carolo Sigonio et Andrea Patricio expoſita. Antonii Riccoboni iudicium, quo illam Ciceronis non eſſe oſtendit. Caroli Sigonii pro eadem oratt. duae. Norimbergae, 1584. 8. in calce eſt iudicium Lipſii de ea. Addi debet *Iani Gulielmii* aduerſus C. Sigonium aſſertio; non eſſe aut M. Tullii aut ſatis dignam M. Tullio eam, quae illius nomine venditetur etc. Lutetiae apud Aegidium Beyſium 1584. 8. it. *Lipſii* Opera. Antwerp. 1637. fol. tom. I. pag. 381 ſq. *Sigonii* Opp. ab Argelato iunctim edita Mediolani. tom. III. nr. 8 — 10. et *Scharf* de auctore conſolationis Ciceronianae, in Miſcellan. Lipſ. Obſeru. 130.

niſi ſuperauit quosdam, eos tamen aequauerit. Stilum vero prudenti ratione ſemper accommodauit rei et tempori et hominibus, quod vbertatem ingenii non minus quam linguae ſummam atque admirabilem demonſtrat, et praecipue in diiudicandis orationibus atque epiſtolis eſt tenendum. Quare in aliis oratio breuis eſt et amputata, in aliis vero ſumma vbertas ineſt et quaedam luxuries. Hinc in orationibus ad populum multitudinis leuitatem voluptate quadam et verborum lenociniis, elegantia atque ornatu quaſi titilauit: coram Senatu grauiter dixit et conciſe. Ad Atticum, breuitatis amantem, preſſe; ad alios vberius; aliter ad Terentiam, aliter ad Lucceium, aliter ad Curionem ſcripſerat. In ſumma tamen, quae videtur, abundantia, praeterquam in iis locis, vbi data opera copioſior ad delectandum eſſe voluit, breuis eſt et perſpicuus; non loquax nugaxue. vide, quae de vera breuitatis notione *Erneſti*, vt ſolet, pulcre disputat in initiis rhetorices §§. 417 ſqq. id quod ii non cogitarunt, qui ſe tum Ciceronem imitatos eſſe putarent, quando verba ſynonymaque coaceruarent, longasque, multis intextis periphraſibus, necterent periodos, quibus vero oſſa neruique defuerunt. Epiſtolae, quae ſine Manutii commentario, niſi quis antiquitatis et hiſtoriae Romanae ſit peritiſſimus, non ſatis poſſunt intelligi, cum ad characterem Ciceronis cognoſcendum, et turbulenta republicae tempora per-

pernoſcenda atque explicanda, tum ad elegantiam ſtili atque prudentiam vitae, mire faciunt. Vbique tamen verborum grauitate, et elegantia, et vrbanitate et compoſitione et copia ſuam quamdam expreſſit quaſi formam figuramque dicendi. Vel ex ſtructura periodorum et legitimo verborum formularumque ordine atque delectu elucet ingenium philoſophicum: quod tamen ad noua excogitanda aut meliorem firmioremque diſciplinarum, praecipue diuinarum, (ſenſu Ciceroniano,) formam et validum ratiocinandi concludendique modum inueniendum minus aptum; ſubtile atque ferax fuiſſe videtur. In vniuerſa enim philoſophia, praecipue ea, quam vocant, theoretica, in eo potiſſimum verſatus eſt; vt populares ad maius curatiusque illius ſtudium excitaret, ideoque, vt graecorum philoſophorum praecepta bene colligeret, interdum examinaret, ſaltem diligenter componeret, et latinis litteris illuſtraret eleganter, cum primis autem Academicos ſectaretur. Poeſin quoque attigit; ſed, ex multorum ſententia, irato Apolline. Contra, quum pro roſtris diceret, tanta in eo fuit vis, vt in eorum mentibus, qui eum audirent, quaſi aculeos quoſdam relinqueret, animosque eorum, coram quibus verba faceret, eo, quo vellet, plerumque flecteret. Has igitur orationis virtutes, diuinam eloquentiam et ſuauitatem atque elegantiam dictionis non ſolum homines ſuae aetatis admirati ſunt; ſed

omnes

omnes quoque poſteri, ſi ab Aſinio Pollione, Largo Licinio, Scioppio paucisque aliis atrae bilis hominibus diſceſſeris, eius ſcribendi genus prae ceteris imitatione dignum iudicarunt.

7. In explanando illuſtrandoque Cicerone haud pauci a multis ſaeculis verſati ſunt; ego vero, iis omiſſis, qui de Theologia, Iurisprudentia, et Philoſophia Ciceronis, aut de particulis, ſynonymis, elegantiisque, aduerbiis et lectionibus Tullianis, ſcripſerunt, tantum commemorabo

P. Victorii explicationes ſuarum in Ciceronem Caſtigationum apud Gryphium. Lugd. 1540. 8.

Ioachimi Camerarii in M. T. Ciceronem Annotationes. Apud Gryphium 1540. 8. Lugd

Elogia Ciceroniana Romanorum domi militiaeque illuſtrium annis amplius ſeptingentis ab vrbe condita vsque ad Auguſti imperium ſelecta a *Io. Brantio.* Antwerpiae 1612. 4

Petri Rami, regii eloquentiae et philoſophiae profeſſoris, Ciceronianus. ed. poſtrema Francof. apud Andr. Wechelum 1580. 8.

Ciceronianus Io Thomae Freigii, in quo ex Ciceronis monumentis ratio inſtituendi locos communes demonſtrata, et eloquentia cum philoſophia coniuncta deſcripta eſt, libris decem. Adiecimus Des. Iacotii de philoſophorum doctrina libellum ex Cicerone. Baſileae per Sebaſtianum Henricipetri. ſ. a. in 8.

Guil.

Guil. Bellendeni, Scoti, Magiſtri ſupplicum libellorum regis M. Britan. de tribus luminibus romanorum libri XVI. Paris. 1634. fol. Eſt vita Ciceronis, ſecundum ordinem temporis, itidem hiſtoria illius temporis et hiſtoria imperii romani, ex ſcriptis Ciceronis adcurate collecta et deſcripta. Omnia autem paene exemplaria, (exceptis illis, quae in Galliis remanſerunt,) in naufragio, quum in Angliam transportarentur, perierunt. Middleton a Wartonio in: An Eſſay on the Genius and Writings of Pope, vol. II. Londini 1782. 8. arguitur, in vita Ciceronis plurima ex illo libro hauſiſſe.

Loca quaedam Cic. Epiſt. ad Famil. vel emendata vel declarata a *Io. Mich. Heinzio*, Directore Gymnasii Vimarienſis, in Eius ſyntagmate Opuſculorum etc. Göttingae. 1788. 8. pag. 170. ſqq.

Henrici Stephani lexicon Ciceronianum. 1557. 8.

Franciſci Fabricii hiſtoria Ciceronis. Accedit *Chriſtoph. Cellarii* hiſtoria explicandis epiſtolis Ciceronis adcommodata. Iſenaci. 1727. 8. Praemiſſa quoque eſt editioni Operum Ciceronis Erneſtinae.

Marii Nizolii lexicon Ciceronianum noviſſime infinitis locis auctum a *Facciolato*. Patavii 1734. Fol.

1. *Matthiae Geſneri* Chreſtomathia Ciceroniana, *oder auserleſene Stellen aus Cicer. Schriften.* Ienae. 1740. et ſaepius 8. Lipſiae 1775. 8.

In bibliothecae Schwarzianae parte I. eſt ſingularis et locuples Collectio Ciceronianorum. Altorfi. 1753. pag. 133. — 145. vnde breuis noſtra notitia egregie poteſt locupletari. Conferri quoque debet:

Erneſti narratio critica de editionibus orationum Ciceronis, in eius Opuſculis philologico - criticis. Lugduni Batau. 1764. 8. pag 155. ſqq.

Sebaſtiani Corradi Quaeſtura. Partes duae Lipſiae 1754. 8. edente Erneſtio.

The Hiſtory of the Life of M. T. Cicero in three volumes, by *Conyers Middleton* Dublin II. voll. 1741. Londin. 1742. ſextun 1759. tum 1757. liber germanice verſu in 8. prodiit.

Hiſtoire de Ciceron, avec des Remarque hiſtoriques et critiques par Mſr. *Morabin.* Pari 1748. 4. II. voll.

M. T. C. vita. Ex oratoris ſcriptis excer pſit, verba ipſa retinuit et ad conſulum ſerien digeſſit I. H. *Meierotto.* Berolini. 1783. 8.

Multa quoque de Cicerone disputantur i *C. Meiners* Geſchichte des Verfalls der Sitte und der Staatsverfaſſung der Römer. Lipſia 1782. 8.

Thoma

Thomae Wopkens Lectionum Tullianarum ſiue in Opera quaedam Ciceronis philoſophica animaduerſionum criticarum libri tres, Amſtelodami, 1730. 8.

Iaſonis Denores, nobilis Cyprii, Inſtitutio in M. T. C. philoſophiam de vita et moribus, cum integris Samuelis Rachelii in Officia Ciceronis Commentariis et Vlrici Obrechti Schediasmate in Somnium Scipionis; quae libris Ciceronis de officiis addere voluit *Ioachimus Meier*, D. et P. Lipſiae, (1721.) in 8.

Gautier de Sibert examen philoſophiae Ciceronianae, comm. I. II. III. in Commentariis ſociet. regiae Paris. I. et B. L. vol. 41. et 43. Paris. 1786.

In *Heumanni* Actis philos. tom. III. pag. 147. quidam huc pertinentes libri memorantur.

Hier. de Bono diſſ. de medica facultate in M. T. Cic. comperta, in Nuova Raccolta d' Opuſc. ſcientif. tom III. pag. 129. ſqq.

Ios. Lud. Ern. Püttmanni diſſ. de moderatione inculpatae tutelae, ad oration. Ciceronis Milonianam. Lipſiae 1783. 4.

M. T. C. Hiſtoria philoſophiae antiquae, ex omnibus illius ſcriptis collegit, diſpoſuit — *Fridericus Gedicke.* Berolini. 1782. 8.

F. W. I. Dillenius moraliſche Chreſtomanie aus dem *Cicero* mit Anmerkungen. Lipſ. 1781. 8.

Vollſtändige, nach einer natürlichen Folge der Materien geordnete Ciceronianiſche Chreſtomathie von *Io. Henr. Noelting*, (Profeſſ. Hamburg.) Hamburg. 1780. 8.

Cl. *Baden*, Profeſſ. Haunienſis, quaedam Ciceronis iudicia de hominibus magni nominis romanis, deque rebus quibusdam, quae ad ius aut philoſophiam aut antiquitatem pertinent, a crimine aliorum vindicare ſtuduit in Prolus. d. 22. Maii, 1788 ſcripta.

Multos alios libros maioris minorisque molis laudaui in Introduct. in Notit. litter. rom. II. pag. 143 — 163.

§. 3.

M. Q. Cicero.

1. Eiusdem fere fuit aetatis, et non multo poſt interitum fratris Tullii ab hoſte communi Antonio interfectus fuit.

2. Varia in republica obiit munia, et a fratre multis ornatus eſt laudibus.

3. Scripſit commentarium *de petitione conſulatus* ad M. T. fratrem.

4. Eduntur cum fratris operibus: ſingulatim tamen commentariolum cum aliis quibusdam Quincti ſcriptorum reliquiis recenſuit *Chriſtian Gottl. Schwarz.* Altdorf. 1719. 8. — Libellus de Petitione conſulatus recenſitus a *I. M. Gesnero* in enchiridio prudentiae ciuilis.

5. Ad-

5. Adiungi debet *M. Tullius Tiro*, Ciceronis alumnus, libertus adiutorque in litteris ſtudiorum: (*Gell.* N. A. lib. XIII. 9.) ſcripſerat vitam Ciceronis et alia, quae interierunt. Superſunt fragmenta: epiſtolae, (*Gell.* VII. 3.) et notae ſ. compendia ſcribendi, quae methodo faciliori ad vſum L. L. reduxit. *Alphabethum Tironianum ſ. notas Tironis explicandi methodus, labore et ſtudio D. P. Carpentier*, Paris. 1747. fol. aeri inciſum. conf. Introd. in Notit. litteraturae rom. II. p. 179 ſqq.

Ciceronis aequalis et ſocius fuit in peſte Catilinae exſtirpanda, poſt Varronem, doctiſſimus Romanorum ac Pythagoreus *P. Nigidius Figulus.* Varia ſcripſit; ſed reſtant adhuc fragmenta, quae collegit, digeſſit et explicuit *Ian. Rutgerſius*, in Variar. lection. lib. III. capite 16. pag. 246 ſqq. adde Introd. maior. II. pag. 177 ſq. vbi praeter ea alios doctos et memoria dignos Romanos illius aetatis memoraui, et *Fabricii* B. Graec. vol. I. in catalogo Pythagoreorum. conf. item *I. Alb. Fabricius* ad Dion. Caſſ. XLV. 1. pag. 419. — De *M. Iunio Bruto* et *Lucio Munatio Planco* egi in Introduction. in Notit. litteraturae romanae II. pag. 219 ſq. ac pag. 231 ſqq. de *Seruio Sulpicio*, Lemonia, Ruſo, *P. Alfeno* ſ. *Alpheno Ruſo*,*) ICtis romanis, et *Caio Aſinio* *Pollione.*

*) Sec. L. 76. de iud. Alphenum non Epicureum, ſed Stoicum fuiſſe, eumdemque, qui apud Virgil. Ecl.

Pollione. adde *Anſelmi Frid. Piſtorii* diſp. praeſide *Hofackero*, ad fragmenta, quae ex Alfeni Vari libris XL. Digeſtorum ſuperſunt. Tubingae, 1776. 4. cl. *Saxii* Onomaſt. I. pag. 169 ſqq.

§. 4.

C. I. CAESAR.

1. Natus A. V. C. 654. a. Ch. N. 99. die IV. id. Quinctil. A. C. N. 44. (43.) A. V. C. 710. in curia 23. vulneribus confoſſus periit. Conf. *Graeuius* et *Oudendorp.* ad Sueton. vit. Caeſ. cap. I.

2. Fuit patria Romanus, in toga ſagoque immortalem nominis gloriam conſequutus. Primum cauſſarum patronus, deinde poſt varias dignitates, ſuperatis omnibus hoſtibus, et deleta Romanorum libertate, dictator perpetuus et imperator. Originem ab Anchiſe Venereque deducere voluit, (vid. *Sueton.* in Iul. Caeſ. cap. 4.); hinc etiam poſt cruentam mortem, ſuadentibus eius amicis, a populo Romano, quem inſigni liberalitate ſibi deuinctum reddiderat, conſecratus eſt. Confer *Sueton.* in Iul. c. 88. *Schoepflini* comment. de Apotheoſi

Ecl. VI. occurrat, *Bouchaud* in Hiſtoire de l'Acad. roy. des I. et B. L. Paris. 1786. vol. XLII. contendit. vide *Heyne* V. C. ad vitam Virgilii, an 713. et ad Eclogam VI.

theoſi imperator. Roman. cap. 1. in eius Commentatt. hiſtoricis. Baſil. 1741. 4.

3. Conſignauit res a ſe ipſo geſtas libris VII. de bello Gallico, et libris III. de bello ciuili, quae quidem opera Lipſius, Ludou. Curio, Floridus Sabinus et Ludouicus Caduceus partim ei denegarunt, partim ab aliis interpolata cenſuerunt, quorum tamen argumenta *G. I. Voſſius* de hiſtoricis lat. libr. I. cap. 13. ſub examen vocauit. adde *Bayle* Diction. v. Céſar. Plurima ſcriptorum interiiſſe ex fragmentis cognoſcimus. conf. vberiorem meam Introduction. II. pag. 188 ſqq.

4. *Prima* aetas eſt natalis, et incipit ab editione *romana*, quae inter rariores editiones ac libros rariſſima cenſetur. *C. Caeſar. Commentaria*, cum praefat. *) *Io. Andreae*, epiſcopi Alerienſis. 1469. In hac editione tantum *libri V. de bello gallico* ineſſe dicuntur: at id falſum eſſe, docet illuſtriſſ. *Comes de Reviczky* in Biblioth. gr. et lat. pag. 32. atque in ſecunda libri pagina omnes illae partes, quae hodie in editionibus comprehenduntur et in hac principe quoque ſunt, enumerantur: id quoque teſtatur *Audiffredus* in Catal. edit. rom. p. 20.

Caeſar — *Venet.* apud Nic. Ienſon. 1471. — *Romae* ex ſecunda edit. *Io. Andreae.* 1472. fol. Hanc principis eſſe repetitionem,

*) Conf. *Quirinum* de optimorum ſcriptorum edition. pag. 146.

ait *Audiffredus;* differre has inter ſe, iudicat *Quirini* loco infra nominato. — ibid. 1476. — *Audiffred.* l. m. pag. 422. recenſet rar. libellum: *C. I. Caeſaris Oratio Veſontione belgice,* (h. e. in Gallia Belgica) *ad milites habita ab Andrea Berentio ex ipſius Caeſaris Commentariis et gr. codd. integre latina facta.* ſ. a. in 4. charactere gothico medio ſiue vſitatiore Steph. Planck. —

Commentarii *(Iulii Celſi)* de rebus C. Iulii Caeſaris. Et Caeſar. Commentarii de Bello Gallico ſ. l. 1473. fol. Haec eſt vnica vetus editio, quae *Iulio Celſo,* qui circiter a. DC a Chriſto nato commentarios Caeſaris Conſtantinopoli recenſuerat, temere falſoque adſcribitur: multo minus auctorem illorum aetate Caeſaris vixiſſe, probari poteſt. vid. *Graeuium* in praefat. ad Caeſaris editionem, (cui additus eſt, et antea repet. Londini. 1697. 12.) et *Henr. Dodwelli* diſſ. de *Iulio Celſo* ad annales Quinctilianeos: Oxon. 1698. 8. it. illuſtriſſ. *Comitis de Reviczky* notam in Bibl. gr. et lat. pag. 142 ſqq.

Caeſ. — *Mediolani* cum Epiſtola *Petri Iuſtini Philelphi* d. XV. Kal. Decembr. 1476 ſcripta per Antonium Zarottum.*) 1477. — ibid. per Philipp. Lauaniam. 1478. fo. —

Tar

*) v. *Saxii* hiſtoriam typographic. litter. Mediolanenſ. pag. 192. et 566.

Taruiſii, per Mich. Manzolin. 1480. 4. quae edit. perrara recuſa eſt *Venet.* 1499. fol. —

Altera aetas exculta eſt per *Philippum Beroaldum*, cuius cura e codd. emendatior facta eſt editio Bonon. 1504. fol. — rec. 1508. fol. et per *Ioan. Iocondum*, Veronenſem, qui contulit codd. et emendatiores dedit libros Caeſarianos: Hoc volumine continentur haec: *Commentariorum de bello Gallico libri VIII. de B. ciu. libri. IV. de B. Alexandr. liber I. de B. Africano liber I. de B. Hiſpanienſi lib. I.* etc. Venet. in aedibus Aldi et Andreae ſoceri 1513. 8. 1518. 1519. — a mendis, quibus prima Aldina ſcatet, purgata repetita eſt *Florent.* a Phil. Iunta, 1514. 8. 1520. 1523. — ex *D. Henrici Glareani* caſtigatione et ſcholiis eiusdem. Friburgi Briſgoiae, 1538. 8. 1546. 8. — ex codd. ſcriptis et editis emendata Opp. Paris. ex officin. Mich. Vaſcoſani 1545. fol. — Ex hac fluxit, at correcta, edit. apud *Rob. Stephanum.* Paris. 1544. — cum annotationibus *Henrici Glareani*, *Franciſci Hotomanni*, *Fuluii Vrſini*, Romani, *Aldi Manutii.* Ex Muſaeo et impenſis Iacobi Stradae, Francofurt. ad Moen. 1575. fol. cum iconibus. — Gryphianae, quae multae ſunt, manarunt, partim ex Aldina, partim ex Stephaniana recenſione.

Tertia aetas eſt *Gryphio-Brutina.* — ex antiquiſſimo exemplari, excuſa ed. Seb. Gryphii cum *Io. Iocundi*, Veronenſis, expoſitionibus.

nibus. Lugduni, 1560. 12. — cum ſcholiis *Michael. Bruti* Venet. apud Manut. 1564. 8. — repet. Argentorati, 1569. 12. — cum eiusdem ſcholiis ſ. libello varr. lectionum e codice Carrarienſi MS. antiquiſſimo et edd. Gryphiana aliisque, cum epiſtola Paulli Manutii; corrigente *Aldo Manutio*, P. filio. Venetiis, 1566. 8. —

Omnia haec ornamenta, nouis aucta, cum fragmentis a *Fuluio Vrſino* collectis, et illius atque *Octauii Pantagathi* et *Gabr. Faerni* emendatt. etc. Antwerp. ex officina Chriſt. Plantini 1570. 8. (quae rara eſt editio,) — rec. ibid. 1574. 8. II. voll. — ex Plantini officina Caeſarei comm. cum varr. lectt. aliquoties poſtea prodierunt. —

Quartam aetatem ornarunt *Ioſ. Scaliger*, *Godofr. Iungermannus*, *Dion. Voſſius* etc. Praeſtant. edd.

— — ex noua recognitione *Ioſ. Scaligeri*, (qui vel ex libris, vel ex ingenio multa mutauit) 1606. 8. et crebrius deinceps.

— — *ex nupera viri docti accuratiſſima recognitione. Accedit nunc vetus interpres graecus*, (quis vero ille fuerit, non conſtat,) *lib. VII. de B. G.* — cum notis variorum: ſtudio *Gothofr. Iungermanni.* Francof. ad Moen. 1606. 4. II. tom., quae correctior eſt altera, quae quidem auctior eſt et vtilior, ibid. 1669.

1669. *) — Inter *Elzeuirianas* genuina eſt a. 1635. 12. quae id habet indicii, quod pag. 149. habet numerum 153. (vide illuſtriſſ. *Comitis de Reviczky* Bibl. gr. et lat. pag. 34.) —

C. I. Caeſ. quae exſtant, cum notis et animaduerſion. Dionyſii Voſſii, vt et, qui vocatur Iulius Celſus, de vita et rebus geſtis C. I. Caeſaris. Ex Muſeo I. G. Graeuii. Amſtel. 1697. 8. nitida, nec tam emendatiſſima editio.

Aetas quinta habuit auctores *Chriſtophor. Cellarium, Io. Dauiſium, Sam. Clarkium, Franc. Oudendorpium.* — cum notis *Cellarii* et tab. geographicis, Lipſiae 1705. et deinceps decies recuſ. — ex recenſione *Io. Dauiſii*, cum eiusdem et aliorum animaduerſionibus ac metaphraſi graeca libr. VII. de B. G. — Cantabrig. 1706. 4. — rec. curis ſecundis auctior. Londin. 1727. 4. —

Splendidiſſima eſt editio, tabulis 87. aeri inciſis ornata: *Caeſaris quae exſtant accuratiſſime cum libris editis et MSS. optimis collata, recognita atque correcta. Acceſſerunt annotatt. Sam. Clarke* etc. Londini, ſumtibus et typis Iac. Tonſon. fol. max. 1712. (conf. *Com. de Reviczky* Catal. ſ. Biblioth. gr. et lat. pag. 34. ſq.) — ſine iconibus rec. Londini 1720.

*) *Iungermanni* editio adhuc magni aeſtimatur, cum ob metaphraſin, tum ob animaduerſiones, quarum plures deſunt in editionibus recentioribus. Praeterea incipit rareſcere.

1720. 8. — cum animaduerss. *Dion. Voſſii, Io. Dauiſii*, aliorumque, cum Celſo, ex muſeo *I. G. Graeuii*. Lugd. Bat. 1713. 8. — cum italica verſione, tabulis aeneis, et notis variorum, quas ſuis auxit *Hermolaus Albritius*. Venet. 1736. fol. ſ. mai. 4. — Locupletiſſima eaque optima eſt ed. quam ad codd. msstos et edd. expreſſit et notis variorum ſuisque doctis et figg. aen. ornauit *Franc. Oudendorp*. Lugd. Batau. 1737. 4. — omiſſis notis, rec. Lugd. Batau. 1740. 8. —

Splendida eſt edit. Paris. 1755. 12. — Cum animaduerſionibus *Th. Bentleii*. 8. T. II. 1742. A ſplendore aut nitore laudantur editt Lond. *Brindley*. 1744. 16. II. voll. — *Glasguae*. 1750. in fol. et 4. et 12. — *Paris*. Barbou. 1755. II. voll. 12. —

Vtiliſſima et ad intelligentiam tam rerum quam verborum plena eſt editio *Sam. Frid Nathan. Mori*. Lipſiae. 1780. 8. — Accurat: et eclectica veluti eſt ed. Bipontina. 1782. 8

5. Scriptor eſt prudens, ſagax et purus difficilis tamen imitatu: ex quo natiua linguae Romanae indoles et pulcritudo optime cognoſci poteſt: grata quoque in libris ſaepe ineſ negligentia. (vide *Cicer.* in Bruto c. 75.) Splendidiſſimo fuit ingenio et multarum homo litterarum. Fuit grammaticus, poeta, orator (in qua arte nulli ceſſiſſet, si illi plus tribuiſſe temporis, aut in illa omnem conſequi voluiſſe nominis famam, *Quinctil.* Inſt. X. 1.) hiſtor: cus

cus, iuris peritus, atque ius romanum in meliorem ordinem redacturus erat. Praeter ea emendabat temporis deſcriptionem, et periodus ipſa ab eo nomen tulit. conf. *Segeri* diſp. annus Romanus. Bibliothecas publicas inſtituit, et codices graecos pariter atque latinos ſedulo conquiſiuit: quibus bibliothecis Varronem fuiſſe praefectum, iam ſupra vidimus. Laudem vero ſui ipſius, reticentiam quorumdam a ſe parum generoſe factorum aliaque vitia animi vitaeque critici atque hiſtorici culpant: Enimuero quis homo ſua ipſius vitia et flagitia aliaque peccata palam facere ſolet? Si quid Caeſar de rebus ex antiquitatibus Germanorum narrat, nec alii adſentiuntur, non tenere eſt illi fides habenda, quod illo tempore Germania Romanis paene innoteſcere demum coepit. v. *Pelloutier* Hiſtoire des Celtes, tom. I. pag. 125. ſqq. de erroribus Caeſaris in Celticis rebus.

6. *Io. Guil. Bergeri* de naturali pulcritudine orationis commentarius praecipue conſcriptus eſt ad virtutes ſtili Caeſariani adumbrandas. Lipſiae. 1720. 4. — *Dan. Guil. Molleri* diſſ. de Iulio Caeſare, Altdorf. 1687. 4. His, quae alio loco memoraui, addi poſſunt: *I. Fr. Eckhard* Spuren ſchwimmender Batterien bey dem Iulius Caeſar, von dem bürgerl. Kriege, I. c. 25. Progr. Iſenaci, 1783. 4. — *Mallet* comment. ſuper bello Caeſaris cum Heluetis, in Memoir. de la Societé des Antiquités

quités de Caſſel, tom. I. n. 2. 1780. 4. ibid. eſt *Dunandi* disquis. num Galli habuerint *opida*, (quo voc. vtitur Caeſar, in cuius poteſtate omnis verſatur controuerſia,) et quaenam eorum fuerit forma. —

Verſionibus a me alibi memoratis addi poſſunt *francica Waillii*, emendatior cum textu latino in: Commentaires de Céſar avec des notes hiſtoriques, critiques et militaires par Mſr. le *Comte Turpin de Criſſé*, Lieutenant-Géneral des Armées du Roi. Montargis 1785. III. voll. mai. 8. et *germanica Ph. L. Haus*, Francof. ad Moenum 1785. et 1788. III. partes. Alias recenſet doctus Caeſar. commentar. editor Bipontinus. pag. XXXIX. ſqq.

7. Caeſaris editionibus adiunguntur *A. Hirtius*, Caeſaris familiaris, qui librum VIII. de B. Gallico ſuppleuit, librosque de bello Caeſaris Alexandrino terſe pureque conſcripſit; et *Oppius*, qui bellum Hispanienſe litteris mandauit: ſunt tamen, qui etiam hunc librum feſtinanter ſcriptum Hirtio attribuant.

§. 5.

Cornelius Nepos.

1. Quo tempore et a quibus natus ſit, non conſtat: eum ante Caeſaris dictaturam, eo ipſo dictatore et poſtea vixiſſe, poteſt probari: ſed mortis annus incognitus eſt. deceſſit circiter

ter a. V. C. 724. A. C. N. 30. vt *Walchius* in hiſtoria critica L. L. cap. 8. §. 3. ſcripſerat; ſed vide *Funccium* de virili aetate L. L. II. pag. 226. Scripſiſſe tamen illum adhuc poſt Olymp. 187. 1. h. e. a. V. C. 722. videre licet ex eius Vita Attici, c. 22.

2. Fuit patria Veronenſis; et quidem Hoſtiliae natus: quoniam vero vicus Veronenſis in Transpadana Italiae parte eſt, quae antiquis Gallia togata nominabatur: hinc *Plinio* H. N. III. c. 18. vocatur Padi accola; *Catullo* (ab exordio carminum) Italus; *Auſonio* epigr. 24. Gallus. Eum Romae vitam egiſſe priuatam, credibile eſt.

3. *Vitas excellentium imperatorum* et fragmenta aliorum librorum, elegantiſſimi ingenii monimenta, reliquit. Vita tamen *Pomponii Attici* non niſi pars operis Corneliani de viris illuſtribus, ab A. Gellio XI. 8. memorati et *vita Catonis* particula operis Corneliani de hiſtoricis latinis; libellus denique *de Regibus* adpendix vitae Timeleontis eſſe videntur *Io. Henr. Schlegelio* in obſeruationibus criticis et hiſtoricis in Cornel. Nepotem cum chronologia rerum graecarum et perſicarum, carthaginienſium et roman. ad eumdem auctorem illuſtrandum, Hauniae 1778. 4. pag. 13. et 26. ſqq. Sub nomine *Aemilii Probi* diu vulgatae fuerant vitae excellentium imperatorum; is tamen ſub imperatore Theodoſio fuit librarius, et illas tantum deſcripſit. Duplicis autem

tem ſenſus praefatio ad Theodoſium erroris dedit occaſionem. vid. *Hamberger zuverläſſ. Nachr.* tom. I. pag. 486. *Müller* P. II. p. 314. et quae in Introduct. in not. litter. rom. I. p. 363. ſqq. adtuli, vbi p. 365. ſqq. de reliquis Cornelii libris egi. *Barthius* in aduerſ. libr. 24. cap. 18. et libr. 25. cap. 15. temere adfirmat, Nepotem ab Aemilio in compendium eſſe redactum: id quod et operis concinnitas atque venuſtas et aequalis vbique orationis forma non admittit. Perperam tribuitur Cornelio Nepoti 1.) liber *de viris illuſtribus*,*) qui hodie adſeritur Aurelio Victori. 2.) *latina Daretis Phrygii hiſtoria excidii Troiani*; 3.) *interpretatio latina epiſtolae Alexandri M. de mirabilibus Indiae.*

Editiones antiquiſſimae inſcribuntur *Probi Aemilii liber de virorum excellentium vita. Venetiis.* Nicol. Ienſon. 1471. de qua principe editione vid. cl. *Fiſcherum* in praefat. ad edit. ſuam, et *Schlegel* l. m. pag. 7. et 49. Deſinit illa in vita Hannibalis.

Vita

*) Hic forſan erit liber, cuius exemplar fuit olim in Bibliotheca Solgeriana, nunc eſt in publica Noribergenſi, a *Solgero* in Catalogo bibliothecae ſuae, tom. II. pag. 312. ſic indicatum. Cornelius Nepos, qui contra fidem veteris inſcriptionis Plinius aut Suetonius adpellabatur. Mediolani, 1502. addita nota: editio ſummae raritatis, et in Catalogis, rariſſimis libris refertis, non facile obuia.

Vita *Catonis* et *Pomponii Attici* acceſſit editioni *Corneri* ſ. l. et a. in 4. quam *Saxius* in Hiſt. typogr. litter. Mediolanenſi p. 540. et 613. Mediolani exeunte ſaeculo XV. *Fiſcherus* vero vltimo eius ſaeculi anno, et *Iac. Fr. Heuſinger* in comment. de fragmentis a ſe repertis, ad minimum a. 1496. typis expreſſam iudicant.

Altera aetas incipit ab edit. *Iodoci Badii Aſcenſii*, (Gerhardi Vercellani opera vſi,) Argentor. in aedibus Schurerianis, 1506. 4. n multis recte recedit ab Ienſoniana, 1513. ol.

Correctius meliusque ſiue e codd. ſiue inenii beneficio edidit vitas Corn. Nepotis cum iſtino *Franciſcus Aſulanus*. Venetiis, in aeibus Aldi. 1522. 8. — rec. Florent. apud int. 1525. 8. — cum Scholiis *Gyberti Lonolii* (Msto, vt videtur, cod. vſi,) optimis criis atque hiſtoricis, at in Timoleonte deſintibus, Coloniae apud Gymnicum, 1543. 8. - ex vetuſtorum et probatae fidei exemplaım collatione, a mendis, quibus ſcatebat, purgatus: cum annotatt. *Hieron. Magii*, iqui interdum in Longolium, quamquam contextu pauca mutaſſet,) Baſil. 1563. et ris. 1620. 8. —

Tertia aetas habuit nutritorem, *Dionyſii Lambinum*, audacem quidem, at ſagacem eruditum, qui et nomen Cornelii Nepotis ituit et praeclarum commentarium confecit,

M Lute-

Lutetiae (1560.) 1569. 4. (de ſuſpicione furti, forſan iniqua, egi in maiore opere I. pag. 373.) — rec. accedentibus notis Gyb. Longolii, Magii et Sauaronis, cum excerptis e vetuſto cod. MS. P. Danielis. Francofurti apud Cl. Marnium et heredes I. Aubrii, 1606. fol. — *Vita Tit. Pomponii Attici ex Cornelio Nepote.* Adnotatt. emendatt. variis lectionibus, obſeruanibus denique — illuſtrata ab *Henrico Ernſt.* Hafniae 1629. 12. — *Speculum prudentiae et virtutis ciuilis, h. e. vita T. Pomponii Attici, ſcriptore Cornelio Nepote,* cum notis, chronologia et nomenclatore *Henrici Ernſtii.* Adiectae ſunt certo conſilio annotationes *Chriſtoph Heidmanni*, V. cl. Amſtel. 1637. 12.

Textus Lambinianus ſeruatus eſt vsque ad *Boeclerum* et *Boſium*, qui *quartam aetatem* inchoarunt, et Cornel. Nepotem optime reſtituerunt atque interpretati ſunt — cum commentario, notis et luculento indice *I. H. Boecleri*: Argentorati. 1640. 8. et deinceps crebrius. — cum *Iani Gebhardi* (qui Lambinianam audaciam refrenauit,) ſpicilegio notarum. Amſtel. 1644. 12.

Sospitator Cornelii exſtitit *I. Andr. Boſius*, Prof. Ienenſis, qui primum cum ſuis commentariis aliorumque notis edidit *Cornel. Nepotem.* Lipſiae, 1657. 8. poſtea multo emendatius curis ſecundis et accedentibus notis H. Ernſtii et commentariis Boecleri, Lipſiae. 1675. 8. quae editio baſis facta eſt ſubſequentium

tium, etiam editionis (quae tamen propria habet bona,) praeclarae *Heuſingerianae* — — Eclectica eſt cum notis variorum et iconibus, Amſtelod. 1687. 8. — Boſianam formulis typographicis recudendam curauit *I. Frid. Fiſcherus.* Lipſ. 1759. 1768. 8. cui editioni triplex dos additur: 1) docta praefatio de edition. 2) libellus variar. lection. 3) *Heuſingeri* fragmentum.

Notandae quoque ſunt edd. vtraque *Auguſtini van Staueren*; altera cum notis variorum, Lugduni Batau. 1734. 8. locuplet. Lugd. Batau. 1773. 8. altera, eaque minor 1725. 12. — quam cum meis et *Kappii* V. Cl. adnotatt. recudendam curaui. Erlangae, 1773. 8. — cum notis *Cellarii* 1689. 12. ſaepius recuſa, — *Io. Michaelis Heuſingeri.* Iſenaci. 1747. 8. *Heuſingeri* editio eſt egregia, et in notis critica potiſſimum: index eſt grammaticus, plenus et inſtar clauis. — Inde autem lis orta eſt inter Staueren et Heuſingerum. —

Vitae excellentium imperatorum. Accedit interpretatio gallica curante *I. P. Millero.* Berolini. 1746. 8. 1756. 1775. — — Ex editione Oxonienſi. Glasguae, 1749. 12. 1761. 8. 1777. 8. — cum notis lectiſſimis, cura *I. S. Ith*, biblioth. reip. praefecti, Bernae atque Lauſannae, 1779. 8. — Vitae exc. imper. ad optimas editt. collatae, praemiſſa notitia litteraria. Studiis ſocietatis Bipontinae. Biponti, 1782. 8. Baſis eſt textus Heuſingerianus,

rianus, reuocata tamen interdum lectione Borianus, aut etiam Staueriana. — *Pataui* a Vulpibus fratribus, 1720. 1721. 1727. 1733. 8.

A ſplendore et nitore commendabiles ſunt edd. *Oxonienſis*, e MSS. recenſita. 1675. 12. 1687. 12. 1697. 1708. *Londinenſis*, ex rec. *Mich. Maittaire*, 1715. 12. — ex recognit. *Stephan. Andr. Philippe.* Paris. 1745. 12. — ibid. apud *Barbou* ex edit. in uſum Delphini. 1726. 4. — ibid. latin et françois avec des notes geogr. hiſtor. et critiques par *le Gras*, chez Brocas et I. Barbou 1757. 12. — ibid. apud Barbou 1767. 12. — Londini. Brindley, 1744. 16. —

De quatuor antiquis et rariſſimis editt. vitae Atticae, v. *Schlegel* in Obſſ. crit. et hiſtor in Corn. Nepot. pag. 28 — 49. et quae ego inde adnotaui in Introd. in Notit. litt. rom. I pag. 384. —

In linguam germanicam conuerſus eſ *Cornelius Nepos*, Francof. et Lipſ. 1766. 8. — ab *Ottone*, Rectore Magdeb. cum adnotatio nibus. 1776. 8. — cum animaduerſſ. vberri mis a *Io. Andr. Benign. Bergſträſſer.* Franco ad Moenum. 1782. 8. de aliis verſionibu et libris libellisque varii generis ad interpreta tionem aut intelligentiam Nepotis pertinent nentibus egi loco paullo ante memorato.

6. Qui in Cornelio ieiunitatem quamdam nimiasque quorumdam laudationes vituperan eique abnegant fidem, et plenam eſſe narra tione

tionem negant, illi mihi quidem iniqui eſſe videntur: quamquam haud diffitear, eum interdum a veriore aliorum fide aberraſſe feſtinatione operae et laborum aliorum copia abreptum, neque optimos vbiuis ſectatos eſſe auctores. Ego vero, ſi, quid ſentiam, dicere fas eſt, ex mente, qua ſcripſerat, diiudicari debet auctor. Vitas igitur imperatorum perſequendo, patriae amorem laudare, ſuosque ciues, exemplis Graecorum propoſitis, ad libertatem retinendam atque ab aliorum vi atque impetu vindicandam incitare ſtuduit. Quae gitur huc facerent, vberius explicuit, reliquam itae et rerum geſtarum partem, vel paucis ttigit, vel, id ſi ſalua perſpicuitate fieri poteat, plane omiſit. Scriptor autem eſt eleganſſimus, facilis, planus atque perſpicuus; in ımma breuitate nulla eſt obſcuritas, ita, vt t pueris, quamquam minus bene recteque, rimum legendus tradatur, et adultis tam ob icendi genus, quam ob res, quae ab eo tractantur, merito commendetur.

7. *Molleri* disp. de Cornelio Nepote. ltdorf. 1683. 4. qui, Profeſſor quondam ltdorfinus, Voſſium de hiſtoricis lat. lib. I. ıp. 14. cum excitatis locis et erroribus typoaphicis deſcribere non dubitauit. — *Ioan. lich. Heuſingeri* Spicilegium emendationum obſeruationum ad Cornelii Nepotis excell. ıperatorum vitas XVIII. priores etc. Iſenaci, 744. 4. — *M. Iacobi Friderici Heuſingeri*

Proluſio de Nepote Cornelio bene merendi aliquot ſubſidia bibliothecae Guelpherbytanae. Wolfenb. 1759. 4. *Heuſinger*, vir quondam graece et latine doctiſſimus atque Rector ſcholae Guelpherbytanae praeclare meritus, haec fragmenta a ſe reperta adtribuit Nepoti, tamquam genuina monumenta: negante hoc *Klotzio* in actis Lipſienſibus. — *Heuſingerus* defendit ſuam ſententiam in proluſione: Fragmenta Cornelio Nepoti Guelpherbytana a cenſoria Lipſienſis critici virgula vindicat. a. 1760. *Klotzio* iterum ſuam ſententiam in Miſcellaneis criticis pag. 44 ſq. tuente, *Heuſingerus* illa denuo vindicauit ad edit. *Fl. Mallii Theodori* de metris libr. Lugd. Batau. 1766. De hac controuerſia copioſius egi in vita Heuſingeri vol. III. de Vitis philologorum noſtra aetate clariſſim. Bremae, 1768. 8. p. 171 ſqq

§. 6.

Caius Sallustius Crispus.

1. Natus eſt A. V. C. 669. a. C. N. 85 deceſſit a. V. C. 719. A. C. 35.

2. Amiterni in Sabinis genere, vt videtur ignobili ortus. Adoleſcens vt literis, ita quoque libidini et luxuriei auaritiaeque ſe dedit vid. *A. Gell.* N. A. XVII. 18. et *Bayle* Dictionnaire tom. II. artic. *Metella.* f. 1018.; poſtea tamen acerrimus vitiorum ſaeculi ſui inſectator, et virtutum praedicator euaſit. Po

diuerſ

diuerſa munera publica adminiſtrata variaque facta a Caeſare, qui Salluſtium, a Cenſore propter flagitia antea ſenatu motum *), Romaque ad Caeſarem, Galliarum proconſulem, fugientem, recepit; et deinceps in ſenatum reſtituit, Numidiae praefectus eſt, vnde incolis exhauſtis, atque immenſis ſibi ſordide collectis theſauris in patriam rediit, lautamque transegit vitam. *Cortius* tamen in praefatione ad ſuam editionem, *Thyvon* in notis ad Clerici vitam Salluſtii, praemiſſam illius gallicae Salluſtii verſioni, Paris. 1730. 12. II. tom. aliique Salluſtium a criminibus defendere ſtuduerunt: *Nahmmacher* vero in: Anleitung zur kritiſchen Kenntniſs der lateiniſchen Sprache, Lipſiae 1768. 8. antiquitatis iudicia de perdita Salluſtii vita, pag. 250 ſqq. confirmauit.

M 4 3. Bel-

*) Si verum eſt, quod ſcholiaſtes Cruqii ad *Horat.* lib. I. Satir. II. v. 48. ſcripſit: ſed vide ad hunc locum eleg. *Wieland* in interpretatione ſatirarum germanica, pag. 57 — 73. coll. doct. *Io. Frid. Roos*, Prof. Gieſsenſi etc. in progr. Einige Bemerkungen über den moraliſchen Character des Römiſchen Geſchichtſchreibers Caius Salluſtius Criſpus. Gieſſae, 1788. 4. ubi ille quidem narratiunculam Scholiaſtis reiicit; at Salluſtium a crimine praedae Numidiaeque turpiter expilatae ac direptae liberare dubitat, inprimis auctoritate Dionis Caſſii libr. XLIII. haud procul ab initio motus.

3. Bellum *Iugurthinum* et *Catilinarium* memoriae prodidit: reliqua ſcripta, praeter duas orationes, at ſpurias, ad Caeſarem de republica adminiſtranda, perierunt. Declamatio in Catilinam a criticis *Porc. Latroni* adtribuitur.

4. *Septem* claſſes editionum conſtituuntur. *Prima* aetas incipit ab *Romana* ſine loci et typographi mentione, quam Hauerkampius adhibuerat, ei locum, *Romam*, et annum natalem 1470. adſignans. — Editionem ſine loci et anni mentione, habuit Bibliotheca Smithiana p. 420. — aliam ſine loci et typographi nota, et annum 1470. in fine notatum, memorat *Maittaire* in Annal. typogr. IV. 1. pag. 289. — Sine loco cum litteris *A. R.* in fine adfert tamquam romanam in 4. e Maittario *Audiffredus* in Catal. edd. romanar. pag. 461.

Principem laudat Illuſtriſſ. *Comes de Reviczky* in Catalog. ſuorum librorum, pag. 28. *Pariſienſem*, in 4. circa an. 1470. (in Sorbona apud Vlricum Gering, Martinum Cranz et Mich. Friburger.) adde *Chevillerium* de origine typogr. Paris. pag. 36. ante annum 1473. excuſam illam editionem ratum.

Vulgo habetur princeps *Veneta* per Vindel. Spir. 1470. 1471. fol. — ſequutae ſunt editiones, *Venet.* per Io. Colonienſ. et Io. Manthem de Gherretshem, 1471. fol. — *Valentiae* 1475. 8. — Venetiis opere et impenſa Magiſtri

giſtri Philippi Petri. a. 1478. fol. (v. Bibliothecam Smithianam. Ven. 1775. 4. p. 420.) — *Romae*, 1482. 4. (v. *Audiffred.* l. m. pag. 250. qui pag. 188. recenſet edit. *Romanam: Ex libris hiſtoriarum C. Criſpi Salluſtii orationes et Epiſtolae*, in fine: *Romae: in domo Petri de Maximis per M. Arnoldum Pannartz, alamanum.* 1475. 4.) etc.

Alteram aetatem habet parentem *Pomponium Laetum*; quem alii corrupiſſe putant textum Salluſtii; Cortius vero laudat, eumque, putat, fideliter repraeſentaſſe codicis ſui lectiones: *Romanam*, credunt multi, primam fuiſſe, quam *M. Eucharius Silber*, alias *Franck* impreſſit 1490. 4. Huic autem additos fuiſſe *Laur. Vallae* commentarios, a Lairio Erneſtoque deceptus ſcripſeram in Introd. in Not. litt. Tom. II. pag. 249 ſq. vbi de hac aliisque Salluſtii edd. egi: ſed id falſum eſſe, poſtea didici ex *Audiffredi* Catal. pag. 295 ſq.

Illam Romanam, dubium eſt, num exceperit *Brixiana*, ſ. a. cum *epiſtola Pomponii ad Auguſtin. Mapheum: Sall. B. Cat. cum commento Laurentii Vallenſis. Porcii Latronis declamatio contra L. Catilinam. C. Criſpi Salluſtii B. Iug. cum commentariis Io. Chryſoſtomi Soldi Brixiani. — Romae per Pomponium emendata: Brixiaeque per Io. Britannicum reuiſa.* fol. Cl. *Gemeiner* in Nachrichten von den in der Regensburg. Stadtbibliothek befindlichen — Büchern, pag. 273 ſq. de hac

 editio-

editione quaedam monet: at ſuſpicatur, eam promulgatam fuiſſe poſt annum 1480. Contra *Audiffredus* l. m. cum aliis putat, *Laurentii Vallae* commentarios primum vulgatos eſſe in ed. Veneta, 1491. rec. 1492. bis, n. per Theodorum de Ragozinibus et per Philippum de Princiis, tum 1496. ſed repetitio editionis Brixienſis eſſe videtur. vide quoque infra n. 6. fin. — Deceptus vero fraude et iactantia Antonii Moretti, Brixiani, Apoſtolus Zenus in Diſſertazione Voſſiane, Venet. tom. II. a. 1753. 4. pag. 245. (vbi de Pomponio Laeto eſt copioſus,) arbitratur, principem Pomponii Laeti excuſam eſſe *Venetiis* per Antonium Morettum. —

*Saluſt. ab Aſcenſio familiariter explanatu*ſ. cum notis *Io. Badii Aſcenſii*, Paris 1504 fol. et deinceps ſaepius. Textus eſt is, quem Pomponius Laetus conſtituit. —

Tertia aetas eſt *Aldina*; prima *Vene*. 1509. 8. altera ed., eaque e duobus cod. MSS. emendatior, cura *Andreae Aſulani*, ibid. 1521. 8. Haec mater facta eſt laetae familiae. Addere iuuat editiones, ab aliis omiſſas *Vindobonenſes* in aedibus Hieron. Vietori Vietoris, 1511. 4. — rec. aut vltimo tantum folio renouato 1516. 4. — repetit. per Ioannem Singrenium, 1521. 4. —

Aldinam inique ſaepe oppugnauit *Hen*. *Loritius Glareanus*, qui cum *Io. Riuio qua*ſi *tam* inchoauit aetatem.

Aldi

Aldina tamen recenſio in Italia aliquoties repetita eſt. — *Glareani* autem edit. cum illius notis prodiit Baſileae 1538. 8. — Eius tamen merita multum vicit *Io. Riuius*, Germanus, qui ex libris ſcriptis, praecipue Merſeburgenſi, et editis contextum ſaepe, idque feliciter, reſtituit ſuae integritati et docte explicuit; neque tamen immunis fuit ab infirmitate humana: — *Sall. ex Io. Riuii caſtigationibus*, Lipſiae 1539. 8. 1542. 8. — Baſis facta eſt multarum editionum, atque Riuii, Glareani aliorumque notae interdum coaceruabantur, e. gr. in edit: *Baſileenſi* 1564. fol. 1571. — *Veneta* 1565. fol. — *Colonienſi* 1567. 8. etc. Crebro tamen disſcedit lectio a ſuperiorum editionum recenſione formaque in *Aldina* editione cum Scholiis breuibus *Aldi Manutii*, nepotis, additis fragmentis, ab eodem collectis, (adhibitis III. codd.) *Venetiis*. 1557. 1567. 8. repetit. Romae 1563. Antwerpiae. 1564. 8. —

Criticam curauit editionem, ſex codd. collatis et textu interdum immutato, multis etiam ad Catonis et Siſennae morem loquendi deformatis, *Cyprianus a Popma*. Louani. 1572. 12. —

Quintam aetatem protulit diligentia *Ludouici Carrionis*, qui e libris ſcriptis orationem Salluſtianam multis millibus, vt ipſe quidem iactitat, locis fecit meliorem, et fragmenta hiſtoriarum, atque Orationes ad Caeſarem,

quas

quas iudicat ſpurias, illuſtrauit, Antwerp. 1573. ex officina Plantin. 8. — rec. apud Petrum Sant Andreanum 1574. 8. — Paris. 1574. 8. — Tum denuo idem recenſuit *Sall.* in edit. nitida et adcurata, cum ſuis et Aldi Manutii ſcholiis, Riuii caſtigationibus et Popmae emendationibus, Antwerp. ex officina Chriſtoph. Plantini 1579. 8. II. voll. Additae ſunt: *Iani Douzae*, Nordouicis, ad C. Salluſtii Criſpi Hiſtoriarum libros notae, cum luculenta fragmentornm aliquot acceſſione hactenus non editorum. ibid. 1580. —

Memorabiles praeter ea ſunt edd. ex recenſione *P. Victorii* e MS. medic. Florent. 1576. 8. — cum P. *Ciacconii* notis, Lugd. apud Raphel. 1594. 8. — *Heliae Putſchii;* qui textum ex fide vetuſtiſſ. codicis correxit, et notas addidit: idem fragmenta centum locis auxit et interpolauit: adiectae P. Ciacconii Toletani notae. Ex officina Plantiniana Raphelengii, 1602. 8. —

Sextam aetatem occupauit *Ian. Gruterus*, qui ex codd. XIV. Palatinis aliisque et exemplaribus vett. textum Salluſtianum valde immutauit et legem quamdam breuitatis Salluſtianae ſtabiliuit. — *Sall. Opera* omnia ex recognitione *Iani Gruteri*, cum adnotationibus Glareani, Popmae, Aldi nepotis et multorum aliorum. Francof. 1607. 8. — Hanc edit. plures editores ſtrictim ſequuti ſunt, praeter *Auſonium Popmam*, qui, Gruterianas lectiones

nes improbans, *Salluſtii* opp. et *L. Corn. Siſennae* hiſt. fragm. ex ſua recenſione atque cum ſcholiis edidit, Franequerae 1619. 8. — Inter *Elzeuirianas* edd. eminet ea, quae cum Cic. oration. Catilin. et vett. hiſt. fragm. ab Auſonio Popma collectis prodiit Lugduni Bat. 1634. 12. cum figur. aen. capitis Meduſae pag. 216. —

Tum notandae ſunt edd. *Io Philip. Parei*, e codd. Palatin. recenſentis *Salluſtii* opera, Francof. 1617. 12. — poſtea cum notis criticis, ibid. 1622. 8. — et cum animadu. *Dan. Parei*, filii, ibid. 1649. 1676. 12. — cum notis variorum, *Thyſio-Gronouiana*, Lugd. B. 1665. 1677. 1686. inprimis 1690. 8.

Septimam aetatem ornarunt *Waſſius* et *Cortius*. Prior e multis antiquis exemplaribus lectionem emendaturus edidit *Sall.* cum *Iulio Exſuperantio*, *) Porcio Latrone et fragmentis vett. hiſtoricorum, cum notis et ſuis et variorum, Cantabr. 1710. 4. — Plura permiſit ſibi, et plura haud raro licentius corrigere tentauit, ex XXX. amplius codd. et editt. *Gottlieb Cortius* in edit. alioquin praeclara atque propter

*) Hunc fuiſſe aequalem et propinqua cognatione coniunctum *Rutilio*, praeſidem Galliae, ineunte ſaeculo quinto, auctorem opuſculi de *Marii, Lepidi ac Sertorii bellis ciuilibus*, ex hiſtoriis Salluſtii nunc deperditis contracti, et anno Chr. 424. Arelate tumultu militari interfectum, docte demonſtrat cl. *Wernsdorf* in Poet. latin. min. tom. V. part. I. pag. 546 ſqq.

pter commentarium doctum, theſaurum quaſi latinitatis vberrimum vtilis, notis tamen interdum iuſto ſubtilius atque copioſius expoſitis, onuſta: Lipſiae 1724. 4. rec. Venet. 1734. 4. — 1737. fol. III. voll. Vid. Bibliothec. Badenhaupt. p. 286. — *Sall. Opera*, ex optimis codd. caſtigata: acced. Iul. Exſuperantius, Porcius Latro et hiſtoricorum. vett. fragm. Patauii, 1722. 8. — Splendida et notis variorum pariter onuſta eſt editio *Sigeb. Hauerkampii*, Gruteri lectionem reddentis. Amſtel. Hag. Com. et Vltraiecti, 1742. II. Voll. 4. — Ex recens. Cortii et cum notis illius contractis, edidit et Gloſſarium Salluſtianum adiecit cl. *Briegleb*, Prof. Coburgenſ. Cob. 1773. 8. — cum variis lectt. e duobus codd. msstis, Erlangenſi atque Tegernſeenſi excerptis, exire in lucem iuſſi Norimb. 1778. 8 — Vtilis eſt editio *Io Iac. Hottingeri*, Turici 1778. 8. — Eclectica atque erudita eſt *Bipontina*, cum doctis notis, iisque criticis 1779. 8— Splendida et regia eſt, quam *Don Gabriel*, Filius regis Hiſpaniarum cum ſua verſione hiſpanica notisque, multisque figg. curauit, Madrid 1772. fol. — Ex recenſione Cortii, Glasguae 1751. 1777. 8. — Accedunt Iulius Exſuperantius, Porcius Latro et hiſtoricorum veterum fragmenta curante *Io. Petro Millero*, Berolini, 1751. 8. — *Sall. opp.* nitide exc. Londin. Brindley. 1744. 16. — Paris 1744. et 1774. 12. — Edinburg. 1755. 8. — Cum ſcript.

hiſt.

hiſt. rom. Heidelberg 1743. fol. — Birmingh. Baskervill. 1774. mai. 4. et mai. 8.

5. Thucydidem imitatus eleganti, acuta, conciſaque dicendi ratione vſus eſt: (conf. *Quinctilian.* Inſtitt. orat. lib. IV. cap. 2. n. 45. et lib. X. 1, 32. *Senecam* in Epiſt. 114.) adhibuit tamen frequentes archaiſmos, graeciſmos et formulas poeticas. Vitae autem rationem et conſuetudinem hominum, de quibus egit, viuis coloribus depinxit, et hiſtoriam condidit, quam dicunt, pragmaticam. Odium tamen partium, et curam veri ſubinde neglectam, longiores orationes, quas alios habentes facit, egregias quidem, et eloquentiae ingeniique oratorii exempla, digresſiones, ab initio praeſertim libri, ad rem nihil facientes, aliaque hiſtoriae atque antiquitatis periti potisſimum vituperant.

6. *Molleri* diſſ. de C. Salluſtio Criſpo. Altdorf. 1684. 4. — *Chriſtoph. Adami Ruperti*, Profesſoris quondam Altorfini, obſſ. ciuiles, morales, et grammatico-philologicae ad C. Salluſtii Criſpi bellum Catilin. Iugurthin. fragmenta et orationes de republ. ordinanda. Noribergae 1671. 8. — Alia opuſcula huc pertinentia et verſiones alio loco memoraui. Hic addere iuuat verſiones germanicas, B. Catilin. ab *Thoma Abbtio* factam, Francof. 1772. 8. — B. Iugurthini a *I. F. Wagnero* conditam, Lemgou. 1772. 8. — Vtriusque belli, interprete *G. C. Böttger*, Lipſ. 1771. mai. 8. —

et

et *Io Carolo Hoek* cum adnotatt. antiquariis atque hiſtoricis Francof. 1781. 8. —

I. I. H Naſt. eruditum progr. de virtutibus hiſtoriae Salluſtianae. Stuttgard 1785. 4. cui adiungi debet eiusdem viri doctiſſimi progr. de modo veterum hiſtoriam pertractandi, ibid. 1786. 4 — in priore commentat. pag. 11. in nota de vita Salluſtii illiusque criminibus partim veris, partim plane effictis differit. — Cuspinian. in praef. ad Florum, Vindob. 1511. *olim*, ait, *Criſpi Salluſtii opuscula quidam a Pomponio Laeto correcta ementiebantur.* — Cl. *Io Fried. Eckhardus* in: Nachrichten von einigen ſeltenen Büchern der Bibliothek des Hochf. Gymnaſii zu Eiſenach aus dem funfzehenten Iahrhund. Iſenaci 1775. 8. de Salluſtio praecipue de edit. eius *Operum, diligentia Bernhardini Miſinti Ticienſis. Impenſis vero Angeli et Iacobi Britannicorum fratr. impreſſ Brixiae Idib. Ianuarii* M. CCCCLXXXXV. *accuratisſime per Pomponium Laetum caſtigat et per Ioannem Britannicum* reuis. de Pomponio Laeto, ac de commentariis Laur. Vallae copioſe diligenterque agit.

§. 7.

Titus Livius.

1. Natus a V. C. 695. ante Ch. N. 58 mortuus eſt A. C. 771. a. Ch. 19. anno aetatis 76.

2. Fui

2. Fuit patria Patauinus. Romam vbi ſe con-
ulit, Auguſtum, quamquam ab hoc ob par-
ium ſtudium vocabatur Pompeianus, (*Tacit.*
V. Annal. 34) et admiratorem ingenii ſui
uenit et nutritorem: quo mortuo in patriam
ediit, atque ad extremam aetatem priuatus
ixit. Fama eius ad Hiſpanos peruenit. vide
'lin. iun. libr. II. epiſt. 3. §. 8. ibique interpr.

3. Hiſtoriam Romanam libris deſcripſit
entum et XL. aut XLII: quorum tamen ma-
ma pars propter operis magnitudinem *) po-
ſimum interiit: ad noſtram aetatem libri 35.
ruenerunt. librorum vero 140. exſtant epito-
ae, quae Florum habere dicuntur auctorem.
credibili diligentia Freinshemius ex aliis ſcri-
oribus lacunas explere ſtuduit: cuius operis
rs, primos X libros complectens, vulgata eſt
olmiae 1649. 12. Reliqui poſtumi libri
XV. cum ceteris adiecit primum Io. Douia-
s editioni in vſum Delphini: ex qua poſtea
nnulli editores ſuis addiderunt editionibus.

4. *Sex* editionum ſ. potius recenſionum
ates conſtitui poſſunt: quae quoniam ad-
odum feraces fuerunt, atque ego alibi po-
res enumeraui, multo autem ſolertius co-
ſiusque diſſeruit de illis et ingentem dedit
catalo-

*) Conf. meam Introd. in Notit. litter. roman. II.
ag. 411. vbi de Liuio egi; *Bayle* Diction. voc.
eon X. ſub finem, ac *Villoiſon* V. C. in Anec-
otis gr. tom. II. pag. 263. not.

catalogum doctiſſ. editor Bipontinus in Vol. I. editionis, potiores tantum et rariores hic paucis perſequar. Quae *princeps* ſit editio, non conuenit inter viros doctos. *Audiffredus* in Catal. editt. rom. ſaec. XV. pag. 25 ſqq. multis vſus argumentis contra Lairium demonſtrare ſtuduit, edit. principem eſſe, *Titi Liuii Patau. Hiſtoriarum rom. decades III. ex recognitione et cum praefatione Io Andreae*; (episc. Alerienſis,) *ad Paulum* II. — *per Conr. Schweynheim et Arn. Pannarz* fol. ſ. a. at cum Maittario cenſet, probatumque iuit, a. 1469 illam lucem adſpexiſſe. — Contra *Lairius* in Specimine pag. 137. ſeqq. conſentiente illuſtriſſ. com. *Reviczky* in cat. pag. 36. ſq. principem locum adſignare et vindicare ſtuduit editioni pariter *Romanae* ſine anni nota, (anno tamen 1469.) cura *Ant. Campani*, per *Vdalricum Gallum*; ſecus ſentiente *Audiffredo*. l. m. pag. 32. ſqq. qui vberius de illa disputans, alterum locum et a. 1470. ei adſignat. *) — Cum epiſtola *I. Andreae*, epiſcopi Alerienſis *Venetiis*, per Vindelin. Spirenſem 1470. III tom. fol. — Sequuta eſt tertia editio *Romana* ex recens. *Io. Andreae* per Conrad. Schweynheim et Arn. Pannarz, 1472. fol. (v. *Audiffred.* pag. 96. qui pag. 91. ex Labbei ſupplem ad nouam biblioth. MSS. aliam Romanam *Decas prima ex emendatione Antonii Campan*

1471

*) Conf. *Braun* ad nr. 6. excitatum.

1471. — *tertia* et *quarta Decas* ibid. 1472. fol. at dubitanter, excitat. Idem p. 209. ſqq. multus eſt de antiquiſſima verſione italica trium Decadum, Romae 1476. fol. voll. III.)

Ceteris huius aetatis editionibus, omnino raris, omiſſis, *) ad *alteram* progredior *aetatem*, quae eſt *Moguntina*, libro XXXIII. a cap. 17. §. 6. et parte libri XL. a cap. 37. ex codice peruetuſto Moguntino aucta, cum praefationibus Vlrici Hutteni, Eraſmi Roterod. et Nicol. Carbachii, qui ex eodem codice 2000. lectiones varias in reliquos editos libros, (vt is quidem numerauit,) ſubiecit. Moguntiae, in aedibus Schefferi, 1518. fol. — Ex illa fluxit, at e codd. emendata, cura *Franciſci Aſulani*, vel potius *Franciſci Torriſani* ſ. *Turriſani de Aſula*, in aedibus Aldi et Andreae Aſulani, ſoceri, Venet. 1518 — 1521 — 1533. V. voll. 8. — tum ibid. 1521. fol. — repet. *Florentiae* per heredes Philippi Iuntae 1522. 8. et poſt reperta quintae decadis fragmenta, in aedibus Bernardi Iuntae. 1533. 8. — caſtigatiores libri XXX. auctore *Iac. Sobio*, Coloniae apud Io. Soterem, cum Floro 1525.

Tertiam claſſem ducit perrara et ſplendida editio *Baſileenſis*, in qua, adiuuante *Simon. Grynaeo*, libri V. decadis quintae e codd. Laurishemenſi, nunc Vindobonenſi, primum vulgati ſunt, cum praefat. *Deſ. Erasmi* et

 chro-

*) v. quoque Bibliothec. Smithian. p. 273 ſq.

chronologia Glareani Liviana, ex officina Frobeniana. 1531. fol. in ſex partes diuiſa. — Haec mater fuit amplae familiae: eminent vero *Baſileenſis* altera, emaculatior, cum notis *B. Rhenani* et *Sigismundi Gelenii*, in officina Frobeniana, per Hieronym. Froben. et Nic. Epiſcopium a 1535. in fronte; in calce, menſe Dec, a. 1534. — repet. Lugduni. voll. IV. part. VII. 1537. 8. — Baſil. ex officina Heruagiana 1539. fol. — ibid. 1543. fol. — e recenſione *Coelii ſecundi Curionis*, qui libros vett. contulit, et multis locis Livium dare emendatiorem inſtituit, cum Rhenani et Gelenii notis et Glareani chronologia, Baſil. 1549 fol. — *Livii — libri* — — ex collatione meliorum codicum et doctiſſimorum hominum iudicio correctiores et emendatiores etc. (cum notis multorum V. V. DD. et aliis libellis.) Lutetiae. Paris. apud Audoënum Paruum 1552.*) fol. — cum notis omnium V. D. per Io. Heruag. Baſil. 1555. fol. —

Succeſſit *Carol. Sigonius*, qui facem praetulit criticis, at Robortellum aliosque etiam irritauit, in praeclara editione *Aldina*, Venetiis 1555. fol. — auctiore, in ſcholiis multa mutando et corrigendo, ibid. 1566. — c iterum auctiore atque correctiore, vna cum defer

*) Plura vide de hac editione, quae dubia viſa e Drakenborchio, in *Badenhauptii* Bibliotheca ſ lectiſſima, pag. 287.

defenſione ſcholiorum contra Robortellum, ibid. 1572. 1592. — cum notis *Godeleuaei* et aliorum commentariis, ſcholiis etc. Francof. apud Feyerabend 1568. fol. 1578. fol. —

Quarta aetas nacta eſt doctos criticos, *Franc. Modium* et *Ian. Gruterum.* Prior omnes Liuii libros recognouit, ad fidem trium codd. emendauit, et cum dotibus ſuperiorum editionum edidit *Liuii* libros, Francof. apud Feyerabend 1588. fol. — *Gruterus* recenſuit *Liuii* contextum et ſuas aliorumque multorum adnott. adiecit, Francof. ad Moen. ex officina typogr. Io. Saurii 1608. fol. — rec. 1612. et ſaepius — editioni a. 1628. nouam operam addixit, multaque mutauit, edd. principes et codd. contendit: ſuum vero laborem, aerumnas malaque in praefatione enarrat: hinc excuſandi videntur errores, de quibus conqueſtus eſt Drakenborch.

Quinta aetas habuit Liuii ſoſpitatorem, *Io. Frid. Gronouium,* qui primum 1645. Lugd. Bat. ex officina Elzeuir. e ſua recognitione IV. voll. edidit, quorum vltimum continet notas Gronouianas. — rec. ſine notis ibid. 1654. 1661. 1678. tribus voll. 12. — cum perpetuis *Gronouii* et *Caroli Sigonii* variorumque notis ſub textu. Amſterd. apud Elzeuir. 1665. 8. III. voll. optima Gronouii editio eſt, quam *Iac. Gronouius*, filius, ſuis aliorumque notis auctiorem curauit, Amſtel. 1679. 8. III. voll. — rec. Cantabrig. eodem anno.

II. voll. 8. et Baſil. 1740. III. voll. 8. — *Io. Douiatii* edit. in vſum Delphini, Paris. 1679 — 1682. IV. voll. 4. notanda eſt, quod in ea ſupplementa Freinshemii integra primum lucem viderunt. — rec. additis Clerici notis, *Venetiis* 1714 ſq. 4. VI. voll. — Clerici editio cum ſupplementis Freinshemii notisque prodiit Amſtel. 1710. X. voll. 8. — vitioſe rec. omiſſis ſupplementis cum praefatione *I. M. Gesneri* lectu digniſſima, Lipſiae, 1735. 8. III. tom. — Notanda quoque eſt editio Taurin. *T. Liuii — libri — duplici verſione in capita diſtincti, periochis inſuper, variis lectionibus, illuſtrati, ad vſum ſcholarum.* Auguſtae Taurinorum, 1731. 1732. IV. tom. 8. —

Sextam aetatem occuparunt *Crevier* et *Drakenborch.* Prior contextum Gronouianum, paucis locis e libris ſcriptis et editis mutatum, reddidit et illuſtrauit, Paris 1735 — 1741. V. voll. et cum notis in vſum ſcholarum, Paris 1747. et 1768. VI. voll. 8. —

Pleniſſima et doctiſſima editio, mole autem fere laborans, eſt editio, quam cum notis variorum ſuisque egregiis, et Freinshemii ſupplementis aliorumque, praeſertim in vltimo volumine, commentatt. ad Liuium pertinentibus, multo labore curauit *Arnold. Drakenb.* Lugd. Bat. 1738 — 1746. VII. voll. in 4. mai. Baſis eſt Gronouianus contextus; at a mendis operarum purgatus et ad fidem codd. (ipſe

Drak.

Drak. triginta et amplius contulit,) atque edd. optimas correctus. — In Collectione ſcriptorum vett. latin. hiſtor. rom. curante *Bennone Casp. Hauriſio*, tom. I. cum notis 1743 — 1748. Heidelberg. fol. — Ex rec. Drakenb. *Patauii* cum notis 1751. VI. voll. — cum omnium epitomis ac deperditorum fragmentis ad optimas editiones caſtigati, accurante *Tho. Ruddimano.* tomi VI. Edinburg. 1751. 12. — curante *I. P. Millero.* Berolini 1751. 8. III. tomi. — ex recenſione *Arn. Drakenborchii*, cum indice rerum locupletiſſimo. Acceſſit praeter varietatem lectionum Gronouianae et Creuerianae Gloſſarium Liuianum curante *Aug. Guil. Erneſti* tomi III. Lipſiae, 1769. mai. 8. et ibid. 1785. V. tom. 8. Accedere debet tomus, qui comprehendat ſelectas obſeruationes; idem nuper demum dedit in proluſione quadam academica *Noui Lexici Liuiani Specimen.* — Pentas I. II. III. ſcholarum in vſum — *Fr. Andr. Stroth.* Lipſiae, poſtea, Gothae 1780 ſq. 8. — Fragmentum ex libro XCI. hiſtor. Liuii ex cod. MS. (reſcripto) Vaticano, quondam Palat. primum erutum primus vulgauit *Paul. Iac. Bruns.* Hamburg. 1773. fol. — cum ſcholiis *Giouenazii*, (ſ. *Iuuenatii*,) cura *Franciſci Cantellerii*, Romae eodem anno. rec. Lipſiae, cum praef. *I. A. Erneſti*, eodem anno. mai. 8. — Liuii Hiſtor. — cura *Lallemandi*, Paris. typis Barbou, VII. voll. 1775. 12. — cura *Mait-*

 taire,

taire, Londini, 1722. 12. VI. voll. — Manhemii voll. XII. 1779—1783. 8. — ex recens. *Drakenb.* collatis editt. melioribus, cum ſupplem. Freinshemii, et egregia notitia litteraria nec non copioſo verſionum indice, praemiſſa quoque vita Liuii a *Iac. Philippo Tomaſino* conſcripta, Biponti, 1784—1786. voll. XIII. —

Quare verſiones tantum germanicas recentiores, *Wagnerianam*, Lemgou. 1776—82. IV. tom. mai. 8. et *Cilani*, cum *Adleri* obſeruatt. Hamburgi, 1777—79. VIII. tom. mai. 8. nominabo. —

In Bibl. *Eſcorialenſi* latere in MSSto integram II. Dec. cum aliis libris Liuii nondum editis, prodidit *Pliiers* in: Reiſen nach Spanien. pag. 119. — De aliis, quae quidam reperiſſe ſibi viſi ſunt, fragmentis res eſt partim falſa, partim dubia incertaque. *Vella* tamen, Prof. LL. OO. Palermi, natione Maltenſis, ſe inueniſſe putat cod. MS. arabicam Liuii verſionem a libro LX. vsque ad LXXVII. hunc tamen imperfectum, reliquos autem ob teredinem lacunis abundantes, continentem; de quo codice eiusque characteribus, Mauro occidentalibus, et in goſſypio ſcriptis v. Vellae et Principis Torremuzzae litterarum ad Tychſenium datarum particulam in: Allgem. Litterat. Zeitung. No. 279. an. 1788. Certiora dabit tempus futurum.

5. Liuius

5. Liuius, hiſtoricorum latinorum princeps, valde commendatur ab vbertate lactea, grauitate, ciuili prudentia, arte pragmatica, et, quam vocare ſolent, characteriſtica, (conf. *Quinctil.* Inſt. orat. X. c. 1.) vitiorum odio, et ſeruatis plerisque boni hiſtorici legibus. Numerus, forma et habitus orationis eſt elegans. Multi tamen in eo culpant nimium patriae amorem, odium Gallorum, ſtili Patauinitatem, h. e. dictiones patriae ſuae propriae, ſuperſtitionem, chronologiam non vbique certam et bene ſeruatam, partium ſtudium, eamque ob cauſſam crebrum veri neglectum: alii defendunt optimum et iucundiſſimum ſcriptorem. Plura disputaui in Not. in Litter. rom. II. pag. 413 ſqq.

6. *Morhofii* de Patauinitate Liuiana liber, Kilon. 1685, eſt inter eius diſputatt. academ. Hamb. 1699. et in vltimo tomo ed. Drakenb. — *Iac. Phil. Tomaſini* vita Liuii. Amſtel. 1670. rec. in edit. Drakenb. et Bipontina. — *Dan. Guil. Molleri* diſp. de T. Liuio. Altdorf. 1688. 4. — *W. Godeleuaei* Obſſ. in T. Liuium. Francof. 1659. 8. — *Car. Lud. Baueri* Chreſtomathia Liviana. Sect. I-III. Lipſ. 1785. 8. — *Ch. Gottl. Ioecher* diſſ. de ſuſpecta Liuii fide, Lipſ. 1743. 4. — Ab hoc crimine Liuium liberare ſtuduit *M. Io. Frid. Ekhardt* (Director Gymnaſii Iſenacenſis,) in proluſione de comparatione Alexandri M. cum imperatoribus romanis a Liuio libr. IX. c. 17. facta, Iſenaci,

 1760.

1760. 4. — *Io. Sam. Mülleri* progr. pro Liuio, aliisque ſcriptoribus, P. Scipionis Africani continentiam laudantibus, contra Anonymum Gallum, in Bibliotheca Britannica, Hamburgi, 1743. fol. — repet. in *Bidermanni* ſelectis ſcholaſticis, vol. II. fasc. I. nr. 8. pag. 166 ſqq. — *C. V. Boſius* de reis ampliatis, circa illuſtranda Liuii loca. Lipſ. 1743. — Eſſai de Rhetorique dans la Traduction de quatre harangues de Tite Live avec des notes, par Monſ. *de Crouſaz*, Prof. de Mathemat. et de Philoſophie dans l' Univerſité de Groningue. à Groningue. 1725. 12. — *I. H. Pareidt* de lactea Liuii vbertate, Lipſiae, 1746. — *Perizonius* in Animaduers. hiſtoricis multa loca Liuii emendat illuſtratque. — *Rapin* Compar. de Thucyd. et de Tite Live. Paris, 1681. 12. — *Placidus Braun* in Notitia hiſtorico-litteraria de libris ab artis typograph. inuentione — in Bibliotheca monaſterii ad SS. Vdalricum et Afram extantibus, Auguſtae Vindel. 1788. 4. pag. 92 ſqq. copioſus eſt de editione *Romana* per Io. Anton. Campanum, et ſuspicatur vtramque editionem rom. cum Episcopi Alerienſis in officina Schweynhem. ac Pannarz, tum Campani, in officina Hanii, eodem anno, 1469. fuiſſe formulis typographicis deſcriptam. — *Toland*, Adeiſidaemon ſiue T. Liuius a ſuperſtitione vindicatus. Hagae Comitum, 1709. 8. — Tolandi ſententiae ſe oppoſuit *Chriſt. Guil. Boſius* in ſchediasmate,

quo

quo Tit. Liuium ſuperſtitioſae antiquitati diffidentem ſiſtit. Lipſ. 1739. — *Iac. Gronouii* epiſtolae, in quibus multa Liuii loca geographica emendantur et illuſtrantur. Amſt. 1678. 8. — *Io. Frid. Gronou.* in libro IV. obſeruatt. a Platnero editt. multa loca ſanauit et explicuit Liuiana. — *I. Mich. Heinzii* obſeruatt. Liuianarum ſpecimina III. in eius ſyntagmate opuſculorum, Goetting. 1788. 8. pag. 182 ſqq. — *Henricus Leonardus Schurzfleiſchius* variarum lectionum atque animadu. — a Iano Gebhardo olim e III. codd. Palat. erutarum et huc vsque nondum editarum ſpecimen ad I. Liuii librum dedit. Halae Sax. 1712. 4. — *Henr. Chriſtiani Crellii* progr. de Titi Liuii dictione, Francof. ad Viadr. 1729. 4. — *Eiusdem* disp. de Tito Liuio, aptiſſimo ſtili cultioris magiſtro. ibidem 1732. 4. — *Aug. Guil. Erneſti*, Profeſſoris eloquentiae, Progr. de panegyrica Tit. Liuii eloquentia. Lipſiae, 1787. 4. — *M. Immanuel. Io. Gerhard Schelleri* Specimen animaduerſ. criticarum in T. Liuii quatuor priores libros. Lubenae, 1769. 4. — Cl. *Saxii* Onom. tom. I. pag. 196 ſqq. et p. 567. — Multa alia ſcripta in Introd. maiore p. 429 ſq. adtuli.

§. 8.

M. Vitruvius Pollio.

1. Temporibus Caeſaris et Auguſti floruit a C. N. 44.

2. Ve-

2. Veronenſis*) fuit: qui vero fuerint parentes aut in qua vrbe primam lucem adſpexerit, quando mortuus ſit, (ad ſummam ſenectutem eum perueniſſe ipſe teſtatur,) quoniam nihil hac de re memoriae proditum eſt, ignoramus. Honeſte illum fuiſſe educatum litterisque bene imbutum, ſub Caeſare meruiſſe ſtipendia, eique et Auguſto fuiſſe iucundum, ex eius ſcriptis**) colligmus. Auguſtus eum praefecit curae bellicorum maximorum inſtrumentorum, et, ſedata republica, publicorum aedificiorum: in quo munere Romam reddidit ſplendidiſſimam.

3. De *Architectura* libros decem ſcripſit auctore Auguſto.

4. Princeps editio eſt: *Vitruuius* et *Sextus Iulius Frontinus* de aquis, quae in Vrbem influunt, edente *Io. Sulpicio*, Verulano.***) Fol. ſ. l. et a. de hac editione egi in Introd. in Not. litter. rom. II. p. 341. Hic adnoto addoque quae-

*) v. *Scipionem Maffeum* in Verona illuſtrata, parte II. vbi de Vitruuio diſſerit.

**) Conf. praef. libr. I. et II. ac prooemium libri IV.

***) Conf. *Denis* Wiens Buchdrucker Geſchichte. pag. 158. et *Quirinum* de Brixiana literatura, vol. I. pag. 120. et 122. de *Vitruuio* per *Hieronymum Aduocatum* ante Sulpicium emaculato et priſtino nitori reddito, cuius quidem editionem aut recenſionem laudat *Io. Britannicus* in Epiſtola editioni Lucani Brixianae praemiſſa; ſed ego alibi commemoratum non legi.

quaedam. *Quirinus*, pater purpuratus, in Epiſtola ad Saxium, ſubiuncta tomo II. *Argelati* Biblioth. ſcriptorum Mediolanens. pag. 27. eam eſſe in lucem productam vergente ad finem Innocentii VIII. pontificatu, qui durauit ab anno 1484. vsque ad annum 1492. ex epiſtola Sulpicii colligit. *Laire* in ſpecimine etc. pag. 296. not. eam *Romae* typis Eucharii Silberti circa a. 1486. eſſe deſcriptam, contendit. Eumdem annum adſerit illi editioni *Io. Polenus* in Exercitatt. Vitruuianis primis, vbi a p. 5-10. de hac prima editione eiusque auctore diſſerit: nec diſſentit *Audiffredus* in Catal. editt. roman. p. 383. qui vero cenſet, eam prodiiſſe ex officina Georgii Herolt. Intra a. 1484. — 1492. eſſe eam Romae excuſam, cenſet illuſtriſſ. *Comes de Reviczky* in Bibl. graeca et lat. p. 60. *Ortiz y Sanz* in verſione ſua hispanica ex dedicatione ad Raphael. Riarium efficit, eam typis eſſe expreſſam vel Io. Hugonis de Gingembach, vel probabilius, Georgii Herolt. Romae. 1487. —

Ex illa fluxit editio ſequens: *L. Vitruuii Pollionis de Architectura libri decem* cum *Frontino* de aquaeductibus, et Angeli Policiani in priora analytica praelectione, cui titulus eſt Lamia etc. Florent. *) 1496. — Venet.

*) De hac editione plura refert cl. *Gemeiner* in Nachrichten etc. pag. 240 ſeq.

net. 1497. fol. cum *Frontino* de aquaeductibus et Cleonidae introductorio harmonico, interprete *Georg. Valla.* per Sim. Papienſem. —

Nouam inſtituit *Vitruuii* recenſionem *Io. Iocundus*, Veronenſis, partim ope MSS. codd. partim beneficio ingenii primum Venetiis ſumtu Io. de Tridino, alias Tacuino 1511. — tum ſecundis curis, cum *Frontino*, Florent. apud Philipp. de Giunta 1513. 8. rec. 1522. — Comi cum verſione italica et commentario *Caeſaris Caeſariani*, 1521. fol. — De edit. Argentorat. 1543. v. Prolegg. §. 4. — ibid. 1550. 4. quae altera editio praeſtat propter adiectos *Philandri* in Vitruuium commentarios. Ipſe *Philander* poſtea, collatis veteribus exemplis, contextu quoque interdum de coniectura mutato, ita tamen vt Iuntina 1513. eſſet fundus, *Vitruuium* emendatiorem, ſuosque commentarios multo lucupletiores edidit Lugd. B. 1554. — iterum Genevae apud Io. Tornaeſium 1586. 4. mai. — Ex hac Tornaeſiana enata eſt, quibusdam lectionibus ex ingenio mutatis, ed. *Vitruuii* cum commentariis *Dan. Barbari*, cum multis figg. Venet. 1567. fol. idem *Barbarus* italice vertit libros Vitruuianos, Venet. 1556. —

Pleniſſima eſt et adhuc optima, nec tamen ſatis adcurata, ex recenſione *Philandri*, cum huius commentariis, (non, integris) aliorumque excerptis notis, et cum Lexico Vitruuiano Bernardi Baldi, quam curauit *Ioannes de Laet.*

Laet. Amſtel. apud Ludou. Elzeuir. 1649. fol. cum figg. — Latine cum verſione anglica et commentario *Rob. Caſtelli*, Londini 1730. fol. II. voll. — cum verſione italica et comment. March. *Galiani*, Neapoli 1758.*) — *Polenus* quoque editurus erat Vitruuium. Plura vide in Introd. in Not. litt. rom. pag. 340. et 344. ſq.

Verſiones plures varii generis exſtant. De verſionibus germanicis v. Beyträge zur kritiſchen Hiſtorie der deutſchen Sprache etc. part. I. p. 54. IV. 595. ſq. XII. 594. ſqq. — *Perraltus* contraxit libros et gallice vertit, quam epitomen in linguam theotiscam conuertit *Müller* 1757. 8. Noribergae, nec vero laudem tulit. — Hiſpanica verſio laudatur: *Los diez Libros de Architectura de M. Vitruuio Polion* traducidos del Latin y commentados por Don *Ioſeph Ortiz y Sanz*, Presbitero. Madrid. 1787. fol. reg. cum 56. tabulis aeri inciſis. Latinum quidem textum non addidit interpres; at conſuluit editiones ſuperiores ac verſiones italicam Franciſci Lucii, in primis Galiani, hiſpanicam a *Miguel de Vrrea* factam et Alcalae 1582. per Io. Gracian impreſſam, gallicam Perralti, germanicam vero Riuii et alias quoque nouerat. Tum contulit codd. Mss. quatuor Vaticanos et vnum in Bibl. Excorialenſi. Ex his omni-

*) Conf. *Ern. Freder. Badenhaupt* in Biblioth. ſelectiſſima. pag. 316 — 318.

omnibus comparatis ſubſidiis eam ſequutus eſt in interpretando lectionem, quae ipſi videbatur verior. Latinas tamen eas lectiones, quae egerent explicatione, adtulit. — At *Carol. Fea*, doctus quidam romanus, qui nuper promulſidem nouae editionis et nouae plane recenſionis dedit, non admodum probat Hiſpani, *Ortiz y Sanz* operam. Inſcriptus eſt libellus: *Progetto per una nuova edizione dell Architettura di Vitruuio*. Romae 1788. 8. Ille putat, ſe maiore iure, quam olim Philander, de futura ſua editione adfirmare poſſe, Vitruuium, exceptis paucis locis, comparere correctiſſimum, et multa alia praedicat. Plura vide in Erlangens. ephemer. litter. a. 1789. plag. 21. — *Petrus Bondam* in variarum lection. libris. II. Zütphaniae 1759. 8. *Vitruuium* e cod. Franequerano et ex ingenio mire multis locis per omnes illius libros emendauit.

5. Non propter ſtilum, qui nec nitidiſſimus eſt et multis nouatis vocabulis infectus; ſed propter argumentum, in quo diligenter verſatur, libri eius laudem merentur.

6. *Chriſtiani Gueintzii* Σκιαγραφια Vitruuii. Halae. Sax. 1648. — *Felibien* Hiſtoire des Architect. Lib. II. cap. I. *Erneſt. Fabric.* B. L. tom. I. pag. 480 ſqq. *Saxii* Onomaſt. I. pag. 177. ſq.

§. 9.

§. 9.

M. Verrius Flaccus.

1. Arte Grammatica inclaruit tempore Auguſti et ſenectute confectus viuere deſiit imperatore Tiberio.

2. Conditione libertinus, et ab Auguſto erudiendis ſuis nepotibus praefectus eſt.

3. Scripſit res memoria dignas, librum *Saturnus* inſcriptum: De *obſcuris Catonis*; de *verborum ſignificatione*; quorum tantum fragmenta in Feſti potiſſimum libris ſuperſunt; et *Faſtos*. v. *Sueton.* de illuſtr. grammat. cap. 17.

4. *S. Pompeius Feſtus* ab Antonio Auguſtino, cum *Verrii Flacci* fragmentis, editus Venet. 1560. 8. — quae exſtant — cum caſtigationibus *Ioſephi Scaligeri.* Lutet. 1575. 1576. 8. — Florent. apud Iuntas 1582. 8. — cum notis varr. Paris. 1584. 8. — Fragmenta in auctoribus L. L. Dionyſii Gothofredi 1602. 4. et aliis *Feſti* editionibus.

Faſtos, quos *M. Verr. Flaccus* confecerat, et Onuphrius Panuinius confudit cum Faſtis Capitolinis, in marmoribus, at valde fractis atque mutilatis, reperit *Fogginius*: hic fragmenta collegit, ordinauit, expoſuit et cum ceteris *Verrii* reliquiis edidit in opere ſplendido: *Faſtorum anni romani a Verrio Flacco ordinatorum reliquiae*, ex marmorearum tabularum fragmentis nuper effoſſis collectae et illuſtratae. Accedunt *Verrii Flacci operum fragmenta*

omnia, quae extant, ac *Faſti romani* ſingulorum menſium ex hactenus repertis Calendariis marmoreis inter ſe conlatis expreſſi cura et ſtudio P. F. F. *Romae* 1779. mai. fol. cum tabb. aeneis: de quo opere copioſius egi in Introd. in Notit. litter. rom. II. pag. 357. ſq. et p. 358. ſq. de *Faſtis Capitolinis.*

§. 10.

Lucius Fenestella.

1. Sub Auguſto vixit, et mortuus eſt vltimo Tiberii Caeſaris principatu. —

2. Confecit *annales*, quorum fragmenta habemus. Libri de *Sacerdotiis et magiſtratibus Romanorum*, qui ſub nomine eius feruntur, *Andr. Domenic. Fiochi* ſiue *Flocco* habent auctorem. conf. *Denis* Wiens Buchdrucker Geſchichte pag. 29. ſq. vbi editionem recenſet Vindobonenſem Pſeudo-Feneſtellae de rom. magiſtratibus, cura Io. Camertis 1510. 4. p. 523. et de aliis edd. atque de libro ipſo eiusque auctore diſſerit. item pag. 240. ſq. adde Introd. in Not. litt. rom. II. pag. 361. — *Lugduni* 1561.

3. Fragmenta annalium cum notis variorum edidit Hauercampius in T. II. Salluſtii ab eo illuſtrati ſunt quoque in aliis fragmentorum hiſtoricorum collectionibus.

4. Eiusdem fere aetatis fuit *P. Rutilius Lupus* rhetor, qui libros II. ſcripſit de Figuris ſenten-

ſententiarum et elocutionis. Edidit illos optime *Dauid Ruhnkenius.* V. Cl. vide Prolegg. §. 4.

§. 11.

AETHICUS ISTER.

1. Ad hanc aetatem referunt hunc quidam viri eruditi, aliis diſſentientibus ratisque, eum fuiſſe chriſtianum et poſt Conſtantini M. tempora vixiſſe.

2. Edidit cosmographiam, quae cum Antonini itinerario excudi ſolet.

3. Prodiit Venet. 1513. 8. quae editio corrupta eſt: praeſtat ea cum ſcholiis *Ioſiae Simleri.* Baſil. 1575. 12. — cum ſcholiis Simleri addidit eum *Stephan.* ſuae editioni Dionyſii Perieg. 1577. 4. — Paris. 1625. 12. — Lugd. B. 1646. 12. — Editus quoque eſt cum Pomponio Mela in edition. Iac. et Abrah. Gronouiorum.

4. Stilus eſt ſubitarius et inaequalis.

5. Lectu digna eſt de eo praefatio *P. Weſſelingii* ad vetera Romanorum itineraria. Amſtel. 1735. conf. *Fabricii* B. L. lib. I. c. 10. pag. 271. tom. I. et tom. II. lib. II. cap. 8. pag. 81. not. ed. Erneſti. — *Saxii* Onomaſticon, I. pag. 414. ſq.

§. 12.

TROGUS POMPEIUS,

Hiſtoricus celeberr. vixit aetate Auguſti. Eius Hiſtorias, totius orbis in primis Graeciae,

quas latino ſermone XXXXIV. volum. compoſuerat, *Iuſtinus* in compendium redegit.

§. 13.

ANTONIUS MUSA,

Octauiani Caeſaris archiater, qui, quod imperatorem Auguſtum feliciter curauit atque bis conſeruauit, et famam et gratiam tam populi romani quam Auguſti conſequutus eſt. (v. *Sueton.* in vita Auguſti c. 59. et 81.) De curatione Marcelli v. *Dionem Caſſium* lib. LIII. p. 724. etc. ibique Reimarum, *Io. Lud. Brianconi* Sendſchreiben, ueber den A. Cornel. Celſus ex ſermone ital. vers. a *Krauſio*, Lipſiae 1781. 8. ep. V. et quae ego adtuli in Introduct. in notit. lit. rom. II. p. 352. denique cel. *Io. Chriſtian. Gottlieb Ackermann* doctam conſcripſit prolusionem de Antonio Muſa, Octauiani Auguſti medico et libris, qui illi adſcribuntur, Altdorf 1786. adde infra de ſcriptis *Apuleii.*

CAPUT

CAPUT IV.

DE POETIS HUIUS AETATIS.

§. I.

Caius Valerius Catullus.

I.

Natus eſt a. V. C. 668. a. Ch. 86. aut ſecundum Hieronymum et Müllerum a. V. C. 666. a Ch. N. 87. Secundum vero *Saxium* in Onomaſt. I. p. 148. Olymp. 173. 2. V. C. 667. floruit Olymp. 179. 1. ante C. N. 62. V. C. 690. mortuus Olymp. 180. 4. V. C. 697. ſed annus obitus eſt incertus. vide, quae adnotaui in Introd. in Not. litter. rom. I. pag. 303 ſqq. et *Bayle* Diction. tom. I. *Catulle.*

2. Veronae eum debemus: (v. *Ouid.* Amor. III. el. 15. *Plin.* H. N. XXXVI. 6. *Maffeum* in Verona illuſtrata, part. II. princ.) ſecundum alios patriam habuit Sirmionem, peninſulam lacus Benaci in agro Veronenſi. Romae priuatam egit vitam, Ciceroni aliisque optimatibus carus. Duas habuit meretrices, quas multis celebrauit carminibus: alteram Veronae Ipſithillam; alteram Romae Lesbiam, quae Clodia, Clodii famoſi ſoror, fuiſſe dicitur. In Caeſarem quoque eiusque vitia acerbe inuectus eſt: qui quidem eius crimina aequo tulit

 animo;

animo; v. *Sueton* Iul. Caeſar. C. 73. Carm. 67. quod elegantiſſimum eſt, lacrimis proſequutus eſt fratrem.

3. Carmina et epigrammata ſcripſit maximam partem amatoria.

4. Editur vulgo cum Tibullo et Propertio: quare eas editiones, in quibus hi triumuiri in poeſi amatoria iunctim eduntur, *) primum commemorabimus; deinde eas, in quibus *Catulli* poemata ſeparatim ſunt publicata.

Quinquies nouis curis et ingenii pariter ac librorum ſcriptorum beneficio emendatior factus aut concinnatus eſt textus trium illorum poetarum. *Primam* claſſem ducunt editt. illae, de quibus in prolegom. §. IV. iam disputatum eſt **) — *Cat. Tib. Prop. Carm.* a Io. Cal-

*) Curatius et plenius recenſuerunt editiones cl. Heynius poſt praefationem ad Tibulli elegias et cl. editt. triumuirorum poetarum Bipontini: quos, qui plura ſcire cupiant, adire poterunt. Paucis h. l. perſequar potiores aut rariores editiones. De multis diligenter diſſeruit cl. *Barth* poſt praef. ad elegias Propertii, et dedit ſpicilegium, quod ego quoque feci in Introduct. in hiſt. litt. rom. pag. 313 ſqq. tom. II.

**) Laudatus ibi *Audiffredus* pag. 440. recenſet editionem *Propertii* et *Tibulli*, quibuscum forſan etiam *Catullus* fuerat coniunctus, a 1472. in 4. min. ſine typographi et loci mentione, ſine ſignaturis, numeris, cuſtodibus etc. Habeo exemplum, quod idem Vincentiae 1481. in fol. eſſe videtur, quod *Heyne* V. C. in prolegg. ad Tibullum. pag. 34

Calphurnio. Vincentiae. Io. Renenſis et Dionyſ. Berthocus. 1481. fol. vide Pinelli Catal. tom. II. pag. 314. — Eadem in fine: *Regii Lepidi accuratiſſime impreſſa, auctoribus Proſpero Odoardo et Alberto Mazali Regienſibus,* 1481. fol. v. *Pinelli* Catal. II. pag. 314. — Editio *Brixienſis.* a. 1485. in qua *Catulli* poemata ſunt, cum ſcholiis *Anton. Parthenii,* et a. 1486. in qua acceſſerunt *Propertius* cum elucubratt. *Domitii Calderini* etc. ac *Tibullus* cum comm. Benard. Cyllenii eſt vna eademque, vti *Heyne* animaduertit, et antea *Quirinus* in libro de litteraturá Brixiana, vol. I. pag. 67 ſqq. vberius demonſtrauit, qui praefationes ac dedicationes recudendas curauit: rec. *Venetiis* 1487. 1493. fol. cum *Beroaldi* in Propertium comment. etc. — repetita quoque, at ab *Auantio* a mendis purgata, atque cum eiusdem emendationibus in Lucretium, Catullum, Priapeia et Statii ſiluas, Venet. 1500. rep. 1520. fol. — Haec baſis facta eſt *ſecundae* claſſis n. *Aldinae* 1502. 8. repet. *Florent.* per Philipp. Giunt. 1503. 8.

Alteram tamen aetatem potius inchoauit edit. *Aldina* poſterior, eaque emendata et

O 4 corre-

34 ſq. deſcribit, cui eadem praemiſſa eſt epiſtola; at in meo exemplo deſunt Statii ſiluae. In *Pinelli* Bibliotheca exſtitit Vincentinum exemplar ann. 1481. paullo ante memoratum: at *Statii Siluar.* nulla quoque facta eſt mentio.

correcta 1515. 8.*) Haec, aut etiam Aldina prior fuit parens reliquarum, vsque ad *Muretum*, qui *tertiam* inſtituit claſſem, et multa partim e critica ratione partim e ſcriptis editisque veteribus libris emendauit in *Catullo*, qui et in eum commentarius *M. Ant. Mureti* prodiit Venetiis apud Paullum Manutium, Aldi F. 1554. 8. —

Poſtea: *Catullus* et in eum commentar. *M. Anton. Mureti.* Ab eodem correcti et ſcholiis illuſtrati *Tibullus* et *Propertius*. Venet. apud Paull. Manutium 1558. 8. — Aldinam tamen II. ſequutus eſt *Achilles Statius*, Luſitanus, poſthabita correctione Muretina, qui *Catullum* et *Tibullum*, cum ſuis commentariis edidit Venet. in aedibus Manut. 1566 et 1567. 8. — *Cat. Tibull.* (a *Victore Giſſelio* et *Theod. Pulmanno* varia lectione inſtructi et ex Aldina II. ſaepe correcti) *Propertius* (e *Canteri* recenſione) ex offic. Chriſt. Plantini, Antwerp. 1569. edit. praeſtans. —

Quartam aetatem inſtituit *Ioſ. Scaliger*, qui, ſpreta Aldina II. et correctione Mureti, ad primam Aldinam rediit, ordinem diſtichorum ſaepe turbauit, multaque more ſuo audacter mutauit. — *ex recenſione Scaligeri*, Lutet. Paris.

*) In *Pinelli* Catalogo l. m. pag. 316. memoratur quoque editio eorumdem trium poetarum, ex editione Aldi Manutii absque vlla nota, ſaec. XVI. in 8.

Paris. 1577. 8. — rec. Antwerp. cum Mureti commentario et ſcholiis, Antwerp. 1582. 8. Heidelberg. 1600. 8. atque Scaligeri auctoritas fecit, vt poſtea multi viri docti, etiam Brouckhuſ. et Burmannus II. eius ſequerentur recenſionem. — Emendata eſt editio: *Cat. Tib. Prop. Peruigilium Veneris* — e recenſione et cum notis *Iani Douſae*, Fil. Lugd. Bat. ex offic. Plantin. *Fr. Raphelingius*, 1592. 12. — *Io. Paſſeratii* commentarii in Catull. Tib. Propert. (cum verbis poetarum,) Paris. apud Cl. Morellum 1608. fol. — *ex recenſione Io. G. Graeuii*, cum notis integris Ioſ. Scaligeri, Mureti, Ach. Statii, Rob. Titii, Auantii, Douſae, P. et Fil. Theod. Marcilii et ſelectis aliorum. Traiecti ad Rhen. 1680. 8. cum *Peruigilio Veneris*. Parum laudis tulit haec compilatio, et editio negligenter excuſa. — Omne vero tulit punctum ſplendida et adcurata editio trium poetarum *Operum*, ad optimorum exemplarium fidem recenſitorum: acc. variis lectionibus e MSS. Cantabrigiae, impenſis Iac. Tonſon bibliop. Londin. 1702. 4.

Vltimam aetatem, nec tamen omnino criticam ornarunt *Brouckhuſius* et *Vulpius*, in Catullo autem magis critice *Iſ. Voſſius*. In *Tibullo Heynius* V. C. *in Propertio P. Burmannus* II. feliciter ſucceſſerunt. De horum meritis ſuo quoque loco erit ſermo. *Vulpius* tamen hic memorandus eſt, qui primum tres

illos amatorios ſcriptores, admodum iuuenis, cum ſuis obſeruationibus edidit. Patauii 1710. min. 4. poſtea vero *Catullum*, Pat. 1737. 4. et *Tibullum*, ibid. 1749. 4. cum docto eoque grammatico potius, atque, ſi dicere fas erit, aeſthetico commentario. — *Catull. Tibull Propert. cum Galli fragmentis et Peruigilio Veneris* praemittitur notitia litteraria ſtudiis ſocietatis Bipontinae. Editio adcurata. *Biponti.* 1783. 8. —

A nitore et ornatu externo commendantur *Catull. Tib. Prop.* ad fidem optimorum librorum adcurate recenſiti, quibus adiectum eſt *Peruigilium Veneris.* Gottingae, 1742. 12. 1762. 12. — cum fragm. Corn. Gallo inſcriptis Lugd. Batau. (Paris Couſtelier) 12. — Birmingham, typis Io. Baskerville. 1742. 4. et 12. — Londini, per Harwood, 1773. 12. —

Separatim *Catulli* carmina ſunt aliquoties edita: *Parmae* cum *Statii* ſiluis per Stephan. Corallum 1473. fol. (v. *Pinelli* Bibliothec. II. pag. 318.) — *Regii* 1481. fol. — In Catal. bibl. Schwarzianae II. p. 205. eſt editio vet. cum commentario *Antonii Parthenii Laciſii*, Veronenſis, fol. ſine anni nota, et per coniecturam, Venet. a. 1488. adſeritur. — cum commentario *Palladii Fuſci.* Venetiis, apud Tacuinum, 1496. fol. —

Nouam *Catullianorum* poem. recenſionem fecit, multa e codd. et de coniectura mutauit et obſeruationibus perquam doctis, nec

nec vero vbiuis verecundis illuſtrauit *Iſaac Voſſius*. Londini, 1684. et Lugdun. Batau. 1691. 4. primo tantum folio mutato. Item 1697. 4. — cum notis criticis — per *Ioan. Franc. Corradinum de Allio*, (de cuius hominis audacia, iactantia fraudeque alibi egi,) — Venetiis, 1738. fol. — Specimen nouae futurae editionis atque recenſionis dedit et ſaliuam mouit eruditorum Cl. *Laurent. Santenius*: *C. Val. Catulli Elegia ad Manlium. Lectionem conſtituit L. Santen.* Lugd. Bat. 1788. mai. 4. conf. ſagacem cenſorem in Gotting. ephem. litter. a. 1789. n. 73. —

Catulli Phaſelos cum adnotation. doctor. virorum et parodiis per *Sixtum Octauianum*. Eboraci 1579. 8. Lugduni, 1593. 12. — cum *Andr. Senftlebii* comm. et parodiis graecaque *Ioſ. Scaligeri* metaphraſi. Lipſ. 1642. 8. — *C. Valer. Catulli* caſta carmina, ad uſum ſtudioſae adoleſcentiae ſelecta, ab *Raphaele Eglino Iconio*, Tigurino, eiusdem aduerſus Ioſ. Scaligerum vindiciae Ciris Catullianae ad Melchior Haiminsfeldium Goldaſtum. Acceſſ. Gasparis Schoppii, Franci, Epitheta et Synonyma poetica, cum notis eiusdem in Claudii Verderii Cenſionem, e typograph. Wolf. Richteri, impenſis Conr. Nebenii. 1506. 12. —

Epithalamium graeca metaphraſi donatum, a *Q. Septimio Florente Chriſtiano*. Paris. 1587. 4. apud Morell. — *Cat. Epithal.* de nuptiis Pelei et Thetidos, varietate lectionis

et

et perpetua adnotatione illuſtratum a *Frid. Guil. Doeringio.* Numburgi, 1778. 8. quae fuit veluti promulſis futurae editionis cum notis doctis: — *C. Val. Cat. Carmina varietate lectionis et perpetua adnotatione illuſtrata a Frid. Guil. Doering*, Gymnaſii Goth. Directore. tom. I. Lipſiae, 1788. 8. praemiſſo indice edd. ex ed. Bipontina, et verſionum atque metaphraſium notitia. —

Catulli Epithalam. Pelei et Thet. cum notis et commentario *D. G. D. Koeleri*, Rectoris Detmold. in eius Sammlung ausgewählter Poeſien aus den alten latein. Dichtern. Lemgou. — Hic notamus quoque *F. A. C. Werthes* über den Atys des Catull. Monaſterii 1774. 8. interpretationem poeticam excipiunt obſeruationes. — *Katulls* epiſcher Geſang von der Vermählung des Peleus, metriſch überſetzt und mit einigen Anmerkungen begleitet von *I. Gurlitt.* Lipſiae. 1787. 8. — *Cat. Carmen* de nuptiis Pelei et Thetidis cum verſione germanica, *Chr. Frid. Eiſenſchmidt* in vſum tironum illuſtrauit. *Car. Gotth. Lenz.* Altenburg. 1787. mai. 12. — *Zwey Brautgeſänge des Katulls* (n. carm. 60. et 61.) und zwey Oden des Horaz metriſch überſezt von Roſenfeld, mit Einleitungen und Anmerkungen von Gurlitt. Lipſiae, 1785. 8.

5. Poeta eſt mira verborum ſuauitate, atque ingenii foecunditate et amoenitate, qui animi ſenſa ſine multa arte atque ambagibus plane

plane expreſſit, vrbanus, facetus; at frequenter obſcoenus: ſed ſemet ipſe excuſat Carm. XVI. et ingenio ſaeculi indulſiſſe videtur. At, exceptis Perſio ac Propertio, nullus fere poetarum romanorum, diligentiore et ſubtiliore eget interpretatione atque expoſitione tum argumenti atque, quae ſaepe minus feliciter procedit, oeconomiae, tum ſingulorum locorum, quam Catullus. In elegiis cedit Tibullo et Propertio: in hendecaſyllabis et iambicis praeſtat reliquis: in epigrammatibus eſt ingenioſus, et Martialem non, acumine, at venuſtate, ſuperat. In oeconomia carminum, digreſſionibus, et comparationibus nec vbiuis cautus eſt, et modum ſeruare ſaepe neſcit. *Scaliger* Poet. VI. p. 798. duritiem aliaque vitia in eo culpat. *Leſſing* comparat eum cum Martiale.

6. Adtribuuntur etiam *Catullo* poemata, Phasma, Laureolum, Ciris, et *Peruigilium Veneris*, ſiue *de Vere*, cuius auctor verus ignotus eſt. Vltimum hoc carmen elegantiſſimum conſtat vltra 90. verſus, et hymnus eſt in Venerem eo tempore conditus, quum Veri ſub huius initium, quo omnia reuiuiſcunt, pro beneficiis, nouaque quaſi vita gratiae perſoluuntur, interpoſitis quibusdam epiſodiis amatoriis. *Lipſius* tamen libr. I. Elect. c. 5. 1580. vbi id a Pithoeo acceptum recenſuit et illuſtrauit, ei denegauit. Separatim editum eſt aut aliis poematibus adnexum. — apud Mamertum Patiſſonium a *Petro Pithoeo* e veteribus

ribus membranis editum 1587. principe loco inter *Errones Venereos*, Petronio Arbitro adiunctos. — cum notis *Io. Weizii* Francof. 1613. 4. — Poſtea *Salmaſius* alium, eumque emendatiorem nactus codicem, hunc miſit cum ſuis ad Peruigilium animaduerſionibus *P. Scriuerio*, qui id ſic recenſitum et emendatum cum iisdem Salmaſii ſuisque adnotationibus, nec non ex Lipſii recenſione cum Pithoei, Douſae et Weizii notis emiſit in lucem in collectione variorum opuſculorum, quae *Baudii amores* inſcripſit, Hagae Comitum 1637, vel, vt alia habent exemplaria, Lugd. Batau. 1638. 12. — cum commentario ampliſſimo *Io. Andr. Riuini*, Lips. 1645. 4. — Seorſum, cum notis Lipſii, Salmaſii, Scriuerii et Andr. Riuini. Hagae 1712. 8. —

Sanadon multa tentauit audacius, verſus alios transpoſuit, alios reſcidit omnino, ſingulos autem in duo diuiſit, poſt Horatii Flacci carmina, ab ipſo francice conuerſa illuſtrataque, *Traduction d'une ancienne hymne ſur les fêtes de Venus*, *avec des remarques critiques ſur la meme piece.* (latinis e regione poſitis,) Paris 1728. 8. Contra Sanadonum acriter disputat *Bouhierius*, qui Petronii carmen de bello ciuili, gallica verſione et notis illuſtratum, additis duabus *Ouidii* epiſtolis, edidit et adiecit Sanadoni notas et ſuas in Peruigilium Veneris coniecturas, Amſtel. 1737. 4. — rec.

cum

cum gallica carminis verſione, Paris 1738. 12. — Praeter Sanadoni et Bouhierii adnotatt. nouae Sanadonianae Horatii editioni, Paris. 1756. 8. tom. VII. acceſſerunt aliorum animaduerſiones et commentationes, in quibus interdum reprehenditur Bouhierius. Huius quoque emendationes, coniecturae, interpretationes refelluntur in metrica et proſaica *Peruigilii* verſione, cum contexto latino a Sanadono concinnato, Londini et Paris. 1776. — Adhaeret quoque aliquot Catulli, Tibulli et Propertii, item nonnullis Petronii editionibus. — E codice Salmaſii et Scriuerii recenſione, adiecta cod. Pithoeani varietate caſtigatiorem dedit contextum, notas eruditas ſubiecit, doctam vero commentationem de Peruigilio Veneris, huius carminis auctore, fatis et editionibus praemiſit cel. *Wernsdorf* in Poetis latinis minoribus tom. III. p. 425. — 482. et p. 535. ſqq. — Huius recenſionem reddidit doctiſſ. editor poetarum, Catulli etc. *Bipontinus.*

7. E Catullo, Tibullo, Propertio, Ouidio, Horatio, aliisque ſelecta collegi illuſtrauique loca in Chreſtomathia Latina poetica, Altenb. 1770. 8. conf. Introduct. in Notit. litt. rom. I. p. 328. ſqq. — Cruſii Probabilia critica pag. 261. ſqq. — *Chriſt. Guil. Mitſcherlichii* Lectiones in Catullum et Propertium. Göttingae, 1786. 8.

§. 2.

§. 2.

Albius Tibullus.

1. Natus eſt Romae a. V. C. 690. a. Ch. N. 64. vel anno ſequenti, vt quidam arbitrantur: alii aliter annum natiuitatis definiunt; vid. *Müller* t. II. p. 211. it. meam introduct. in Not. L. R. I. p. 337. et vitam Tibulli in editione Heyniana pag. 59. ſqq. deceſſit A. V. C. 735. A. Ch. N. 19. v. *Ouid.* Amor. III. el 9.

2. Fuit eques Romanus, et priuatus vixit. Pacem, et rus Venerisque militiam caſtraque Martis caſtris praetulit; cui amori vitae ruſticae auream illam ſimplicitatem, naturalem pulcritudinem, mollitiem et aequabilitatem carminum debemus: comitatus tamen eſt M. Valerium Meſſalam Coruinum in expeditione bellica, et deinceps triumphantem. *Ouid.* libr. III. Amor. el. 9. eius mortem defleuit.

3. Libros III. *elegiarum* et unum *carminum* reliquit.

4. Editur cum Catullo. Separatim quoque typis excuſus eſt. Omnium editionum, in quibus *Tibullus*, ſeparatus a Catullo et Propertio prodiit, — princeps habetur a cel. *Morellio* in Catal. bibl. Pinelli, tom. II. pag. 383. ſq. quae absque vlla nota, circa an. 1472. 4. probabiliter per *Florentium Argentinens.* in 4. charactere romano et pereleganti eſt deſcripta: plura dabit docta Morellii nota. — Hanc igitur ſequuta eſt ea, quae olim princeps ſeparatim

tim editarum habita et excuſa eſt, *Romae* 1475.*)

— cum commentario *Bernhardini* Cyllenii. — tum (vti quidem in Catal. Bibl. Pinellianae II. nr. 5053. notatur.) *Tib.* cum comment. *Bernardini Veronenſis* 1485. fol. a qua num diuerſa ſit ea editio, quae et cum binis reliquis poetis prodiit, (v. *Heyne* pag. 35. ſq.) et, a reliquis ſeiuncta cum comment. Bernardini Veronenſis, (cuius exemplum habeo,) comparuit, neſcio: in fine, Venetiis per Magiſtrum *Andream de Paltha ſcichis Catarenſem*, 1487. folio. Apud Maittaire p. 203. hic typogr. *Andreas de Paraſchiſchis* ſcribitur, Auctor tamen notarum ad Schwarzianae bibliothecae P. II. n. 437. Neſcio, inquit, an non alius ſit *Andreas Iacobi Catharenſis*, qui 1476. Diodori Siculi Libros ſex impreſſit. —

Tibulli elegia de amoribus et laudibus Meſſalae, Lipſiae 4. 1500. — *Ad. Tibulli* elegiae libri II. *L. Annaei Senecae* Biga tragoediarum, cura *Conr. Celtis*. 4. circa finem ſaec. XV.

— cum commentar. *Iani Brouckhuſii* Amſtel. 1708. 4. — auctior ex ſchedis Broukhuſii Amſt. 1727. 4. — Cum commentar. *Vulpii* Patau. 1749. 4. — *Tibullus* Coruinianus,

*) De hac edit. v. *Audiffredi* Catalog. edd. Rom. p. 177. *Heyne* V. C. praef. ad Tibull. p. 33. et cl. *Morellum* ad Pinelli Catalog. II. nr. 5052. pag. 384.

nus, ſeu Albii Tibulli, Triumuiri, poetices quae ſuperſunt, e codice Mſto Matthiae Coruini, regis Hungariae, recenſuit *Sam. Koeleſerius a Keres-Eer.* Claudiopoli. 1727. 8. — *A. Tibulli*, quae exſtant, carmina nouis curis caſtigata (à *Chriſt. Gottlob. Heyne.*) Lipſ. 1755. 8. — emendat. et auct. Lipſ. 1777. 8. Quae editio praeſtat reliquis.

5. Scriptor elegiarum eſt cultus, facilis, terſus, elegans et natiuus; non adfectat eruditionem intempeſtiuam, quae in Propertio ſaepe taedio eſt; nec flagitioſam Catulli impuritatem. Sibi ſemper ſimilis eſt: animique impetus et adfectiones prae ceteris poetis egregie exprimit: ſingula vere et viuide pingit. *Quinctiliano* Inſtitt. Orat. X. cap. I. Tibulli elegiae terſae et elegantes maxime videntur. *Scaliger* quidem more ſuo eum carpit, et Poet. VII. p. 795. „Vniformis, ait, ille paene totus eſt, vixque diſcedens a ſe ipſo, eodem paene gyro concluditur: —“ omnium tamen cultiſſimum nec redundantem in elegia eſſe idem ſentit. In elogio, libr. IV. minus felix eſt poeta, quam in elegiis amatoriis. De rebus tamen potiſſimum canit amatoriis; ſed ita, vt in ipſo amoris aeſtu, quum vel maxime animus commotus eſſet et contabeſceret, elegias ſcripſiſſe videatur.

6. *Chriſt. Frid. Ayrmanni* vita Tibulli Witteberg. 1719. 8. — *Vulpii* vita poetae

et *Heynii* elegans doctaque praeſ. ad ſuam Tibulli editionem — Ueber den Tibull nebſt einigen ſeiner Elegieen, veberſezt von *M. Io. Frid. Degen*, Onoldi 1780. 8. qui anno ſequenti vennſtam dedit Tibullianorum carminum verſionem theotiscam, Onoldi 8. — *Tib.* vers. german. Lipſiae 1780. 8 — *Tib.* Elegien, nebſt einer Probe aus dem Properz, und den Kriegslie lern des Tyrtaeus. Tiguri 1783. mai. 8. adde cl. *Heyne* in Prolegg. ad nam editionem II. pag XLVIII. et *Hoeufft*, ad Propertium nr. 6. memor.

§. 3.

S. Aurelius Propertius.

1. Natus eſt A. V. C. 696. al. 697. A. C. 58. quem annum, aliis incertum, Vulpius vita Propertii ex huius verbis IIII. el. I. v. 27. ſq. euincere ſtuduit. Secundum vero uſium et Barthium a. V. C. 702. obiit A. V. 738. al. 739. A. C. N. 15

2. Ortus fuit ex Vmbria, et Romae priuas fuiſſe videtur. Quaenam vero vrbs noſtri erit patria, lis adhuc ſub iudice eſt. *Donla Hiſpellum* eſſe natalem vrbem, docere et obare annifus eſt. Subſcribit eius iudicio cl. *rth.* Contra *Alexander Patrignani* contens, *Aſſiſium* illius fuiſſe patriam. Haec quoe ſententia refellitur et vrbi *Bevagna* honor triae vindicatur in Raccolta Ferrareſe di Opuſ-

coli ſcientifici e letterary di ch. Autori Italiani; vol. VIII. n. 3. Venet. 1781. Parentibus mature, et poſtea diuiſione agrorum ab Auguſto facta etiam bonis priuatus, iuris prudentiae, cui dictus fuit, valedixit, et poeſi, qua fauorem Maecenatis ſibi comparauit, totum ſe dedit.

3. Elegiarum libr. IV. conſcripſit: quorum tres quum adhuc in viuis eſſet, ipſe publicauit.

4. Separatim editus eſt *Romae* ex recognitione *Antonii Volſci*, typis Eucharii Silber 1482. 4. (v. *Laire* Specim. hiſt. pag. 252. et *Audiffredi* Catal. edd. rom. pag. 249.) — cum commentariis *Beroaldi* Bononiae 1487 fol. — Lipſiae 1495. — e recognitione *Canteri* in Offic. Plantin. 1569. — Pariſiis a *Io Paſſeratio* 1608. Fol. — a *Iano Broukhuſio* Amſtel. 1702. et 1727. 4. Paſſeratii et Brouckhuſii adnotationes ſunt perquam doctae atque eruditae. — cum erudito commentario *Io Ant. Vulpii.* Patau. 1755. 4. — Elegies de Properce, traduites par MS. de *Longchamps* avec le latin à coté. Amſtel. 1771. 8. In prolegomenis Propertius, Tibullus et Ouidius inter ſe comparantur: in animaduerſionibus veneres poeticae eaque, quae ab antiquitate aut mythologia lucem accipere debent, liberalite exponuntur; interpretatio tamen ipſa non lau datur. —

Commoda, eaque ad vſum criticum non minus quam exegeticum apta eſt editio: *S. Aurel. Propertius*, varietate lectionis et perpetu adnota

adnotatione illuſtratus a *Frid. Gottl. Barthio*. Lipſiae 1777. mai. 8. Praemiſit catalogum editionum criticum, vitam Propertii a Vulpio ſcriptam, iterumque vitam poetae ab ipſo editore per annos digeſtam. Cum Vulpio reduxit ordinem elegiarum veterem et Scaligeri transpoſitiones audaces reiecit.

Nouiſſima eſt: *S. A. Propertii Elegiarum libri IV. cum commentario* (qui theſaurus eſt critices linguaeque latinae) *perpetuo P. Burmanni II. et multis doctorum notis ineditis. Opus Burmanni morte interruptum Laur. Santenius I. C. abſoluit.* Traiecti ad Rhen. 1780. mai. 4. Baſis eſt contextus Broukhuſianus cum omnibus Scaligeri transpoſitionibus.

5. Summa in Propertio eruditionis poeticae copia et varietas. Diligentius cogitauit, quid ſcriberet; vti Tibullus ſimplicius ſcripſit, quae cogitaret. In Graecorum poetarum ſcriptis quam maxime verſatum fuiſſe, forma et character ipſe dicendi commonſtrat. Quare, cum Callimachum praeſertim imitari ſtuduit, ſe Romanorum Callimachum vocare auſus eſt lib. IV. el. I. v. 64. Dictio, non poemata, eſt puriſſima.

6. *Thaddaei Donnolae* diſſ. de patria S. A. Propertii. Fulgin. 1629. 4. recus. ſtudio *H. L. Schurzfleiſchii*, Witteb. 1713. 8. — *Felicis Ciatti* paradoxon de patria Propertii. Perus. 1628. — *F. G. Barth* et epiſtolam ſcripſit

de noua editione Propertii procuranda, Lipſiae, 1773. et edidit Vorleſungen über einige Elegien des Properz nebſt einer proſaiſchen Ueberſetzung der Königin aller Elegien, (lib. IV. vlt.) und einer poetiſchen zwoer andern. Dresden. 1775. 8. — *Immanuel Gottlieb Huſchke* comment. Tibulli et Propertii quaedam loca e graecis fontibus deriuata. Ienae, 1783. — *Iac. Henr. Hoeufft* in Periculis poeticis, (quorum primus faſciculus prodiit in Bergio ſ. l. a 1783. mai. 8.) in faſciculo III. *cui accedunt eiusdem pericula critica*, 1788. multa Propertii loca tentauit et correxit. Praeter ea facem criticam pluribus locis Catulli, Tibulli, Ouidii, Gratii, Senecae, Statii, Valerii Flacci, Claudiani, Nemeſiani, Calpurnii, Ioſephi Iſcanii, Silii Italici, Rutilii, Pindari Thebani, et in Anthologia latina adtulit. — Nouam francicam Prop. eleg. verſionem dedit *de Paſtoret*. Paris. 1784. quae laudatur et comparatur cum verſionibus, a *de Pezai* et *de Longchamps* factis, in Journal Encyclopèdique, à Bouillon. 1784. tom. II. part. III. — *Catull. Tibull. Properz*, aus dem Lateiniſchen von *F. X. Mayr*. Vindob. 1786. 8. — *Propertius* IV. Bücher Elegien. Aus dem Lateiniſchen. I. Buch. Erfurt, 1786. 8.

§. 4.

§. 4.

Cornelius Gallus.

1. Natus a V. C. 684. a. Ch. 69. ſemet ipſe interfecit a. V. C. 728. a. Ch. 25.

2. Fori Iulii, hodie Freius, in Prouincia (Provence) in Gallia Narbonnenſi primam lucem adſpexit. Verſibus inter aequales adoleſcens excelluit: atque apud Auguſtum in tanta fuit auctoritate, vt Aegypto prouinciae adminiſtrandae praeponeretur. Multis tamen flagitiis, vel proditione, vel, vt alii malunt, repetundarum cauſſa, excidit gratia Imperatoris; ſeque ipſe interemiſſe dicitur.

3. *Galli* nomine ſex Elegiae vulgo feruntur, quae tamen *Cornelium Maximianum Gallum*, (ab aliis *Longinum Maximianum* vocatum,) qui imperante Anaſtaſio vixit, auctorem habent. Carmen, *Ciris* inſcriptum, et pauca alia Gallo etiam adtribuuntur.

4. Nec verba, nec forma dicendi, licet mediocris ſit, aetatem Auguſti ſapit.

5. Editur interdum cum tribus poetis amatoriis, quod in eodem argumento verſatus eſt: ſub *Cn. Cornelii Aſinii Galli Foroiulienſis* nomine primum editae a Pomponio Gaurico, Venet. 1501. 4.

Aliam, a ſex illis elegiis diverſam, cum tribus epigrammatibus Aldus Manutius, Paulli fil. vulgauit, Florentiae, 1590. ſub nomine *Aſinii Cornelii Galli:* ſeparatim eius elegia,

et epigrammata tria cum animaduerſionibus *Joſephi Iuſti Scaligeri* in huius opuſculis variis Paris. 1610. 4. pag. 335. ſiue in ed. Francofurt. part. II. pag. 39 ſqq. comparent. — *Aſinii Cornelii Galli elegia et epigrammata* III. ex recenſione et cum notis *I. Chriſt. Wernsdorffii*, in illius poetis minor. latin. tom. III. pag. 183 ſqq. qui pag. 125 ſqq. docte ſollerterque egit de *Gallo* et carminibus illi ſuppoſitis liteque inde orta, item de editionibus: adde eius Excurſum VI. ibidem pag. 510. meamque Introduct. in Notit. litt. rom. I. pag. 333 ſqq. et pag. 401.

6. *E n. Fabricii* B. L. I. pag. 425 ſqq. cl. Saxii Onomaſt. I. p. 181. et 563.

§. 5.

Publius Virgilius Maro.

1. A. V. C. 684. A. Ch. 70. in lucem editus eſt Idibus Octobris, qui dies nonnullis poetis adeo ſanctus fuit, vt quotannis illum celebrarent conuiuio, vt Silius Italicus et Sannazarus: contra Lotichius, Kinſchot, et praecipue Naugerius, hoc die poemata quaedam mala Virgilii conſecrarent manibus. obiit a. V. C. 735. a. Ch. 19.

2. Audeſium prope Mantuam habuit patriam; a veteranis Auguſti poſſeſſione agri depulſus, quum vi ingenii ſui et praeſtantia poematum in gratiam Aſinii Pollionis, Maecenatis ipſius-

ipſiusque Auguſti inſinuaret, non ſolum agrum amiſſum recuperauit; ſed immenſis quoque beneficiis ab Auguſto ac Maecenate adfectus eſt. Diuitiarum magis, quam honorum cupidus arguitur. De verecundia eius et pudicitia non omnes bene ſentiunt: vid. *Klotzii* diſp. de Verecundia Virgil. p. 242. in Opuſcul.; ſummam vero tulit laudem et modeſtiae et ingenii, multisque eum litteris artibusque fuiſſe imbutum, et diuina eius poemata condocent et antiquitas.

3. Scripſit *Bucolica*, *Georgica* et *Aeneida*. De poematibus, *Culex*, *Ciris*, *Moretum*, *Copa* etc. inſcriptis, lis eſt adhuc ſub iudice: de quibus copioſe egi in Introduct. in Notit. litter. rom. II. pag. 276 ſqq.

4. Antiqui Grammatici, *Seruius*, *Donatus*, et *Iunius Philargyrius* in explanando Virgilio diligenter verſati ſunt, quorum obſeruationes ab aliis editoribus adiectae ſunt, ab aliis omiſſae. Donati vero non eſſe, quae ſub eius nomine in Virgilium circumferuntur obſſ. probatum ire voluerunt *Parrhaſius* Epiſtol. quaeſt. ep. 59. pag. 808. *Petrus Nannius* Miſcell. libr. I. cap. 5. pag. 1229. et *Ptolomaeus Flauius* Coniect. c. 95. p. 992. de quibus et reliquis antiquis Virgilii interpretibus v. *Heyne* Prolegg. ad Virgilium, vol. I. pag. 143 ſq. edit. II. et Introduct. meam in Notit. litterat. rom. 4. II. pag. 292 ſqq. de *Turcio* autem *Rufio Aproniano Aſterio*, conſulatum a. C.

494. gerente, *Valeſium* de critica I. p. 181. ibiqui *Burmann* poſt Valeſii Emendationum libros V. eumdem *Burmannum* ad Anthol. veter. latin. epigrammat. et poem. libro IV. epigr. 187. vol. I. pag. 371 ſq. vbi reddidit atque explicuit epigramma Turcii Rufii Aproni de codice Virgilii ab ipſo emendato, ac *Polycarpi Leyſeri* Hiſtor. poet. medii aeui, pag. 70-73. In eadem Anthologia Burm. tom. I. a pag. 351. varia variorum reperiuntur poematia, quae ad vitam aut carmina Virgilii pertinent. —

Tanta vero editionum eſt copia, vt vel ea ipſa premat, atque certas definire aetates ſit difficile. — Editores Bipontini editiones primarias in *quatuor* diſtribuerunt aetates, quarum *prima* vsque ad a. 1500. complectitur Origines; *Secunda* eſt *Aſcenſio - Aldino - Pieriana*, a. 1500 — 1546. *Tertia* dicitur *Pulmanno-Fabriciana*. 1546 — 1636. *Quarta* eſt *Heinſiana* prima 1636 — 1717. *Quinta* denique *Heinſiana* altera 1717—1784. Quod vero in primis *Heyne* V. C. in altera Virgilii editione accurate et diligentiſſime recenſuit editiones, ratione temporis ſeruati, nos *claſſicas* tantum et maxime memorabiles paucis hic indicabimus, mentione vnius alteriusue addita.

Romana per Conr. Schweynsheim et Arnold Pannarz, ſub annum, qui tamen non eſt expreſſus, 1467. et 1469. (quae editio non-

nondum collata eſt ad Virgilium emendandum. cf. Catalog. Biblioth. Ducis de la Valliere, tom. II. nr. 2432. pag. 78 ſqq. vbi plures occurrunt edd. vetuſtae, et *Audiffredi* Catal. rom. edd. p. 22 ſq. 79 ſq.) — paullo poſt eadem repetita. — *Venetiis* per Vindelinum Spirenſem, fol. 1470. — *Virg. Opera et opuſcula cum Priapeiis*, absque vlla nota, ſaec. XV. fol. character eſt romanus et elegans. In *Pinelli* Bibliotheca, tom. II. nr. 5073. quam editionem eamdem putat cel. *Morellius* in nota pag. 387. cuius exemplum refert *Maittaire* Ann. typogr. tom. IV. pag. 765. — *Opp.* ſ. a. l et typogr. litt. gothicis. (circa 1470. v. Catal bibl. Ducis de la Valliere, II. p. 80 ſq.) — *Opera* cum XIII. libro Maphaei Vegii, ſ. l. (per Adam Rot.) 1471. fol. — *Seruii* commentarii in Virgil. per *Chriſtoph Baldarfer*, Ratisbonenſem. (Venetiis) 1471. fol. — *Seruii* ad Virgilii Opera diligens interpretatio, per *Andr. Gallum*, Ferrariae, fol. 1471. — Romae per *Vdalricum Gallum* ſ. a. — *Virg. Opera*, Presbytero Villa iubente. Brixiae 1473. fol. quam editionem illuſtriſſ. *Comes Reviczky* nactus eſt, inque litteris ad me datis ſcripſit, nulli bibliographorum cognitam fuiſſe. — *Virg. Opera* cum comment. Seruii, Florentiae per *Bernardum et Dominicum Cenini*, Florentinos, intra annos 1471 et 1472. — *Virg. Opera* cum reliquis opuſculis et cum Priapeiis, et libr. XIII. Aen. *Venetiis* per *Barthol.*

thol. Cremonenſem 1472. fol. — Opp. cum Opuſculis Culice etc. Romae per *Vdalricum Gallum* et *Simeonem de Luca* 1473. fol. — *Opp.* Venetiis, per Leon. Achatem. 1473. fol. (v. Catal. Vallier. l. c. pag. 83.) — *Opera* cum Maphaei ſuppl. Copa, Moreto et aliis Opuſc. *Mediol.* per Phil. de Lauagnia, 1474. fol. — *Opp. Venetiis* per Nic. Ienſon 1475. fol. — cum commentar. *Seruii*, *Venet.* per Iac. Rubeum Gallicum 1475. fol. — *Opp.* cum Seruii comm. 1475. fol. (Mediolani, v. *Reviczky* Bibl. graec. et latin. pag. 42 ſq.) — *Opp.* per Io. de Paderborne in Weſtphalia. Louanii 1476. fol. — cum Seruii comment. per Leonard. de Baſilea *Vicentiae* 1479. fol. ex recognitione *Io. Calphurnii*, cum minoribus carminibus. — *Virgilii Maronis Partheniae Mantuani Opera*, ſine vlla nota, quam edit. rariſſimam iudicat, et ante a. 1480. forſan Venet. per Leman de Spira impreſſam fuiſſe coniicit cl. *Gemeiner* in Nachrichten von den in der Regensburg. Stadt Biblioth. befindlichen Büchern, pag. 65-67. — *Opp et Opuſcula cum Priapeiis* emend. *Leonardus Pachel* vna cum Vdalricho Scinzenzeller. Mediolani, 1481. fol. — cum comm. *Seruii*, *Aelii Donati*, *Chriſtoph. Landini* atque *Domitii Calderini.* Impenſis Lazari de Sauiliano Venet. 1481. med. fol. (v. *Schnizeri* der Kirchen-Biblioth. zu Neuſtadt an der Aiſch. Dritte Anzeige, 1784. pag. 45.) In hac igitur editione, non

non demum in Veneta 1483. primo occurrit Domitii enarratio.— rec. 1491. fol.—*P. Virg. Mar. Opera.* cum comm. Seruii Mauri Honorati grammatici: Aelii Donati: Chriſtophori Landini atque Domitii Calderini. Nurnberg. impenſis Anthonii Koberger. 1492. fol. de qua edit. pluribus diſſerit cl. *Panzer* in: *Aelteſte Buchdrucker Geſchichte Nürnbergs.* Nürnberg, 1789. 4. pag. 124. *) Huius aetatis multo plures ſunt edd. maximam vero partem per Venetas conſtituta lectione, et per plura exempla propagata. —

Prima *Aſcenſiana*, quam tot aliae ſequutae ſunt, prodiit, *Bucolica* et *Georgica* cum comment. Seruii et Iod. Badii Aſcenſii, Lutetiae apud Io. Petit, et *Aeneis* cum Seruii comm. Beroaldi adnott. Aſcenſii elucidatione — a Thietemanno Keruer compreſſa. Paris apud Io. Paruum 1500. fol. — *Aldina* prima 1501. Venet. et 1508.**) eſt repetitio editionis alicuius ſuperioris, quam tamen ſequentes editores plerum-

*) Adde *Gemeiner* loco mem. pag. 66 ſq. vbi quoque exempla rara Lipſica indicat. — *carm. bucolicum* Lyptz per Arnold. de Colonia 1495. — *Georgica* ibid. per Wolfgang Monacenſem. 1498. et *Aeneis.* ib. per Arnold. Colonienſem. 1494. 4.

**) In *Pinelli* Catal. II. pag. 387. exſtant *Virgilii Opp.* cum comm. Seruii, Probi, Donati et aliorum a *Io. Baptiſta Egnatio.* Venet. 1507. 4. conf. accuratiorem illius libri indicem in *Freytagii* Adparatu litterar. tom. II. pag. 1340.

plerumque ſequutae ſunt. — tertia autem, *Aldina* Venetiis 1514. 8. ex *Andr. Naugerii* emendatione, eſt omnino claſſica, et tamen a multis perperam relicta. Acceſſerunt *diuerſorum veterum poetarum in Priapum luſus Virgilii Catalecta, Copa* etc. (ſ. reliqua minora carmina) e codice Bembino conſtituta. Venet. in aedibus Aldi. et Andreae ſoceri 1517. 8. Ex hac fluxerunt edd. *Venet.* 1525. fol. *Iuntina*, cum comm. Seruii, Donati et aliorum, 1552. fol. —

Bonam lectionem e codd. interdum repoſuit *Nicolaus Egnatius* in edit. Veneta 1507. 4. cum comm. *Seruii* (quem ex dimidiato integrum ſe feciſſe profitetur,) et *Probi* fragmentis ſ. commentariolo in Buc. et Georg. e codice vetuſtiſſimo Bobii primum edito. — *Iuntina* prima, cuius fundus eſt Aldina prima, at emendata a *Nic. Angelio* expreſſa eſt a *Philippo Iunta* 1510. — rec. cum minoribus opuſculis, curante *Antonio Francino Varchienſi.* 1520. 8. —

Pierius ex egregiis codd. caſtigauit Virgilii carmina in *caſtigationibus et varietatibus Virgilianae lectionis per Io. Pierium Valerianum.* Romae 1521. fol. — *Opp.* cum opuſculis, (poſt Georgica,) *Seruii*, *Donati* et aliorum commentis, cum *Pierii* caſtigatt. et *Aſcenſii* explanatione. Paris. per Petrum Vidouaeum, (Gaudoul.) cum figg. 1529 fol. — Idem *Petrus Vidouaeus* impenſis Petri Viartii excuſſit *Virgilium diligenter ad exemplar Aldinum*

num denuo recognitum. 1522. in minima forma. cuius editionis exemplum habeo in membranis expreſſum typis. — *Opp.* cum *Seruii* comm. emendatis et *Pierii* caſtigatt. Paris. ex officina Rob. Stephani, 1532 fol. — *Opp.* cum *Seruii Probique* comm. ac lect. variationibus, (ex *Pierii* caſtigg.) ſtudio *Alex. Vellutelli* emendata. Venet. 1534. 8. — *Opp.* cum adnotationibus (*Phil. Bechii*, quae fere ſub *Georgii Fabricii* nomine venire ſolent) Lipſiae per Valentin. Papam 1546. 8. — rec. ex emendatione *G. Fabricii* et lect. varietate ab eodem viro docto et cum carminibus minoribus, ibid. 1551. 8. — Idem in emendandis Seruio et Donato multum curae ſtudiique adhibuit in *Virg. Opp* et carm. minoribus, *nunc cum veris commentariis Tib. Donati* et *Seruii Honorati ſumma cura* (G. Fabricii) *editis et diligenter emendatis.* acc. Io. Hartungii adnott. etc. Baſileae. Henricopetri fol. 1551. — Corrigente *Paullo Manutio*. Aldi Fil. (qui ex ſuo iudicio ex aliis edd. multa in contextu mutauit,) Venet. 1555. — rec. cum Manutii adnott. ibid. 1558. 1560. (1561.) 8. —

Operum maiorum tom. I minorum, Culex etc. tom. II. *ex recognitione G. Fabricii, cuius obſeruatt. Virgilianae lectionis acceſſere.* Argent. apud Rihelium 1557. 8. — cum opuſculis, *ad fidem caſtigatiſſ. exemplarium quam diligentiſſime reſtituta.* Lugduni per Seb. Gryphium 1556. 8.

Sed

Sed nouam dedit recenſionem, *Antonius Gryphius*, fil. *Virg. Opp. una cum Opuſculis.* Lugduni apud heredes Seb. Gryphii 1560. 12. — *Opp. Theodori Pulmanni* ſtudio correcta. c. Paulli Manutii et G. Fabricii obſeruatt. Antwerp. 1564. 12. — (haec nobilis editio Heynio princeps eſſe videtur editt. Pulmannianarum) 1565. — cum opuſculis minor. 1566. 8. et ſaepius repet. — *Virg. opera*, a Io. a Meyen. Venet. apud Aldum. 1576. 1580. 8. (v. *Pinelli* Catal. II. pag. 388.) — *Virg. e MS. Carpenſi*, (cod. Mediceo) cum notis P. Manutii Venetiis 1583. 8. (quae editio ab editoribus poſterioribus plane neglecta eſt)

Iun. Philargyrius in Bucolica et Georgica *Virg. primum* prodiit adiunctus Fuluii Vrſini notis ad Catonem, Varronem et Columellam. Romae 1587. 8. — ex cod. Palatino cum *Fab. Planc. Fulgentii* expoſitionibus Virgilianae continentiae, *Philargyrii* comment. *Fuluii Vrſini* notis in Seruium ex bibliopolio Commeliano 1589. 1599. 1603. 8. — cum *Seruii* comment. ex antiquiſſimis exemplaribus, longe meliores et auctiores. Ex bibliotheca *P. Danielis*. acc. *Fabii Planciadis Fulgentii* liber de continentia Virgiliana, auctior e MS. cod. et *Iunii Philargyrii* comm. in Buc. et Georg. Paris. Seb. Niuelle. 1600. fol. (haec eſt nobiliſſima ed. propter Seruii commentarios:) — vitioſe rec. Geneuae 1620. 4. —

Opp.

Opp. argumentis, explicationibus et notis (antiquariis et grammaticis doctis) illuſtrata a *Io. Lud. de la Cerda*, Madriti 1608. — 1617. III. voll. fol. — iunctim edita Lugd. 1612 — 1619. fol. Colon. 1628. 1642. Francofurti. 1647. fol. III. voll. — e rec. *Dan. Heinſii*, Lugd. Bat. ex offic. Elzeuir. 1636. 12. et 16. — 1652. etc.

Patris tamen merita in emendando Virgilio multum ſuperauit filius, *Nicolaus Heinſius*, Poetarum rom. ſospitator: cuius cura melior prodiit *Virg.* primum apud Elzeuir 1664. 12. — tum adiect. *Culex* et *Ciris* ex offic. Hackiana. 1671. 16. Amſtel. Elzeu. 1676. 8. et 12. e membranis compluribus iisque antiquiſſ. recens. Lugd. B. Hack. 1684. 12. et saepius — *Opp.* interpretatione et notis illuſtrauit *Carol. Ruaeus*, in vſum Delphini. Paris. 1675. 4. rec et ex fide Nic. Heinſii emendata. Paris 1682. 4. et ſaepius Pariſiis ac Londini. — cum notis integris Seruii, Philargyrii, nec non Pierii variis lectt. et ſelectis multorum. Cum obſſ. *Iac. Emmeneſii* et indice Erythraei. Lugd. B. et Amſtel. ex off. Hackii 1680. 8. III. voll. —

Virg. Opp. Io. Henr. Boeclerus quondam ex inſigni MS. biblioth. Argentorat. recenſuit, et annotationes tam philolog. quam philoſophicas et politicas, in quibus Seruii commentar. praecipue illuſtratur, eleganter ſuppeditauit. Vlmae 1698. 8. Textus viuo Boeclero

Q fuerat

fuerat expreſſus, ſed triginta demum ann. poſt illius mortem opus abſoluit alius, qui addidit adnott. in Aeneida nec paris pretii, nec admodum multas, ex ore quondam praeceptoris ſui, Boecleri, exceptas, in quibus variae cod. Argentor. lectiones adferuntur, criſi interdum adhibita et ratione Seruii, vel potius farraginis plurimorum grammaticorum, (nam Boecl. ait p. 52. ſe inſpexiſſe XIII. exemplaria MSSta, quorum nullum cum altero conſentiat,) crebro habita. Notae in Bucolica et Georgica admodum ieiunae et ex Seruio, P. Ramo et Frid. Ceruto miſere compilatae alium habent auctorem. Adhaerent quoque Culex, Ciris, Catalecta, et variorum poetarum in Virgilii opera et vitam praeconia, ex recens. Scaligeri.

— *Opp.* cum integris comm. Seruii, Philargyrii, Pierii. Acc. Scaligeri et Lindenbrogii notae ad Culicem, Cirin, Catalecta. ad cod. MS. reg. Paris. recenſuit *Pancratius Masuicius*, Leouardiae 1717. 4. II. tom. — rec. Venet 1736. 4. II. voll. — Opp. ex recenſione *Alex Cuninghami*, Scoti, cuius emendationes ſubii ciuntur. Edimburgi, 1743. 12. —

Opp. cum integris et emendatioribus comm Seruii, Philargyrii, Pierii. Acc. Fuluii Vrſi ni — praecipue *Nic. Heinſii* notis nunc pri mum editis, quibus et ſuas in omne opu animaduerſiones et variantes in Seruium le ctiones addidit *Petr. Burmannus*. Poſt cuiu obitum — curam ſuſcepit et adornauit *Petr Bur*

Burmannus, iunior. Amſtel. 1746. 4. IIII. voll. Minora opuſcula, quarto volumini ſubiuncta, carent adnotationibus.

Opp. argumentis et chreſtomathia illuſtrauit *I. Peter Miller.* Berolini 1753. 8. — Praeterea nominandae ſunt edd. quaedam ob ſplendorem aut nitorem litterarum. *Codex antiquiſſimus a Rufio Turcio Aproniano diſtinctus et emendatus*, qui nunc Florentiae in bibliotheca Mediceo-Laurentiana adſeruatur bono publico typis deſcriptus 1741. Florent. 4. (a *Petro Franc. Foggino* publicatus) — Antiquiſſimi Virgiliani codicis fragmenta et picturae ex bibliotheca Vaticana ad priscas imaginum formas a *Petro Sancte Bartholi* inciſae. Romae ex chalcographia R. C. A. h. e. Romanae Camerae Apoſtolicae 1741. Fol. — *Opera.* Paris. apud Io. Barbou. 1714. et 12. et 4 — Londini ex offic. Iac. Tonſon et Io. Watts. 1715. mai. 12. cura *Maittarii.* — in linguam anglicam translata, cum notis et obſſ. criticis atque exegeticis *Ios. Trappii*, Londini. 1731. III. voll. 8. — ſtudio *T. Cooke.* Londini 1741. 8. — Goettingae 1743. 12. — *Opera* ad P. Maſuicii editionem caſtigata, tomi II. Londini apud Io. Brindley. 1744. 12. 1753. 8. — illuſtrata, ornata et accuratiſſime impreſſa (cum praeclaris figur. ex antiq. monimentis expreſſis) tom I. II. Londini impenſis I. et P. Knapton et Guil. Sandby. 8. et 12. 1750. — *Opera* ex antiquis monumentis illuſtrata cura, ſtudio et

Q 2 ſumti-

ſumtibus *Henrice Iuſtice* VI. voll. 8. et 4. 1753. 1763. quibus monumentorum doctam explanationem addidit Saxius. VI. vol. 1766. — Splendidiſſimum et characterum peculiari nitore commendatiſſimum in charta laeuigata exemplar eſt Birminghamiae, typis Io. Baskerville, 4. mai 1757. et 1766. 8.

P. V. M. Bucol. Georg. et Aeneis, ex codice Mediceo-Laurentiano deſcripta ab *Ant. Ambrogi*, Florentino, S. I. italico verſu reddita, adnotationibus atque var. lect. et antiquiſſimi Cod. Vaticani figuris pluribusque aliis veterum monumentis aere inciſis et cl. Virorum diſſertationibus illuſtrata, III. tomis. Romae. Excu. Io. Zempel, Venantii Monaldini ſumtibus. Fol. 1763. 1764. 1765. Rei criticae parum peritus *Ambrogius* magnis ſumtibus valde inutilem editionis molem emiſit.

— *Georgicorum* libri IV. The Georgics of Virgil with an Engliſh Translation and Notes by *Iohn Martyn*. Prof. of Botany in the Vniverſity of Cambridge. London for the Editor. 4. 1741. rec. 1746. et 1750. Ad intelligentiam herbarum, quarum mentionem fecit Virgilius, vtilis eſt haec editio, quam in ſermonem teutonicum transtulit *Duſchius* Hamburgi 1760. — Bucolicorum Eclogae decem. The Bucolicks of Virgil, with an Engliſh Translation and Notes by *I. Martyn*. London. 1749. 4. The Works of Virgil in Latin and Engliſh. The Original Text correctly print-

printed, the Aeneis translated by *Chp. Pitt*, the Eclogues and Georgics with Notes by *Ioſ. Warton*, with ſeveral new Obſervations by Mr. *Holdsworth*, *Spenſe* and others IV. vol. London. 1753. Holdsworth notae et diſſ. aliae poſt eius mortem anglice ſcriptae et editae ſunt a *Spence*, cum huius notis. Londin. 1768. 4. — Opp. per *Io. Ogiluium* edita et multis ſculpturis aeneis nitidiſſimis adornata. Lond. 1663. fol. ſine notis et ſcholiis, nitidiſſima et rariſſima, ſed parua arte curata editio. — Opera curis et ſtudio *Stephani Andr. Philippe*. Lutet. Paris. typis Ioſ. Barbou. 1745. 1754. 8. min. III. tom. — Opera tabulis aeneis olim a *Io. Pine*, ſculptore regio defuncto, illuſtrata. Opus paternum in lucem profert *Robert. Edge Pine*. Londini. 1774. II. voll. mai. 8. — ad optimorum exemplarium fidem recenſita, (nitide.) Edinburgi ap. G. Hamilton et G. Balfour. 1755. II. voll. 8. — Parmae regio typographeo 1779. 8.

Nemo tamen noſtra aetate de Virgilio magis meruit, nec plura contulit ad legitimam, doctamque poetae interpretationem atque intelligentiam, quam cel. *Heyne*, Profeſſor Gottingenſis, qui bis recenſuit et quater edidit *Virgilii opera* tam genuina, quam quae ſub nomine eius circumferri ſolent aut falſo illi adtribui. Primum ille edidit *P. Virgilii Maronis Opera varietate lectionis et perpetua adnotatione illuſtrata, tomus I.* Lipſiae, 1767. 8.

Praeſtantem hanc editionem varia elegansque eruditio valde commendat. Primum eſt notitia critica codicum MSS. atque omnium editionum: tum ſequitur *Donatus* de Virgilii vita, doctis illuſtratus obſeruationibus: dein *Virgilii* vita per annos digeſta, auctore *Heynio:* porro teſtimonia de Virgilio et eius operibus, denique diſput. elegans de carmine Bucolico. — *Tomus ſecundus* Lipſiae, 1771. 8. continet Aen. libr. I — VI. illuſtratos cum excurſibus doctiſſimis. Praemittuntur disquiſitio I. de carmine epico Virgiliano, et disquiſitio II. de rerum in Aeneide tractatarum inuentione. — *Tomus* III. Lipſiae, 1775. comprehendit Aeneidos libr. VII. — XII. — *Tomus* IV. eod. anno complectitur *carmina minora:* tum, Addenda et corrigenda ad ſuperiores tomos atque indicem. — Poſthaec omiſſis longioribus diſputationibus, varietate lectionis, et opuſculis, nec non contracto, ac freqüenter mutato commentario, contextu interdum correcto, edidit *Virg. Opp.* perpetua adnotatione nouisque curis illuſtrata, Lipſiae, 1780. II. voll. min. 8. — Tum denuo recenſuit Opera et in lectione mutanda paullo plus ſibi indulſit. Notitiam codd. et editionum mire ſciteque auxit, multa praeterea in notis tam criticis quam exegeticis atque in Excurſibus addidit, ita vt in fronte libri vere diceretur: *Editio altera emendatior et auctior.* Lipſiae, 1788. ſq. IV. voll. Quibusdam exem-

exemplaribus ſplendidior forma externa, figuris ornata, eſt addita. — Minor editio eodem fere tempore iterum, ex maiore ducta et emendatior, prodiit. —

— *Opera:* acc. M. Manilii Aſtronomicon cum notitia litteraria ſtudiis ſocietatis Bipontinae. *Biponti*, 1783. II. voll. 8. — ad optimorum codicum fidem recenſuit (multis in contexto mutatis,) *Rich. Franc. Phil. Brunck.* Argentorati, 1785. 8. mai. — *Opp.* interpret. et notis illuſtrauit *Carolus Ruaeus.* editio noua, correct. Paris. 1785. ex offic. Barbou. III. voll. — cum adnott. *M. Iac. Baden.* Hauniae, 1780 ſq. mai. 8. II. voll. — *Opp.* (at vitiis typographicis commaculata,) cum notis *Henrici Braun*, Monachii, 1780. 8. II. tom. — *Opp.* textus lat. e cod. Mediceo, (ab Abb. *Foggino* publicato,) cum variis lect. codd. Vaticani et Palatini et cum verſione italica Bucol. ac Georgic. ab editore *Franciſco Scauio* (cuius verſionis prima editio lucem viderat Romae 1765.) atque cum interpretatione Aeneidos ab *Hannibale Caro* facta, hic emendata. Mediolani apud Caietan. Notta, 1781. 1782. IV. voll. mai 12. — *Georg.* textus lat. cum gallica verſione metrica, et notis ac lect. varr. auctore Abb. *de Lille*, Kehl, 1784. mai. 8. — *Georgica*, cum illuſtrationibus, explicationibus et emendationibus textus. edit. *Gilbert Wakefield*, A. B. et membrum ſocietat. Ieſu in vniuerſ. Cambridg.

Londini 1788. 8. — *Georgicorum* libri IV. graeco carmine heroico expreſſi, notisque perpetuis gr. illuſtrati ſtudio ac labore *Eugenii de Bulgaris*, archiepiſcopi Cherſones. Petrop. 1786. mai. fol. cum textu latino, cui oppoſita eſt verſio graeca metrica: ſubiectus eſt commentar. graece ſcriptus in vſum iuuenum graecorum, adhibitis editionibus de la Cerda et Ruaei, cum Vrſino et Ambrogio. — *Virg. Georg.* theotiſco carmine heroico expr. a *Io. Henr. Iungio*, Prof. Heidelbergenſi, Manhemiae, 1787. 8. alter tomus comprehendet obſeruatt. — item ab *Alex. Weinrich.* Marburg, 1789. 8. — Aeneida metrice in linguam teutonicam. Halae, 1785. tom. I. coepit conuertere *Iani*, de reliquis verſionibus v. editores Bipontinos et quos laudaui in Introd. in Not. litt. rom. II. pag. 317 ſqq. —

Cortius olim editurus erat Virgilium, et habeo plagulas typis expreſſas, in quarum fronte ſcripſerat Longolius: *Virgilii Specimen editionum in vſum ſcholarum Saxonicarum circa an. 1728. a Gottlieb Cortio adornatum.* Enimuero, vtut docte confecta fuiſſet editio, tamen propter molem notarum et prodigam eruditionis liberalitatem, num ad vſum ſcholarum futura fuiſſet apta, equidem valde haeſito: altera plagula typis excuſa eſt, at ſine die et conſule ſcripta: *Notulae* (vel potius, copioſiſſimae notae) *in Eclogam V.* et *ad Eclogam VI. Virgilii notulae* (aeque abundantes.)

Quis

Quis illarum fuerit auctor, qui tamen Eclog. V, 54. laudat liberalitatem *Magnifici Dom. Praschii*, aut quando ſcriptae, fuerint, equidem neſcio, neque indagare vacat.

5. In omni poeſeos, qua inclitus fuit, genere Virgilius princeps latinorum, et ſingularis recte habetur. Phraſis, formulae loquendi ac ſententiae ſunt elegantes, latinae, rebusque et perſonis, de quibus canit, plerumque adcommodatae. Hinc in Bucolicis, in quibus Theocritum praeſertim imitatus eſt, ſtilus eſt humilis, et, vt plurimum, moratus; cedit tamen Theocrito, et interdum comtior, magisque vrbanus, quam paſtorem deceat: in Georgicis, Heſiodum ſequutus, eſt floridior laetiorque, et neminem fere habet parem, nedum ſuperiorem: in Aeneide, in qua praecipue Homerum ſibi exemplum propoſuit, magnificus et ſublimis, artiſex in pingendo, inuentione vero Homero impar plurimis videtur: multis digreſſionibus atque comparationibus carmen egregie ornat. *Scaliger* quidem Poet. V. 2. Virgilio prae Homero primas tribuit, id, quod etiam *Rapin* fecit in libro: Comparaiſon d' Homere et Virgile, Paris. 1669. 12. ſed ſecus videtur docto atque ingenioſo auctori (*Schirachio*) libelli: Litterariſche Briefe an das Publicum, I, Paquet. Altenb. 1769. epiſtola octaua. Macrobius Saturnal. V. c. 11. ſqq. iam vtrumque comparauit. *Renati Rapini* Comparatio

Homeri et Virgilii e Gallico in Latinum translata: tum *Tollii* Comparationes Theocriti et Virgilii, Patronii et Virgilii, ſunt in diſſert. ſelect. crit. — a *Iano Berkelio*, Lugd. B. 1707. 8. edit. Neque tamen Virgilius ab omnium criminationibus liber erat. Noſtra praeſertim aetate P. *Harduinus* Aeneida non ſolum Virgilio denegauit; ſed opus quoque imperfectum atque impium eſſe ſtatuit; et *Marklandus*, in fine praefationis ſuae ad Statii ſyluas de Virgilii Aeneide acerbum et iniquum tulit iudicium.

6. Contra Harduinum defendit Virgilium cel. *Saxius* in vindiciis ſecundum libertatem pro Maronis Aeneide, cui manum Io. Harduinus nuperus aſſertor iniecerat. Lipſiae 1737. 4. v. quoque eius Onomaſtic. tom. I. pag. 172 — 175. et pag. 562. — Ceterum praeter centones a multis ex Virgilio conſutos aliaque de eo eiusue ſingulis poematibus ſcripta laudari merentur: *Caroli Ruaei* vita Virgilii ordine chronologico expoſita, eiusque editioni praefixa. — *Fuluii Vrſini* Virgilius cum Graecis ſcriptoribus collatus, ed. 2. Valkenarii, Leoward. 1745. 8. — *Ch. Ad. Klotzii* libellus de verecundia Virgilii. Gotting. 1763. recuſus in eius Opuſculis varii argumenti, pag. 242. ſqq. contra hunc diſputat auctor, (Herderum eſſe dicunt.) in Kritiſchen Wäldern. 2. Wäldgen pag. 123. ſqq. ſed compara Litterariſche Briefe loco memorato. — His addi poſſunt *Fabricius* in Bibl. graec. vol. I. l. I c. 30. ſect. 14. de ora-

oraculis de rege futuro, et ecloga IV. Virgilii explicata. — Critical obſervations on the ſixth Book of the Aeneid. Londini 1770. 8. — Remarks and Diſſertations on Virgil by the late Mr. *Holdsworth* publiſhed with ſeveral notes and additional Remarks by Mr. *Spence*, Londini 1768. 4. — Obſervations on the Subject of the *fourth Eclogue*, the Allegory *in the third Georgic*; and the primary Deſign *of the Aeneid* of Virgil: with incidental Remarks on ſome Coins of the Jews. by *Samuel Henley*. F. S. A. Rector of Rendlesham Suffolk. London. 1788. mai. 8. De redemtore totius generis humani non cogitandum eſſe in Ecloga IV, ſed poetam de ſperato Octauii, Scribonia matre, herede canere, docet. In Georg. III. *Idumaeas referam tibi Mantua palmas* de iudaica diuinatione intelligit, et argumentum Aeneidos eſſe putat ex vaticiniis prophetarum iudaicorum et Sybillinorum carminum ductum de futuro totius orbis domino, quae Virgilius in Auguſtum transtuliſſet. Sed conf. Götting. ephem litter. a. 1789. pag. 63. — *I. Aug. Henr. Tittmanni* de Virgilio Homerum imitante epiſtola gratulatoria. Wittebergae 1787. 8. — M. *Io. Conr. Burchardi Fiſcheri* disput. de codicibus MSS. Horatii atque Virgilii Barthianis, ſimul cum animaduerſionum in Horatium ſpecimine. Helmſtad. 1785. 4. — cel. *Io. Chriſtiani Wernsdorfii* diſp. reſpondente *Erneſto Ludou. Aug. Eiſenhart*, de pignori-

bus

bus imperii romani, locus Seruii grammatici ad Virgil. Aen. VII. v. 188. expenſus. Helmſtad. 1786. — De Sepulcro Virgilii v. *Donati* vitam Virgilii, c. 14. §. 55. ibique Heyne. — *Franciſci Campani* quaeſtio Virgiliana, per quam diligentiſſimus poeta negligentiae, quam Tucca et Varus ac caeteri hactenus obiecerunt, abſoluitur, et ſine qua multa in diuina Aeneide ad hanc diem obſcuriſſima loca, ſed in ſecundo praeſertim et ſexto intelligi non poſſunt. etc. Mediolani. 1540. 4. et alibi. — (cl. *Chriſtiani*) programma de rariſſima editione, (*Bucolic. Georgic.* et quorumdam opuſculor. min. Louanii 1475. *Aeneid.* ibid. 1476. fol. per Ioannem de Paderborne in Weſtfalia) Kilon. 1785. 4. — cl. *Fried. Aug. Wiedeburg* Progr. Etwas zur Aufklärung einiger Stellen in Virgils Schäfergedichten. Helmſtadt. 1778. 4. — cl. *Seybold* progr. I. in IV. librum Aeneid. Grünſtadt 1778. — II. Buchsweiler 1783. 4 — Eiusd. progr. de arte Virgilii in Aeneide et comparatione cum Homero. ibid. 1789. 4. — *Falconiae Probae* e Virgilio Centones in V. et N. T. (poſt ann. 393.) edidit *Kronmayerus*, Halae 1719. 8. — Auſonii cento nuptialis. Laelii Capilupi cento Virgilianus de vita Monachorum. Marci Velſeri (Pauli Merceri) Proteus Virgilianus etc. memoraſſe iuuat. — Geographie de Virgile, ou Notice des lieux, dont il eſt parlé dans les ouvrages de ce Poete, accompagnée d' une Carte geographique de Monſ.

Monſ. *Buache*, par Mons. *Helliez.* Paris 1771. 12. Auctor ordine alphabetico ſitum locorum deſcripſit, eorumque memorabilia, tum quae ad hiſtoriam naturae, mores et negotia incolarum pertinerent, et quae illorum nomina noſtra eſſent nomina, breuiter enarrauit. — *Sulzer* in Theorie der ſchönen Künſte etc. part. I. — IV. Lipſiae 1771. 4. et eius doctus recentioris editionis auctor, de *Blankenburg* a. 1786. 8. ſub art. *Aeneis*, *Heldengedicht*, *Hirtengedichte*, ac *Lehrgedicht.* — Plura adtuli alio loco.

7. Titulo *Catalectorum Virgilianorum* eruditi carmina varia inſigniunt, quae Virgilio vulgo tribuuntur, vt, *Culex*, *Ciris*, *Copa*, *Dirae*, *Carmina*, *Priapeia*, *Moretum* etc. quae haud paucis editionibus adiunguntur. Illorum editio optima fuit olim cum n. Ioſ. Scaligeri, et Frid. Lindenbrogii, inſcripta: *P. V. Mar. Appendix*, cum ſupplemento multorum antehac numquam excuſorum poematum Veterum poetarum etc. Lugd. Batau 1595. et 1617. 8. — Notandae tamen ſunt Venetiana 1484: Fol. et Aldina 1517. 8. — *P. V. M. Copa* cum commentariolo *M. Ioannis Weitzii*, ſubiunctum eſt ſpicilegium in Moretum Septimii Sereni. Francof. 1642. — Praeſtat edit. *Opuſculorum*, exceptis ſ. reſectis tamen Priapeiis, Heyniana in vol. IV. Virgilii, vbi de ſingulis eorumque auctoribus diſſeritur.

More-

Moretum poſt alios adſcribit *A. Septimio Sereno* cel. *Wernsdorfius*, et reddidit illud cum copa eiusdem, ut opinatur, auctoris doctisque illuſtrauit animaduerſionibus in Poetis lat. minoribus tom II. pag. 245. ſqq. — *Copa* quoque ineſt libr. III. Anthol. lat. a. *Burmanno* editae.

Carmen *Aetna*, idem doctiſſ. *Wernsdorf*, vindicauit *Lucilio iuniori*, recepit inter Poet. lat. min. vol. IV. init. eruditeque non ſolum explicuit, ſed etiam de auctore illius diſſeruit: pariter *elegiam*, quae Virgilio vulgo tribuitur, aliis ſecus iudicantibus, *ad M. Valerium Meſſalam* idem poſt Burmannum in Anthol. lat. libr. II. p. 292. et Heynium, reddidit atque expoſuit in tom. III. poet. lat. min. p. 117 ſq.— et pag. 46. ſqq. prolegg. ac pag. I. *Valerii Catonis* *) *Diras*, quas iam antiqua aetas, quamquam perperam, Virgilio adſcripſerat: pag. LIV. ſq. recenſet editiones.

Priapeia, male quondam adtributa Virgilio, aliquoties edita ſunt, et ſuos habuerunt interpretes, interdum aeque inuerecundos. Memoro tantum editionem: *Priapeia* ſiue diuerſorum poetarum in Priapum luſus, illuſtrati commentariis *Gasperis Scioppii*, Franci. *L. Apuleii* Maudaurenſis *ἀνεχόμενος*, ab eodem illuſtratus. *Heracliti*, Imperatoris, *Sophoclis*, Sophi-

*) Conf. *Sueton* de grammat. XI. et cel. Saxii Onomaſt. tom. I. pag. 597.

Sophiſtae, *C. Antonii Q. Sorani* et *Cleopatrae*, Epiſtolae, de propudioſa Cleopatrae regii ac libidine. Francof. ad Moen. 1506. 12. — Huic editioni accedunt *Ioſephi Scaligeri* in Priapeia commentarii ac *Friderici Lindenbruch* in eadem notae, Pataui, 1664. 8. rec. Lipſiae, at nomine *Patauii*, et eiusdem anni renouato.

Hoc loco commode me arbitror poſſe commemorare *catalecta Virgiliana* cum reliquis antiquis epigrammatibus et poematibus veteribus — e bibliotheca *P. Pithoei*, Paris. 1596. 8. *P. Burmanni* Anthologiam veterum latinorum epigrammatum et poematum, ſiue Catalecta poetarum latinorum etc. (cum notis vberrimis et doctiſſimis,) Amſtel. 1759. T. I. 4. tom. II. 1773. et *Ch. Ad. Klotzii* Antiburmannum. Ienae 1761. 8. in quo multa loca Anthologiae explicantur atque illuſtrantur. Multa recepit cel. *Wernsdorf* in praeclaram collectionem poetarum latin. minorum. v. prolegom. §. 4.

8. Mentio quoque fieri debet *Caii Iulii Caeſaris Octauiani Auguſti* nat. a. v. c. 691. mort. a. v. c. 767. a Chriſto nato, 15. de eius die natali, vide *Burm.* et *Oudendorp.* ad Sueton. Aug. c. 5. Varia is ſcripſerat cum in ligata, tum ſoluta oratione, quorum fragmenta collegit, digeſſit et illuſtrauit *Ian. Rutgerſius* in variis lectionibus, libr. II. c. 13. pag. 135. ſqq. adiatur I. *Alberti Fabricii* libr. *Imperatoris Caeſaris Auguſti temporum notatio, genus et ſcriptorum fragmenta.* Hamburgi 1727. 4.

In

In hac collectione reperitur quoque nobile illud *monumentum Ancyranum*, ſ. index rerum ab Auguſto geſtarum: de quo et de *C. Cilnio Maecenate*, auctore quorumdam poematum et a Virgilio, Horatio aliisque mire celebrato, plura adnotaui in Introd. in Hiſt. litteraturae rom. II. pag. 334 ſqq. adde cel. *Beckii* Anleitung zur Kenntniſs der allgemeinen Welt und Voelker Geſchichte vol. II. Lipſiae 1788. pag. 310. ſqq. pag. 321. — *Io. Alberti Spiſii* Progr. recenſens poetas Auguſtos primorum a Chriſto nato ſaeculorum. Altdorf 1736. 4.

§. 6.

Q. HORATIUS FLACCUS.

1. Natus eſt A. V. C. 688. (689. Varron.) a. Ch. N. 65. (66.) obiit a. V. C. 745. (746.) a Chriſt. nat. 8. (7.)

2. Venuſii e genere ignobili, (pater enim fuit coactor,) ortus eſt: parens eum deduxit Romam, atque Orbilio diſciplinae fideique tradidit. Interfecto Caeſare, quum reſpublica vexaretur, Horatius Athenas profectus eſt, ſtudio philoſophiae et artium delectatus. Muſis vero magis fidus fuiſſe, quam Marti arguitur. Cuinam philoſophiae ſectae addictus fuerit, ex eius poematibus non ſatis liquet, quidquid alii occinant. Atque ingenio poetae vim adferet, aut artis poeticae parum erit peritus, qui adeo inhumanus eſt, vt poetam, praecipue in odis, in verba cuiusdam ſectae iuraſſe credat. Si quis adeo

adeo lepidus erit, vt mitius dicam, qui in Horatii carminibus ſingulares opiniunculas venetur philoſophicas, is Stoicorum, Epicureorum et, neſcio, quorum aliorum placita reperiet, de quibus Horatius forſan non cogitauit. Quaſi vero poeta, qui hilaris ludit, e ſchola Epicureorum exierit; aut qui ſublimes firmato pectore fundit ſententias, Stoicis ſe addixerit. Quam difficile eſt, in illos poetarum minus intelligentes ſatiram non ſcribere! Poetae veri philoſophiam h. e. popularem, quae animi motus eorumque vias ac latebras callide inueſtigat, verba adfectibus animi apta adhibet; in rebus arduis grauiter, iocoſe vero atque amoene ſcribit, quando genio indulget, aut hilari animo ad hilares ſcribit ſocios; hanc igitur philoſophiam probe calluit Horatius, ſuo ingenio ſus. Vitam vero priuatam commodam plurimum in villa ſua,*) (Epiſt. I. ep. 16. 5. ſq. ad

*) De villa Horatii nimis ſuperbum tulit iudicium *M. L. Capmartin de Chaupy* in: Decouverte de la Maiſon de Campagne d' Horace. Romae 1769. 8. III. tom. Elegantior eſſe dicitur *Domenici de Sanctis* diſſertazione ſopra la villa di Orazio Flacco Romae 1761. 4. rec. ibid. 1768. Idem edidit tertium librum, ſententiam ſuam de ſitu et regione praedii Horat. vberius firmat ex inſcriptione 1757. reperta, et Capmartin arguit plagii in: III. Diſſertazioni ſopra la villa di Horazio Flacco. II. il Mauſoleo de' Plauzi in Tivola. III. Antino citta municipio etc. Rauennae, 1784. mai. 4.

ad quam v. *Wieland* in huius verſione germar. tom. I. pag. 217. ſq. 225. ſqq. adde eundem p. 201. ſq. contra *Capmartin* de multa disputantem,) curisque ſecuram muneribus praetulit publicis. Praeſtantia atque vrbanitate ingenii et verborum lepore, ſedata republica, fauorem et gratiam Auguſti et Maecenatis conſequutus eſt.

3. *Odarum* libr. IV. *Epodon.* libr. vnum: *carmen ſaeculare*; *ſermonum* libr. II. *epiſtolarum*, libr. II. et *de arte poetica* librum reliquit.

4. Veterum Scholiaſtarum, *Helenii Acronis* et *Pomponii Porphyrionis* etc. notae haud pauca Horatii loca egregie illuſtrant. Recenſebimus igitur potiores editiones, et eas, in quibus illae comparent; et illas, in quibus omiſſae ſunt. *Ianus* quidem *Parrhaſius* epiſt. quaeſt. epiſt. 5. pag. 734. probaturus eſt, Acronem, Seruio antiquiorem, non eſſe auctorem Scholiorum in Horatium.

Tanta autem eſt editionum multitudo, vt omnium aut etiam plurimarum enumeratio ne taedium adferat, ſit metuendum. Atque ingentem editionum ac verſionum catalogum contexuerunt *Douglas* in Catalogo editt. Q. H. Fl. ab anno 1476. ad an. 1739. quae in bibl. Iac Douglas adſeruantur, Londin. 4. *I. W. Neuhau.* in Bibliotheca Horatiana, ſ. ſyllab. edd. Q. H Fl. interpretationum, verſionum ab a. 1470 ac

ad an. 1770. Lipſiae, 1775. (complectitur fere 800. edd. et ſcripta ad Horatium pertinentia,) *Iani* in indice edd. et pleniorem curatioremque doctiſſ. editor. Hor *Bipontinus*. adde, quae ſcripſi et collegi in Introduct. in Notit. litt. tom. II. pag. 367 ſeqq. Equidem claſſicas aut rariſſimas aut ceteris meliores indicabo editiones, quarum *quatuor aetates* concinnari poſſunt.

Prima aetas, ſ. natalis ab a. 1470—1500. *Princeps* eſt, ſine loco et anno, ſine titulo et typographi nomine, 4. quam *Maittarius* in Annal. typ. I. pag. 292. ed. II. adſerit anno 1470. et ex typographia *Antonii Zaroti*, Parmenſis, qui Mediolani, anno circ. 1470. libros coepit excudere: atque *Saxius* in Hiſtor. typogr. Mediolanenſi, cum Argelati ſcriptoribus Mediolan. tom. I. pag. 559. Maittarii tantum auctoritate motus inter Mediolanenſes illam numerauit. — Idem *Saxius* recenſet reliquas editiones *Mediolanenſes* antiquiſſimas. — *Horat. Opp. omnia*, per *Anton. Zarottum*, 1474. — *Acronis* Comment. in Q. H. Fl. Opera, per *Anton. Zarottum*. 1474. fol. — *Hor.* per eundem, a. 1475. (ex catalogo tantum librorum venalium quodam.) — *Hor.* Opera et impenſis *Philippi de Lauagnia*, ciuis Mediolanenſis 1476. et 1477. fol. — charactere quadrato, per *Anton. Zarotum* 1485. — cum commentariis Acronis et Porphyrionis, per *Ant. Zarotum*,

charactere romano 1486. fol. *) — Claſſicis adnumeratur edit. *Hor.* cum comment. *Porphyrionis*, ex emendatione *Raphael Regii*, *Patauii* **) 1481. fol. — cum interpretationibus *Chriſtoph Landini*, Florentini, Florentiae per Anton. Miſcominum 1482. Venet. 1483. fol. et ſaepius. — Praeſtat, tamquam noua recenſio, poſt haec ſaepe repetita, *Hor. Opp.* cum Comm. Anton. Mancinelli, Acronis, Porphyr. Landini. — a *Philippo Pincio* Mantuano, diligenter *Venetiis* impreſſa 1492. fol. 1494. ***) etc. — Princeps ****) in Germania euulgata eſt edit. *Hor. Opp.* cum quibusdam annott. imaginibusque, (omnino lepidis, quorum adſpectu vel Cato ridere debet,) — per *Iac. Locher*, (Prof. in Academ. Friburg.) — Argentorati opera et impenſis Io. Reinhardi Grüninger 1498. fol. etc.

Altera

*) Conf. *Quirini* Epiſtolam ad Saxium, ſubiunctam tom. II. Argelati Bibliothecae ſcriptorum Mediolan. pag. 19. ſq. — coll. *Gesneri* praef. ad Horat. ab illo editum.

**) Patauii a. 1481. ſcripta eſt epiſtola Regii; at Venetiis librum praelo exiiſſe ſine anni nota, et primam eſſe editionem cum commentario, monet cl. *Gemeiner* in: Nachrichten von den in der Regensburgiſch. Bibliothek befindlichen Büchern. pag. 222.

***) v. *Gemeiner* loco cit.

****) *Martinus Herbipol.* primam partem *Horat.* Lipſ. 1492. 4. antea ediderat.

Altera aetas incipit ab *Aldina*, in qua multa ſunt mutata. Venet. 1501. 1509. 1519. 1527. 8. — Ampla eſt familia *Aſcenſiana*, e Veneta quidem 1492. enata; at vario modo culta: — *Hor. Opp.* cura et typis Aſcenſii: cum *huius Aſcenſii* explicatione Sermones et Epiſtolae: Odae, Epodi et Carm. ſaecul. cum explicat. *Mancinelli* et *Aſcenſii*. Paris. 1503. 1511 etc. nec vero omnes conſentiunt Aſcenſianae, explicationes autem Mancinelli et Aſcenſii ſunt ieiunae et exiles. — *Iuntinae* Florent. 1503. 1514. 1519. et rarae cenſentur et emendatae. — *Horatii poemata* cum adnott. ſ. l. (Lugduni per Sim. Carpentarium) 1511. 8. ex antiquis libris correcta ſunt. — *Georgius Fabricius* egregiam *Horatio* nauauit operam, Lipſiae, 1520. 8.— poſtea *Mich. Bentinus Hor. Perſii, Iuuenalis* opera. Baſil. per Valent. Curionem. 1524. 8. — Iterum *Mich. Bentinus*, vetuſto Sichardi codice vſus eſt et praefatus, edidit *Q. Hor. Fl. Opera* cum commentariis Acronis, grammatici, nuper quam accuratiſſime caſtigatis etc. Baſileae, apud Valentin. Curion. 1527. 8. — *Glareanus* edidit *Hor.* cum adnott. Friburgi Brisg. Aldinum exemplum ſequutus, multis tamen arrogantius correctis, 1523. 8. et ſaepius. — *Hor. poemata* cum comm. multis et veterum et recentiorum. — Venet. 1540. fol. — auct. ibid. 1544. it. emendatius. Baſil. per Henr. Petrum. 1545. fol. et ſaepius Venetiis.

Vt multas Stephanianas ac Gryphianas, quae ſua laude boniſque non carent, mittam, ad nouam quaſi progeniem ac recenſionem *Mureti* progrediar: — *Hor.* cum ſcholiis M. *Antonii Mureti.* Venet. apud Aldum, iuniorem. 1551. 8. 1552. 8. — cum comment. *Ant. Mureti* et *Aldi Manutii*, additis ſcholiis *Io. Mich. Bruti* ad libros Odarum et Epod. Venet. apud P. Manut. 1556. et ibidem ac alibi ſaepiſſime. *Mureti* ſcholia aliis quoque adhaerent editionibus. —

Praeclara et fere princeps eſt editio, praecipue ſi veteres ſpectes ſcholiaſtas: *Hor. Opp.* grammaticorum antiquiſſimorum, Helenii Acronis et Porphyrionis, commentariis illuſtrata. — edita auctius et emendatius, quam vmquam antea per *Georg Fabricium.* II. Tom. Baſil. 1555. fol. Alteri tomo inſunt multi commentatores recentiores. — rec. 1570. 1580. apud Henricum Petri: ſunt autem commentarii XL. grammaticorum. — Poſtea *Fabricius* edidit *Horat.* ex codd. ſuis, tantum argumentis et caſtigatt. illuſtratum, Lipſiae, 1570. repet. decies vsque ad annum 1605.

Interea noua lux adfulſit *Hor.* poematibus cura et ſtudio ſagacis critici aeque ac eximii grammatici, *Dionyſii Lambini*, qui ab a. 1561. nouam quaſi editionum progeniem edidit, primum ex fide atque auctoritate decem codd. MSSt. cum commentariis egregiis et copioſis, Lugd. per Io. Tornaeſium 1561. 4. —

rec.

rec. Venet. 1565. 4. — acc. *I. M. Bruti* notae. Venet. apud Paull. Manut. 1566. 4. (quae Lambinianarum editt. eſt rariſſima;) Paris. eod. anno 8. — tum *Lambinus* iterum recognouit textum, adhibitis praeter ea aliis exemplaribus antiquis, multis locis purgauit, et commentarios plus tertia parte amplificauit. Paris apud Io. Macaeum. 1567. fol. — rec. Francof. ad Moen. ex offic. Andr. Wecheli. 1577. fol. — Paris accedente Turnebi commentario, 1579. Lugdun. 1597. 4. et cum comment. *Turnebi* atque *Theodori Marcilii*, (quae editio optima Lambiniana habetur,) Paris. 1605. fol. — et eodem anno, adiectis adhuc *Henr. Stephani* diatribis, apud Petrum de la Roviere. Aureliae Allobrog. 4. —

Laudanda eſt ed.: *Hor.* ex caſtig. *Th. Pulmanni*, ad Mureti, Lambini aliorumque editt. atque vett. aliquot libros collatus et ſcholiis illuſtratus. Antwerp. ex offic. Plantini 1566. 12. ſexies deinceps recus. — *Hor. poemata* exactiori multo fide, innumeris ad veram metri rationem locis reſtitutis, recognita; variis etiam lectionibus nunc primum ad marginem appoſitis: doctiſſ. item virorum argumentis et annotatt. illuſtrata. Francofurt. apud heredes Chriſtiani Egenolphi. 1569. 8. Ex Acrone, Erasmo, Sabellico aliisque multis ſunt admodum paucae adnott. tantum excerptae et hinc inde adſperſae.

Succeſſit *Cruquius*, interpretum antiquiorum princeps; primum inſtar promulſidis expoſitus fuit *Hor.* Carminum lib. IV. ex antiquiſſimis MSSt. codd. cum commentariis falſo adhuc *Porphyrioni* et *Acroni* adſcriptis; opera *Iac. Cruquii*, Meſſen. editus: eiusdem in eundem annott. Brug. Flandr. apud Hub. Goltzium 1565. 8. — tum *Hor.* Satyrarum ſ. potius Eclogarum libri II. ex antiquiſſimis MSS. purgati et clarius explicati. Opera *Iac. Cruquii*, Meſſen. Eiusdem in eosdem commentarii. Antwerp. ex offic. Plantin. 1573. 8. — Denique integra poetae opera: *Horatius* ex antiquiſſimis XI. libr. MSS. et ſchedis aliquot emendatus et plurimis locis cum commentariis antiquis expurgatus et editus, opera *Iac. Cruquii.* Eiusdem in eumdem enarrationes, obſſ. et variae lectt. cum aliis quibusdam, et indice. Antwerp. ex offic. Plantin. 1578. 4. rec. ibid. 1579. 4. 1587. et ſaepius. *Cruquiana* VII. editio ex offic. Plant. Rapheling. a. 1611. 4. habetur claſſica.

Praeclara et fructuoſa eſt ed. *Horat.* cum nouis ſcholiis, diatribe et obſeruatt. *H. Stephani.* Paris. 1578. et ſaepius repetita. — *Eilh. Lubini* paraphraſis *Hor.* cum textu eſt vtilis ad ſenſum atque intelligentiam poetae. Roſtoch. 1599. 4. auctior. Francof. 1612. 4. — Optimis et criticis edd. eſt adnumeranda ed. Hor. cum erudito *Laeuini Torrentii* comm. item *P. Nannii* comm. in artem poet. Antwerp.

ex

ex offic. Plant. apud Moretum. 1608. 4. — rec. longe auctior. ib. 1620. 4. —

Multa tentauit, et vero interdum peruertit *Dan. Heinſius*, criticus, vt ſagax, ita audax, cuius recenſio frequenter eſt recantata. Primum prodierunt *Hor. Opp.* cum commentario *D. Heinſii.* Lugd. ex offic. Plant. Raphel. 1604. 1609. et additis *Hor.* Epiſtolis ad Florum et Piſones, ſuo, (vt ſcripſit,) ordini redditis. 1610. 8. tum, cum animaduerſionibus longe auctioribus, et egregio de ſatyra libro atque fragmentis e *Timonis* Phliaſii ſillis ex diuerſis auctoribus collectis et ſelectis Lucilii fragmentis ſatyrarum, apud Elzeu. 1612. 8. it. 1629. 12. quae poſterior editio rarius occurrit. — *Hor.* cum ſcholiis et diuers. lectt. e. VI. codd. MSSt. et editt. ſtudio et opera *Greg. Berſmanni.* Lipſiae, 1602. 8. quae bona edit. ſaepius auctiusque eſt repetita. — *Hor.* cum notis *Iani Rutgerſii*, (qui quidem reddidit textum Heinſianum, neque tamen omnes probat Heinſii emendatt.) ex typogr. Rob. Stephani. Luter. 1613. 12. Vltraiecti, 1694. 12. — De coniectura tantum, at audaciore, caſtigauit textum Hor. et Heinſium in notulis ſubinde inſectans *Tanaq. Faber*, recenſuit *Hor. Opp.* Salmur. 1671. 12. — Huius tamen veſtigia preſſit, multa bona, nec pauca mediocria adtulit et incontinens allegoriae ſtudium in poeta interpretando adfectauit illius gener *Io. Andr. Dacier*, qui edidit *Hor.* cum verſione gallica,

notis et animaduerſs. criticis atque hiſtoricis. Paris. 1681. X. voll. 12. 1689. quinta ed. aucta notis et varr. lection. Bentleii, Cuninghami et Sanadoni. Amſtel. 1733. 4. IV. voll. et in 12. X. voll. —

Quinta aetas, quae valde litigioſa fuit, orditur a ſplendida et adcurata criticaque editione: *Hor.* Opera ad optimorum exemplarium fidem recenſita: acceſſerunt variae lectiones. — opera et ſtudio *Iac. Talbotii*, Cantabrig. apud Iac. Tonſon. 1699. 4. 1701. 12. — *Hor.* cum lectionibus *Rutgerſii* Venuſinis criticis, iisque doctis, (diuerſis ab illius notis,) edidit *P. Burmannus.* Traiecti Bat. 1699. 12. iterum ad fidem codd. msst. emendat. ad Bentleii recenſionem, exceptis iis locis, quae Bentl. ex ingenio mutauerat. Traiecti 1713. 12. — Poſt haec *Wilhelm Baxter* excerptis veterum ſcholiaſtarum obſeruatt. et cum ſuis notis edidit, verbis contextus interdum mutatis: *Hor. Eclogae vna cum ſcholiis perpetuis* etc. Londini 1701. 8. 1709. auct. et opprobriis conuiciisque in Bentleium refertae, Londini 1725. 8. — quam tamen editionem, in textu quibusdam Baxteri auſis ſublatis, cum varietate lectionis notisque bonae frugis locupletatam recudi fecit *I. M. Gesnerus* — Lipſ. 1752. 1772. 8. denique curante *I. Car. Zeunio*, qui breues, ſed ad meliorem poem. intelligentiam admodum fructuoſas adſperſit obſeruationes. Lipſ. 1788. mai. 8. —

Nouam

Nouam recenſionem fecit magnus ille criticus *Richard. Bentleius*, mouitque tragoedias, textum partim e codd. et edd. priſcis, partim de coniectura ſubtili non minus quam audaci, locis fere DCCC. mutando: *Hor. e recenſione et cum notis Rich. Bentleii.* Cantabr. 1711. 4. Amſtel. 1713. 4. 1717. 4. 1728. 4. Lipſiae 1764. 8. II. voll. Londini 1765. 8. II. voll. — At graues nactus eſt aduerſarios. Primus fuit anonymus, cuius exſtat *Ariſtarchus ampullans in curis Horatianis auctore Philargyr. Cantabr.* Londini 1712. 8. Hunc imitatus eſt, et acerbitate verborum vicit *Richard Iohnſon* in *Ariſtarcho* Antibentleiano. Nottingh. 1717. — Hos ſuperauit ingenio atque acumine non minus, quam libidine corrigendi, et Bentleio fuit par, *Alexander Cuningham*, qui *Horat. poemata* ex antiquis codd. et certis obſeruatt. emendauit, variasque ſcriptorum et impreſſorum lectiones adiecit. Hagae Com. 1721. 8. et promiſit editionem *Hor.* quadringentis plus locis Bentleiana emendatiorem. Adiecit *Animaduerſiones in Rich. Bentleii notas et emendationes* ad *Q. Hor. Fl.* ib. eod. anno et Londini. — cum obſeruationibus criticis, (quae textui ſubiectae acceſſerunt,) et variantibus lectt. *Alex. Cuninghami*, vna cum eiusdem animaduerss, in R. Bentleii. not. et emendatt. ad Horat. Londini 1721. 8. — *)

Multa

*) In meo Cuninghami exemplo primum eſt textus Hor. cum notis criticis *Hagae Comit.* apud *Thom. Iohn-*

Multa nouauit, et tentauit, at arrogantius et audacius, quam feliciter, *Jean du Hamel* in ed. *Hor. Opera expurgata.* Interpretatione ad verbum, variis lect. ac notis illuſtrauit *J. du Hamel.* Paris. II. voll. 1720. 1730. et apud Barbou 1764. 8. — *Sanadon*, ipſe bonus poeta, ſenſum et gratiam ac pulcritudinem Horatii melius expoſuit, quam criticum egit; at enim allegoriarum venator, quamquam Daciero cautior, fuit: de eius edd. paullo poſt agemus. — *Io. Iones* in edit. Londin. 1736. 8. vſus eſt codd. emendauit quaedam in Horatii contextu, ſed maiore temeritate, quam ſagacitate, ſuasque notas, varias lectiones et virorum doctorum coniecturas ſubiecit. —

Praeclara eſt, et ob ſobriam lectionis deligendae rationem et ob interpretationem, at nondum abſoluta: *Hor. Opp.* recenſuit varietate lectionis et perpetua adnotatione illuſtrauit, *M. Chriſt. Dan. Iani* tom. I. Lipſiae 1778. mai.

Iohnſonium 1721. tum tamquam altera pars acceſſit, inſcripta: *Alex. Cuninghami* animaduerss. in Richardi Bentleii notas et emendationes ad Q. Horat. Flaccum *Londini* apud *fratres Vaillant* et *N. Prevoſt.* 1721. Forſan prior etiam pars in aliis exemplaribus excuſa eſſe in titulo dicebatur ſiue Londini ſiue Hagae: in hac quidem poſteriore vrbe Cuningham praefatt. ad vtrumque librum ſcripſit: quod, quia viros quosdam doctos vidi incertos dubiosque in hac editione deſcribenda, hic adnotare volui.

mai. 8. tom. II. 1782. — *Hor. opp.* ad optimas editt. collata, praemittitur notitia litteraria (tam copioſa, quam egregia) ſtudiis ſocietatis Bipontinae. Editio accurata Bipont 1783. 8 —

Vt infinitas alias praetermittam vel ex aliis ductas vel pueris editas vel exigui aut nullius pretii, nominabo editionem ſplendore elegantiaque nulli cedentem: *Q. Hor. Fl. carmina curauit Ier. Iac. Oberlin.* typis et ſumtu Rollandi et Iacobi. Argentor 1788. m. 4. ſ. min. fol. Calci adhaerent variae lectiones quatuor codicum Argentoratenſium. —

Paucis quasdam a nitore typorum laudabiles edd. indicabo. — Bentleii notas contraxit filius, *Thom. Bentlei.* Cantabr. 1714. 8. — *Horatii* opera vol. II. Londini aeneis tabulis incidit *Io. Pine.* 1733. 8. quam nitidiſſimam editionem in noſtra regione paucis videre licet. — cura *Mich. Maittaire* cum varr. lectt. Londin. 1715. 12. — e recens. Heinſii et Fabri, ac cum var. lection. Bentleii. Amſtel apud Wettſten 1719. 24. — cum indice var. lectt. Dublin 1721. 12. — e typogr. regia Paris. 1733. 16. — typis Brindley, Londini 1744. 12. — Glasguae eodem anno, 12. — carmina nitori ſuo reſtituta, accurante *Stephano Andr. Philippe.* Lutet. Paris. ſumtib. Couſtelier. 1746. 1754. 12. — Opera vol. I. II. London apud Gul. *Sandby* 1749. 8. mai. — carmina nitori ſuo reſtituta Paris *I. Barbou.* 1763. 12. Praeterea in cenſum veniunt. *Pars ſexta operum*

operum Horatii, ipſi et Sidonio Apollinari *laudes Phoebi et Dianae* dicta, ex antiquiſſima recenſione Sidonii nunc primum edita, argumentis et noua paraphraſi colluſtrata, autore *I. P. Ancherſen*, Haſniae 1752. 8. — *I. Sturmii* Comment. in artem poeticam Q. Hor. — edit. ab *I. Henr. Ackero*, Rudolſtadii 1715. 8. — De laudibus rei ruſticae commentarius ſecundum Horatii odam e libro Epodon, autore *M. Io. Weitzio*, Francof. 1625. 8. — *Q. Horatius Flaccus*, Birmingham apud Baſkerville, 1762 12. 1770. 4. Splendida eſt edit. — Opera ad fidem LXXVI. codd. illuſtrata cur. Ioſ. *Valart.* Paris. 1770. 8. mai. (de qua ed. alibi iudicaui.) — Oeuvres d' Horace, en Latin, traduites en François par M. *Dacier* et le P. *Sanadon*, avec les Remarques critiques, hiſtoriques et geographiques de l'un et de l'autre, tom. I. — VIII. Amſterd. 1735. 8. *Sanadonii* ed. cum francica vers. et notis, Paris. 1728. 4. et 8. — cum Peruigilio Veneris, ib. 1728. — edit. II. correctior, ordine, olim temere tranſpoſito, nunc reuocato. Paris 1756. 8. VIII. voll. Dacier et Sanadon, de cuius interpretatione egi in eius vita in vitar. philolog. Vol. IV. editt. aut recenſiones ſaepius prodierunt. — Les quatres poetiques d'Ariſtote, *d' Horace*, de Vida et Deſpreaux — par l'Abbé *de Batteux*. Paris 1771. 2. voll. 8.

5. In lyricis carminibus principatum inter Romanos obtinet. Audax eſt, non tumidus, ſubli-

ſublimis, plenus ſententiarum, nonnumquam in verbis nouator, multa e graeco fonte liberalius, interdum licentius, deriuans. In lyrica Horatii carmina Harduinus more ſuo ſaeuiit, in Pſeudo-Horatio, parte operum variorum. Amſtel. 1733. Fol. — rec. Prolegomen. ad cenſuram ſcriptorum vett. 1766. — In Sermonibus ſtilo vſus eſt plano ac paene pedeſtri et comico: dictio tamen eſt grauis et latina et ſumma ineſt illis vrbanitas. In epiſtolis iocoſus quidem ſtilus placet, magis tamen ſcholae philoſophicae prudenter adcommodatus. Praecepta poetices acri iudicio, ſtilo vero ſatirico in ſui ſaeculi poetas, praecipue autem in Romanorum drama conſcripta ſunt: quamquam de conſilio poetae in conſcribenda A. P., eius inter reliqua carmina loco et argumento non omnes conſentiunt interpretes. Acutus erat philoſophus, ingenioſus, magna vi iudicii praeditus, ſcriptor popularis, at elegans, qui facile ſenſerat, animique ſenſa viuide iucundeque poterat exprimere.

6. Infamiam impudicitiae atque imbellis hominis ſuſpenſique in bello animi elegantiſſime refutauit *Leſſingius* in: Rettungen des Horaz. (vid. eius Schriften P. III.) Voluptatem atque vtilitatem parabunt lectori *Carmina Horatii* collatione ſcriptorum graecorum illuſtrata ab *Henr. Wagnero*. Halae Magd. II. part. 1770. 1771. — De Horatio eleganter, non plene iudicat *Sulzer* in: Allgemeine Theorie der

der ſchönen Künſte, tom. I. ſub art. *Horat.* — *Ch. Adolph. Klotz* diſp. elegans de felici audacia Horatii, Ienae 1761. rec. in eius Opuſculis varii argumenti, pag. 114 ſqq. Is etiam edidit *Vindicias Horatii*: accedit commentarius in carmina poetae, Bremae 1764. 8. in quo libro et commenta Harduini copioſius refutat et multas nouas protulit interpretationes. Contra vtrumque libellum multa disputat acerbus et iniquus Klotzii aduerſarius; Auctor der kritiſchen Wälder, 2. Wäldgen: ſed partim auctor *Litterariſcher Briefe an das Publicum.* I. Paquet. ep. 9. et 10. ingenioſe et lepide; partim Klotzius in altera editione aucta Vindiciarum, quae inſcribitur: *Lectiones Venuſinae.* Lipſiae 1770. 8. acerbius diluerunt iſtius criminationes, nec raro ineptias; quamquam iſti auctori non deſit ingenium.

Addi poſſunt Vindiciae Horatii aduerſus Perraultum, auctore *M. Chriſt. Ioach. Godofr. Heymanno*, ad Annae ſcholam Rect. Dresdae, 1711. 4. — *Langius* (poſtea Rector Wonſideliensſis, nunc miniſter verbi diuini apud Creuſenſes, haud procul Barutho,) Horatium defendit ab Homio, diſp. Erlangae 1767. et Wonſideliae aliquot conſcripſit proluſiones de pictura Horatii. — *Keyslerus* commentationem publicauit, in qua inquirit, quando Horatius odam II. libri I. ſcripſerit. Erlangae, 1764. — *Benneri* diſp. de poenitentia Horatii philoſophica ab inſolito tonitru prouocata

carm.

carm. libr. I. ode 34. Gieſſae, 1734. — *I. E Imman. Walchii* diſſert. de philoſophia Horatii Stoica. Ienae, 1764. — *Huchs* Verſuch über die Verdienſte des Archilochus um die Satyre: mit einer Nachleſe wider den Harduin. Zerbſt, 1767. 8. — De quibusdam editionibus vetuſtis diligenter disputat cl. *Lengnich* in: Beyträgen zur Kenntniſs ſeltener und merkwürdiger Bücher. part. II. pag. 101 — 111. — Enimuero vir doctiſſimus quando Erneſtum erroris arguit, ſcribentem, Cuninghami Animaduerss. in Bentleii notas etc. *Londini* eodem anno, quo textus Horatii, cum animaduerss. *Hagae* typis eſſe exſcriptas, exemplar in manibus non habuit. Erneſtum enim vere ſcripſiſſe, certus ſum, qui ipſe poſſideam exemplum, vti iam ſupra animaduerti. — n Horatii ſatiras exercitatt. binas ſcripſit *Io. lac. Maſcou.* Lipſiae, 1714. et 1716. — De methodo interpretandi Horatii carmina egit *Car. Gotl. Hoffmann* in disput. quadam Lipſ. 1729. — *Caspar Iac. Beſenbecks* Darſtellung des Plans der dritten Ode des Horaz, m dritten Buch, in: Fortgeſetzten kritiſchen Nachrichten von kleinern Schriften (a me uratis;) Halae Sax. 1786. vol. II. part. II. ag. 145 ſqq.

Vitam Horatii deſcripſerunt *Maſſon.* Lugd. at. 1708. 8. et *P. Sanadon*, cuius vitae Horatianae explanatio gallice ſcripta in linguam eutonicam translatam legimus in: *Lebens-*

beſchreibungen der vornehmſten griechiſchen und römiſchen klaſſiſchen Schriftſteller aus verſchiedenen Sprachen zuſammengetragen, P. I. Berol. 1763. — *Schirach* edidit clauis poetarum claſſicorum partem *priorem*, ſeu indicem philologico-criticum in *Horatium* Terentium et Phaedrum. Halae, 1768. 8. — *Blondellus* et *Tollius* compararunt Pindarum et Horatium: quorum ſcripta recenſuit atque edidit *Ianus Berkelius* in diſſertationibus ſelectis criticis de poetis latinis et graecis. Lugd. in Batauis 1707. 8. — De interpretationibus atque imitationibus, quae paene infinitae ſunt, vberius agere non vacat, et alibi nubem excitaui interpretationum atque verſionum, aliosque, quos cupidi poſſent adire, laudaui. Hic ſpicilegium quoddam addere liceat. Incredibilem verſionum varii generis et ſermoni multitudinem enumerauit doctus *Hor.* edito Bipontinus pag. 83 — 100. — *Hor.* latin cum verſione metrica et german. et notis, auctore *I. F. Schmidt*, Gothae. III. part. 1781 — 1783. — *Hor. Epiſtolae*, cum verſ. ger manica metrica, et egregiis animaduerſionibu *C. M. Wieland*. Deſſau. 1782. et Lipſiae mu tato primae paginae ſ. inſcriptionis folio, Lip ſiae, 1787. II. part. 8. — *Satyrae*, cu eiusdem Wielandi verſione germanica et anim aduerss. Lipſiae, 1786. II. part. 8. — *Ho Epiſt.* ad Piſonem et Aug. cum erudito *Hurd* commentario et notis anglicis. ed. III. au

Can

Cantabrig. 1757. 8. II. voll. in linguam germanicam ab humaniſſimo *I. Ioach. Eſchenburg* verſ. Lipſiae 1772. 8. II. tom. — *Opp.* in linguam teuton. proſaic. conuerſa, ed. II. Anſpaci 1785. II. part. 8. — *Odae* in germ. inguam verſae et illuſtratae copioſius a *Carolo Henr. Iverdens* I. et II. libr. Berolini, 1781. 8. — III. et IV. libr. ibid. 1787. — *Odae* germanice verſae, cum adnotatt. auct. *Chriſtiano Frid. Carolo Herzlieb*, pars I. Stendal. 1787. . II. pars. ibid. 1788. — Ramlerum, optimum interpretem atque imitatorem Horatii im in carminibus illius lyricis, tum alibi, nitaturus, at impari facilitate et ſuauitate, *Vernerus* edidit carmina lyrica cum *Hor.* XX. 4: germanice ſcriptis verſisque, Vindobonae Lipſiae, 1785. 8. — *Horazens Dichtunſt erläutert, überſetzt, und als ein vortrefches Ganzes dargeſtelit von Io. Andr. Chr. lichelſen*, Prof. Berolin. Halae, 1787. 8. — *Hor. Ep. ad Piſones* in anglicam linguam transta, metrice, et cum obſeruatt. criticis textue latino. Edinburg. 1784. 8. — *Hor. Opp.* ancice verſa a *Binet.* Paris. 1783. II. voll. 16. *dae* latine ſcriptae, et ab *Vrbano Campos* spanice verſae et illuſtratae. Leon. 1682. 8. it. noua correctior auctiorque notis mythogicis, hiſtoricis ac geographicis: additur inpretatio artis poeticae, eodem auctore, ate cum adnotationibus optimorum interpren. Edit. a. *P. Lud. Minguez de St. Ferdinand*,

Prof. poeſ. et eloq. ſcholarum piar. Madrit. apud Sancha. 1783. — *Duſaulx* de Satyra, latinis ſatyricis, in ſpecie, de *Horatio*, in Memoires de litterat. — de l'Acad. royal. des I et B. L. vol. XLIII. Paris. 1786. — Doctiſſ *Enger*, et in commentariolo in ſelecta Horati loca, Vratislau. 1777. 12. et in variis tam latine, quam germanice ſcriptis proluſionibu ſcholaſticis, poemata Hor. eruditis illuſtraui expoſuitque obſeruationibus. — Sed hacte nus. adde cel. D. *Chriſt. Henr. Schmids* Anweiſung der vornehmſten Bücher in allen Theilen der Dichtkunſt. Lipſiae, 1781. 8. p. 208 ſqq p. 286. et p. 351 ſqq. qui etiam in *Polemica Horatianae Speciminibus*, quorum viceſimum ſecundum nuper Gieſſae lucem adſpexit, *Venuſini* poemata docte ſciteque interpretari ſolet.

§. 4.

P. Ovidius Naso.

1. Natus eſt a V. C. 711. a. Ch. N. 4 mortuus a. V. C. 770. a. C. N. 17.

2. Patria fuit Sulmonenſis ex Pelignis, familia equeſtri ortus. Romae et Athenis operam dedit litteris. Poeſeos amore, quem quidem patre iubente, ad tempus oppreſſerat, a pueritia mire flagrabat. Romae Triumuir capitalis, Decemuir et arbiter in rebus priuatis fu Poſt obitum parentis, quum hereditatem ce neret, ab omnibus muniis publicis ſe abdicaui

et anguſtum clauum lato praetulit, quo ſtudio poeſeos et vitae mollis amori inueterato magis indulgeret. Ingenii atque ſermonis vbertas et ſuauitas, acumen iudicii, et carminum praeſtantia illi comparauit Auguſti gratiam, ex qua tamen poſtea excidit, Tomum relegatus. *) Quam ob cauſſam hanc dederit poenam, non conſtat. **) In ſuo autem exſilio, in quo quidem muliebriter fleuit et ſcripſit, ab incolis Ponti multis honoribus adfectus eſt, et coronam poeticam propter carmen getice ſcriptum accepit. Spe quidem reditus alebatur et interdum curam animi atque angorem leuauit, ideoque ad Auguſtum, Tiberium aliosque ebiles ſcripſit epiſtolas, ſed ſpe excidit, et in xſilio mortuus eſt.

3. Scripſit Heroides: Amorum libr. III. rtis amatoriae libr. III. Remediorum amoris brum: Medicamina faciei: Halieuticon, ***) ragmentum: Nucem: Metamorphoſeon libr. V. Ibin, ſiue Diras in Ibin. Faſtorum br. VI. Triſtium, (n. elegiarum) †) libr. V.

 Epi-

) Conf. *Schott.* ad Aurelii Victor. Epitom. I. §. 24. pag. 456. ed. Arntzenii.

*) Conf. *Rutgeri Ouvvens* Noctes Haganas. Franeker, 1780. 4. libr. II. c. 5. pag. 197 ſqq.

**) Quod tamen *Gratio* adiudicarunt *Vlitius* in praef. ad Halieutica, et cl. *Wernsdorf* in poetis minor. latin. tom. I. pag. 142 ſqq. 295.

) Male nominantur *Triſtia.*

Epiſtolarum Ponticarum, ſiue e Ponto libr. IV. Alia perierunt; alia ſunt ei ſuppoſita.

4. Operum editiones in *quatuor* familias ſeu aetates dispeſci poſſunt: ſecundum quas breuiter recenſebo principes memorabilesque vniuerſorum operum editiones: dein ſingulorum operum praecipuas indicabo. Princeps eſt editio *Romana; Ouidii opera ex recenſione Io. Andreae.* Ad calcem Metamorphoſeon: *Rome quinto decimo Kal. Aug.* M.CCCC.LXXI. (1471.) apud Conrad Schweynheym et Arnold Pannarz. — Ex eadem officina II. voluminibus ſ. a. *Amorum*, *Faſtorum* et reliquarum elegiarum libri prodierunt: quae omnia ante XX. Martii a. 1472. typis expreſſa fuiſſe iudicat *Audiffredus* in Catal. editt. rom pag. 77 — 79. Equidem iam in Introduct in Notit. lit. rom. II. pag 452. ſuspicatus ſum *Metamorph.* libros poſt illos eſſe excuſos, ideo que accepiſſe ſubſcriptionem; libros autem Amorum et reliquos anno 1470. e praelo exiiſſe. Nam *de arte amandi libri III. et de remedio amoris* prodierunt, (vt in calce notatur,) *in Auguſta per Gintherum Zainer ex Reutlingen progenitum.* Anno domini M°.CCCC°.LXXI.° (1471.) fol. (vide *Freytagii* Adparat. litter. tom. I. pag. 476 ſq. *Zapf* Augsburgs Buchdrucker Geſchichte tom I. pag. 12. *Seemiller*, in Biblioth. acad. Ingolſtad. Incunabulis typographicis faſciculo I. pag. 26.).

—Me

— Metamorphoſ. Amator. Faſt. et Triſt. *Bonon.* per Balthaſ. Azzoguidum. 1471. et 1480. fol. — *Opp. Venetiis* 1472. per *Iac. Rubeum*, natione Gallum. ibid. 1474. 1484. — cum praef. *Boni Accurſii*, per Bernh. de Nouaria 1486. 1495. — et cum comment. *Volſci* et *Clerici* 1498. fol. — emendati libri a *Barnaba Celſano*, Vicentino, impreſſi ab Hermanno Leuilapide, (Lichtenſtein,) *Vicentiae* 1580. fol. II. voll. (v. illuſtriſſ. Com. de *Reviczky* Biblioth. gr. et lat. pag. 56 ſq.) — Singuli libri aliquoties fuerunt editi.

Enimuero melior lux adfulgere coepit Ouidianis cura *Andreae Naugerii*, recenſionem e libris ſcriptis concinnantis, aut multa de coniectura emendantis, *alteramque* editt. *aetatem* ſtabilientis: *Ouidii Opp.* in aedibus Aldi, 1502. 8. III. voll. quae prima Aldina praeſtat reliquis 1516. et 1533. III. voll. 8. — Aldina autem baſis facta eſt multarum et Venetarum et Baſileenſium editionum, etiam ſingulorum librorum, ſ. collectionum. — *Ouidii opera* edidit *Iac. Micyllus*, primum Metamorphoſ. cum ſuis et Raphaelis Regii commentariis, Baſil. 1543. fol. tum reliqua opp. cum ſuis et multorum obſeruatt. ibid. per Io. Heruagium, 1549. 1550. II. vol. de qua edit. alibi fuſius egi. — *Opp.* (e recenſ. Naugerii,) Antwerp. Plantin. III. voll. 1566. 12. — rec. 1578. 1582. — ex editione et cum notis *Herc.*

Ciofani, Sulmonenſis, (qui XX. amplius vſus eſt codd. nec tamen textum vniuerſum recenſuit ad libros,) Venet. apud Aldum Nep. 1578. —

Tertiam aetatem occupauit *Gregor. Bersmannus*, Prof. Lipſienſis, qui, Aldina edit. et caſtigatt. Naugerii, Langii atque Giſelini, tum codice Siberi vſus, lectionem Ouid. melius conſtituit atque varr. lectt. ſubiunxit. — *Ouid. Opp.* ex *Iac. Micylli* recognitione, et recenſione *Gregor. Bersmanni*, Lipſ. 1582. 8. et deinceps quinquies, inter quas eminet editio, in qua Bersmanni, Micylli, Ciofani et multorum aliorum adnotationes iunctim repetitae ſunt: *Ouid. Opp.* Francof. typis Wechel. apud Claud. Marnium etc. 1601. fol. III. part. uno volum.

Quarta tamen *aetas* ſoſpitatoribus *Dan. Heinſio*, praecipue eius filio *Nicolao Heinſio*, quo nemo a ſubtiliore ingenio, maiore ſcriptorum librorum copia et collatione nec non poeticae venuſtatis atque elegantiae ſenſu et ſcientia curatiore inſtructus acceſſit ad Ouidianas lectiones a ſordibus librariorum purgandas, nouam veluti faciem et cultum accepit. Proluſit quaſi pater: *Ouidii Opp.* quae exſtant, *omnia*, ex recenſione *Dan. Heinſii* cum eiusdem notis (et Scaligeri ac Gruteri caſtigationibus) Lugd. Bat. 1629. III voll. 12. — repet. Amſtel. 1630. 1649. 1653. 1663. — Succeſſit

ceſſit Filius, patre acutior:*) *Ouid. Opp. editio noua.* Nic. Heinſius recenſuit. Amſtel. ex offic. Elzeuir 1661. III. voll. 12. — Hanc recens. fecit baſin *Corn. Schreuelius* in edit. *Ouidii Opp.* cum notis ſelectiſſimis variorum, cum figuris aeneis. Lugdun. Bat. 1662. III. voll. 8. — poſtea *N. Heinſius* iterum recenſuit poem. *Ouidii*, infinita mutauit, et in quam plurimis diſceſſit a priore ſua ſententia notasque, quibus prior editio carebat, adiecit typis Elzeuir. 1668. forma min. (confer *Burmanni* praefat. ad poet. latin. minor XXX. 2. b.) — Melior eſt, quam Schreueliana, a Burmanno tamen pariter ſpreta, editio rarior: *Ou. Opp. omnia* in tres tomos diuiſa, cum integris N. Heinſii lectiſſimisque variorum notis — ſtudio *Borchardi Cnippingii.* Amſtel. 1670. 8. III. voll. 1702. III. tom. 8. — *Burmannus* ipſe *Ou. Opp.* ad fidem vett. exemplarium caſtigauit, (ſine notis.) Amſtel. 1714. III. voll. 12. (de qua vide illius praefationem ad poetas latin. minores, vbi de mancipibus edit. Ouidianae Burm. triſtes acerbasque mouet agitatque querelas XXX. 2.) — et 1725. 12. III. voll.

*) Qui vero patrem a calumniis atque obtrectationibus multorum aperte verecundeque vindicauit, eoque egregium pietatis animique grati monumentum reliquit in longa nota ad Ouid. de A. A. lib. II. v. 660. pag. 615 ſqq. ed. Cnippingii.

Pleniſſimam idem Burmannus poſtea editionem et cum ob Burmanni diligentiam tum inprimis ob Heinſii curas ſecundas, primum vulgatas, cuilibet humanitatis ſtudioſo gratam: *Ouidii Opera omnia:* IV. volumnibus comprehenſa, cum integris Iac. Micylli, Herculis Ciofanii et Dan. Heinſii notis et Nicolai Heinſii curis ſecundis atque aliorum in ſingulares partes partim integris, partim excerptis, adnott. Cura et ſtudio *P. Burmanni*, qui et ſuas in omne opus notas adiecit. Amſtel. 1727. IV. Voll. 4. Acrior in bibliopolas, Cnippingium, Maittarium etc. ſcripta praefatio, tum omittenda et ſuppreſſa, in lucem producta eſt Amſtel. 1756. 4. —

Opera cum chreſtomathia, curante *Io. Petro Millero*, Berolini 1757. 8. IV. tom. — e recens. *Nic. Heinſii* cum eiusdem notis integris (plenioribus ex edit. Burmann.) curauit. *Io. Fr. Fiſcherus*, Lipſiae, 1758. II. voll. 8. — ad optimas editt. (praecipue Burm.) collata, cum notitia litteraria, ſtudiis ſocietatis Bipontinae. Editio adcurata Biponti 1783. 8. III. voll. verſiones quoque diuerſarum gentium atque aetatum ſunt in illa notitia ſignificatae. — Meo Burmanniano mai. exemplo a Longolio quondam e cod. Hamburgenſi ad libros Metamorphos. et Faſtorum adſcriptae lectiones variae fuerant. — De editionibus ſingulorum librorum potioribus aut rarioribus paucis diſſerere iuuat.

Heroi-

Heroides cum aliis quibusdam Ouidianis, cum Anton. Volſci commentar. et Georgii Merulae notis in Sapphonis Epiſtolam Venet. 1481. — *Her.* et *Faſti* cum Ant. Volſci et Pauli Marſi interpret. 1482. — *Her.* cum conſolatione ad Liuiam et Philomel. per Chriſtoph Ratisponens. Mediolani 1486. fol. — *Her.* cum comment. Ant. Volſci et Domitii Calderini, curante Ant. Lucenſi. Venetiis 1502. fol. — *Her.* diligenti caſtigatione excultae, cum eorundem comment. cum not. *Dom. Calderini* ac *Chriſtoph Zaroti* in *Ibin.* Taurini per Magiſtr. Fanciſcum de Silua 1510. fol. — Multis aliis miſſis nominandae ſunt: *Heroides* e rec. et cum notis Kromayeri, Lipſ. 1719. 12. — *Epiſtolae duae* Leandri ad Hero et Herus ad Leandrum, cum notis *I. Henr. Kromayeri:* adhaerent eiusdem editioni Muſaei, Halae 1721. 8. — *Her.* ed. Heuſingeri, Brunſuic. 1786. 12. — Verſio gallica *Caspar. Bachet.* domini de *Meziriac* cum eiusdem vberrimis doctisque commentariis, Burgis 1626. 8. auctior Hagae Comit. 1716. 8. II. voll.

Libri *amatorii* etc. Lipſiae 1513. 4. per Martin. Herbipol. et ſaepius quoque ſunt ſeparatim euulgati. Iis edd. quas ego alibi memoraui, addas *Wernsdorfii*, iunioris, nuper promulgatam cum varietate cod. Helmſtadienſis. — Ouids Schule *) der Liebe, das iſt, deſſen

*) Conf. cenſorem huius interpretationis in Berolinenſi biblioth. vniuerſali German. 1788. vol. 83. part. II. pag. 538 ſqq.

deſſen Liebeshändel, Kunſt und Arzney der Liebe. Neuſte freye Ueberſetzung. Berol. 1786.

Metamorphoſeon tamen libri, vt merent, ſaepius exercuerunt doctorum hominum ingenia et operarum manus. — *Met. et Faſt.* absque vlla nota. fol. eſt in Bibliotheca Erlangenſi; num eadem ſit, quam cl. *Morellus* in Catalogo biblioth. Pinelli tom. II. Nr. 4804. memorat, et cenſet, eſſe Volumen primum *Operum Ouidii omnium*, Venetiis a *Nicol. Ienſonio* editorum, eodem omnino charactere, quo is a. 1472. Macrobium impreſſit, equidem neſcio: huic quidem editioni adhaeret *Epiſtola conſolatoria ad Liuiam*; — alii exemplo ſ. a. apud Fabricium eadem addita eſt cum carm. in Ibin et Philomelam; Maittariano exemplo defuerunt Faſtorum libri. — *Metam.* a *Raphaele Regio* absque vlla nota. ſaec. XV. in *Pinelli* Biblioth. II. pag. 355. repet. Venet. 1493. fol. et ſaepius cum illius comment. — Cum eiusdem enarrationibus et Iod. Badii Aſcenſii adnotatiunculis, typis M. Nic. Wolfii Lugd. 1501. 4. — cum commentar. Ant. Conſtant. Fanenſis, Mediolani 1510 fol. — opitulante *Nic. Gerbelio*, qui praefatus eſt. Argentor. ex aedibus Matthiae Schurerii 1515. 8. — caſtigatiſſimi, (cum caſtigatt. et argumentis Caroli Vanini,) Florent. 1522. 8. — Metamorphoſeos libri moralizati. — cum *Lactantii Firmiani Coeli* in ſingulas fabulas argumentis — per Petrum Lauinium — Lugduni, 1511. — repet.

repet. auctaque adnotationibus multorum V. V. D. D. cura *Io. Theodori Bellouaci*, Lugd. 1518. fol. 1527. 4. — *Metam.* ex officina Aldina 1525 et 1534. 8. — cum adnotatt. marginalibus *Gysberti Longolii.* Acceſſerunt ad finem *Henrici (Loriti) Glareani* et *Eraſmi Roterod.* annott. Coloniae 1546. 1551. 1556. 8. — ab *Andr. Naugerio* caſtigati et Vict. Giſelini ſcholiis illuſtrati (cum Luctatii Grammatici argumentis, ſcholiis marginalibus,) Antwerp. Plantin. 1566. 12. — rec. cum varietate lectionis ex Aldina edit. 1523, Giſelini notatt. locorum quorumdam in argumentis Luctatii, denique Georg. Fabricii in Nucem Ouidii emendatt. ibid. 1575. 12. 1583. 12. — *Met.* ex recenſione *Herculis Cioſani*, (qui conſuluit primum XVII. deinde XXIII. codd. mstos.) Venet 1575. 8. — Antwerp. Plantin. 1578. 1583. 8. — Haud ſpernenda eſt edit. Farnabii, Amſtel. 1655. 12. et ſaepius — cum *Ios. Iuuenci* notis auct. et emendat. Rhotomagi 1717. 8. — latine et gallice cum expoſitionibus *Banieri* et figg. aen. a Picarto aliisque artificibus ſculptis, Amſterd. fol. 1732. II. voll. et 12. III. voll. — e recens. Burmanni. variet. lectionis et notis perpetuis illuſtrauit *T. E. Gierig.* Lipſiae 1784. I. tom. 1787. II. tom. — Saepius verſi ſunt illi libri in alias linguas, de quibus vide editorem Bipontinum: adde Les metamorphoses d' Ouide traduittes en proſe françoiſe — reveues et corrigées. avec XV. diſcours, contenans l'Ex-

l'Explicat. morale des fables. Paris 1626. 8. cum figg. aen. et verſione gall. Heroidum. — *de Saint Ange* vers. gallica metrica, lib. V. Paris 1788. cum notis — E. germanicis indicabo vers. *I. S. Saſt.* cum animaduerss. Berolini 1766. 8. et metricam *I. G. R. Slüteri.* Lipſiae 1786. in 8. —

Faſtorum libri editi ſunt, (vt antiquiores editt. a me alibi aut a Maittario aut ab editore Bipontino ſignificatas omittam,) cum *Caroli Neapolis Anaptyxi* ad Faſtos Ouidii. Antwerp. ex offic. Plantin. poſt obitum illius *Erycio Puteano* curante, 1639. fol. — cum additamentis *Io. Felicis Paleſii*, Panormi 1735. fol. inſerta quoque ed. Burmann. — *Ou Triſtium* libri. VI. *de Ponto* libri IV. ab omni obſcoenitate diligenter expurgati; tum iuxta nouiſſimarum editionum probatiſſima exemplaria, adnotatione ſelectarum ſententiarum auctiores et correctiores. Vſui ſtudioſae iuuentutis conſecrati. Cracouiae ex offic. Nic. Alex. Schedel. 1689. 8. (meum exemplar integrum quidem eſt, caret tamen praef. et adnotatione.) — *Faſt.* e rec. Burm. reuidit et notas — adiecit *Ge. Chriſti. Taubnerus*, Lycei Lauban. Conrect. Laubae et Lipſiae. 1747. 8. et eius index, (doctus probusque,) in Faſt. Ouid. hiſtorico — philol. ib. 1749. II. voll. —

Triſtium (ſcil. elegiarum) et e *Ponto* ſcriptarum libri, quod illarum in ſcholis eſt frequens vſus, ſaepius ſudarunt ſub praelo: equidem

dem, ne fiam moleſtus, paucas indicabo editt. — *Vicent.* curante Accurſio. 1480. fol. — cum Faſtis. *Venet.* 1503. 8. et Lugd. ap. Seb. Gryph. 1550. 12. — *Triſtia* cum enarration. *Barthol. Merulae.* Venet. 1499. fol. — Mediol. 1510. et cum eiusdem aliorumque comment. Venetiis, 1511. fol. — *Faſti*, *Triſtia*, *de Ponto*, in *Ibin* ex caſtigat. *Andr. Naugerii*, Lugduni 1578. 12. Londini 1583. 12. Lugduni 1688. 12. — *Triſt.* cum notis grammat. *Iſaaci Verburgii.* Amſtel. 1713. 12. — *Triſt. et e Ponto* libr. cum egregiis notis *Phil. Theodori Verpoortenii.* Coburgi 1712. 8. — Eosdem ipſe edidi, duorum codicum lectionibus variis adhibitis, et notis illuſtraui. Erlangae 1772. 8. — Iidem et *Ibis* cum lectt. varietate et claue *Ier. Iac. Oberlin.* Argentor. 1778. 8. — Triſtium verſio germanica cum notis in lucem emiſſa eſt Halae 1780. 8. — *Eclogae Ouidianae* oder aus dem Ouid geſammelte Stücke mit Einleitungen und einem hiſtoriſch-mytholog. geographiſchen Regiſter verſehen- von *Albert Chriſtian Meinecke.* Gothae 1788. 8. — *Io. Frid. Degen* Deutſche Anthologie der römiſchen Elegiker (e Catullo, Tibullo, Propertio et Ouidio bene verſae ſunt elegiae, ſubiunctis iudiciis de illorum ingenio et poematibus.) Noribergae 1784. 8. Idem vir doctus et humaniſſ. edidit Anthologiam elegiacam romanam. Norib. 1785. 8. et editurus eſt *Ouidii Heroides*, cuius editionis ſpecimen a. 1788. dedit. — *Io.*

Io. Frid. Heuſingeri Heroidum Ouidianarum emendationes Guelpherbytanae, (in Epiſtola mihi inſcripta) in Leſſingii III. Beytrag zur Geſchichte und Litteratur. Brunſuicae. 1774. 8. pag. I. ſqq.

5. Ouidius in carminibus ſuis eſt terſus, elegans, facilis, neque raro tamquam flumen nimis redundans, mollis, delicatulus, loquax et negligens, ita tamen, vt delectet: naturam ſequitur, eam vero, in amatoriis praeſertim, iuſto preſſius atque licentius exprimit. In libris Metamorphoſ. optimum et ingenioſum ſe praeſtitit poetam. Ex Faſtis elucet quoque ingenii vis atque vbertas. In Triſtium et ex Ponto epiſtolis, licet venuſtis ſententiis, ſublimibus imaginibus, comparationibus et deſcriptionibus ſint exornatae, perpetuae querelae et abundantia earumdem ſimilitudinum paene fatigant lectorem. Magnitudinem ſententiarum ſenſerat, ſed interdum nimio lumine et vberiore explicatione perdidit. Philoſophiam et ſubtiliorem et popularem bene calluit et oſtendit: atque omnino vir doctus fuit et argutus.

6. Carmina illi ſuppoſita collegit *Goldaſtus* in Catalectis Ouidii, Francof. 1610. 8. — Brunellus Vigelli, et *Vetula Ouidii*: ſeu opuſcula duo auctorum incertorum; prius quidem Vigelli, qui fertur, ſpeculum ſtultorum; poſterius vero *libri tres de Vetula Ouidii*, falſo ſic dicti: ambo ante duo prope ſecula iunctim publico charactere Coloniae excuſa, nunc vero denuo

denuo ex illuſtri quadam Saxoniae inferioris bibliotheca depromta, atque e vetuſto exemplari in hanc minuſculam compagem bona fide conformata. Wolferbyti. 1662. 8. — Vitam Ouidii deſcripſit *Io. Maſſon.* Amſtel. 1708. 8. quae etiam pluribus Ouidii editionibus praemiſſa, et in: Lebensbeſchreibungen der vornehmſten griechiſchen und römiſchen Schriftſteller ſupra memoratis P. I. germanice verſa eſt. — Cel. *Lengnich* in: Nachricht der Bücher von Münzkunde, part. II. p. 73 ſqq. docte fuſeque recenſet edit. *Ouid. Opp* Parmenſem a 1477. min. fol. — Clauis poetarum claſſicorum pars poſterior, ſiue index in *Ouidium* et Virgilium, auct. *Gottl. Bened. Schirach.* Halae, 1769. 8. plura vide in Introduct. in hiſtor. litt. rom. II. adde *Io. Guil. Lud. Mellmann* commentat. de cauſſis et auctoribus narrationum de mutatis formis ad illuſtrandum — opus metamorphoſ. Ouidianum, Lipſiae, 1786. mai. 8.

7. Nonnullis *Ouidii* editionibus e. gr. Venetiis 1485. Parm. 1489. Lipſiae, 1499. 1501. edit. Schreuelii cum n. variorum tom. I. Lugd. Bat. 1661. et aliis, adiunguntur, *Auli Sabini* Romani poetae, aequalis et familiaris Ouidii, epiſtolae Heroum ad epiſtolas Heroidum Ouidianas, conf. Introduct. in hiſt. litterat. rom. I. pag. 362.

§. 8.

Caius Pedo Albinovanus.

1. Circa an. Ch. 16. floruit.

2. Familiarem Ouidii fuiſſe illum ſcimus; reliqua de eius vita ſunt incognita.

3. Ad noſtra tempora peruenerunt, *Conſolatio ad Liuiam Auguſtam de morte Druſi-Neronis.* (quod quidem elegantiſſimum poema Paſſeratius et Casp. Barthius Ouidio adſigna runt. v. *Petrum Burmannum*, qui elegias in Maecenatem edidit in Anthol. lat. libro II. 119 et 120. et cel. *Wernsdorf* in Poetis lat. min. III pag. 121. ſqq) — *Fragmentum**) *de nau gatione Druſi Germanici* per *Oceanum Septen trionalem*, V. C. 769. Chr. 16. — *Elegia i Obitum C. Maecenatis*, quam vero cum elegi de verbis moribundi Maecenatis alii abiudicar Albinouano. v. cl. *Wernsdorf* l. cit. III.

4. Legimus illa in Catalectis Virgilii. Lug Bat. 1595. 8. — cum Virgilio Maſuicii, Le ward. 1717. 4. — cum Virgilio 1745. 1 Singulatim a *Theodoro Gorallo*, (*Io. Clerico* cum notis Scaligeri et aliorum. Amſtel, 170 et 1715. 8. — In obitum Maecenatis eleg. I cum notis *Io. Henr. Meibomii* cum eiusde vita Maecenatis, Lugd. Batau. 1653. 4. – *Wern*

*) Conf. cel. *Wernsdorf* libr. mem. tom. IV. pa 35 ſqq. et pag. 229 ſqq. *Burmann* Anthol. la II. ep. 121.

Wernsdorf Poet. lat. min. III. pag. 155 ſqq. 77 ſqq. — *Clerici* edit. cum eius interpre-atione, ſed omiſſis notis, curauit repetendam ypis *Andr. Goezius*, Noribergae, 1771. 8. — *Albinouani* elegias III. et fragmenta criticis dnotatt. et indice philol. illuſtrauit *I. C. Breher*. Helmſtad. 1774. 8. — Conſolatio ad iuiam Aug. (ed. Beck) Lipſiae, 1784. 8.

5. Non immerito commentatur: praeſer-m cultiſſima eſt elegia in mortem Druſi.

6. *Erneſti Fabricii* B. L. tom. I. pag. 376. *axii* Onomaſt. I. p. 198.

§. 9.

Gratius Faliscus.

1. De eius aetate nihil certi ſtatui poteſt, uidii autem fuiſſe aequalem, ex eo colligunt itici, quod ab eo lib. IV. ex Ponto, elegia tima, v. 33. commemoratur.

2. Natione Italum et in terris Faliſcorum tum fuiſſe illum, ipſe poeta indicare vide-r. De parentibus et reliqua eius vita tacent terum monimenta. Eum vero inter Roma-os primum fuiſſe, qui rem venaticam car-ine latino adumbraret, negat nullus.

3. Edidit *Cynegeticum*, h. e. carmen de natione.

4. *Gratii* de venatione liber a Sannazario Gallis primum repertus, cum Nemeſiano Calpurnio editus eſt a Georg Logo, Sileſio,

cuius editio ſic inſcripta eſt: *Gratii* de Vena
tione liber I. etc. ex cod. manuſcripto primun
edita. — Venet. apud heredes Aldi 1534. 8. –
rec. eodem anno per H. Staynerum, Auguſta
Vindelic.

Venatici et bucolici poetae lat. — cur
notis *Caſp. Barthii*, Hannou. 1613. 8. –
Iani Vlitii Venatio nouantiqua, h. e. Auctore
rei venaticae antiquae. — Cum commer
tario *Ian. Vlitii*. Lugd. Bat. ex offic. Elzeui
1645. 12. conf. cel. *Wernsdorf* l. m. tom.
pag. 16 ſq. — *Gratii* et *Nemeſiani Cyneg*
ticon, cum notis *Thom. Iohnſon* etc. Londin
1699. 8. — cum notis integris *Caſp. Barthi*
Ian. Vlitii, *Th. Iohnſon* et *Brucei*, inte
poetas latinos rei venat. ſcriptores, Lugd. Ba
1728. 4. — cum iisdem notis et *P. Burman*
in huius poetis lat. minor. Leid. 1731. 4. tom.
cuius praefatio varias ob cauſſas, praecipu
propter hiſtoriam editionum poetarum, qu
vna edidit, litterariam memoratu lectuqu
digna eſt. — *Gratii Cynegeticon* e recenſio
et cum eruditis animaduerſionib. *I. Chriſtia*
Wernsdorf, in huius Poetis latin. mino
tom. I. pag. 25 ſqq. Atque pag. 3. etc.
Gratio Faliſco, eius poemate aliisque reb
agitur, et ſobrium de eius ingenio fertur i
dicium, ac tom. II. pag. 44 ſqq. percenſe
tur editiones Gratiani Cynegetici cum ali
poematibus. — *Gratii Faliſci Cynegetica*
et *M. Aurelii Olympii Nemeſiani Cynegetico*

cu

cum notis ſelectis *Titii*, *Barthii*, *Vlitii*, *Iohnſonii*, et integris *P. Burmanni.* Mitauiae, 1775. mai. 8.

5. Verſus ſunt ſatis boni et elegantes; Faiſcus tamen minime aequat Virgilium et reliquos ſuae aetatis poetas principes: cuius rei cauſſa forſan fuit vitae genus operisque argunentum.

§. 10.

CORNELIUS SEVERUS.

1. Floruit imperante Auguſto.

2. Eum ab Ouidio laudari, vitaque iuueem deceſſiſſe ſcimus; plurima de eo ignoimus.

3. Scripſiſſe fertur *carmen de Aetna* et ia, quorum fragmenta habemus.

4. Inter Catalecta Virgilii reperiuntur, et fragmentis veterum poetarum, a Stephanis, atre Roberto filioque Henrico, collectis, aris. 1564. 8. — Separatim vero edidit ım notis et interpretatione Ioſephi Scaligeri, rid. Lindenbrochii ſuisque *Theod. Gorallus Io. Clericus.)* Amſtel. 1703. 1715. 8. — §. 5. *Virgil.* nr. 7.

5. Carmen eſt elegans, ſed non eliatum.

6. Germanice vertit *Conr. Arn. Schmid*, ſcite explicuit, Brunſuigae, 1769. 8. Plura de in cl. *Wernsdorfii*, id carmen *Lucilio* niori adſignantis, Poet. latin. minor. IV.

pag. I. ſqq. de *Cornelio Seuero.* pag. 25 ſqq. pag. 58. recenſentur teſtimonia et iudicia de Aetna, poemate, eiusque auctore. p. 79—214. Summa *Luciliani* carminis et carmen ipſum docte explicitum exhibetur. pag. 217. — *Cornelii Seueri* fragmentum de morte Ciceronis ex M. Annaei Senecae ſuaſoria VII. cum reliquis eius fragmentis repetitum erudite illuſtratur.

7. Ab hoc diuerſus fuit C. *Caſſius Seuerus* Parmenſis, vnus e percuſſoribus Caeſaris, verſificator: de quo egi in Introduct. in Noti litt. roman. II. pag. 222 ſq. in primis v. c *Ruhnken* ad Velleium Paterc. II. 88. p. 362 ſ

§. 11.

Publius Syrus.

1. Caeſaris et Auguſti temporibus vixit.

2. Fuit conditione ſeruus ex Syria; deinc propter vrbanitatem vimque ingenii man miſſus Romae fabulas egit. In certamir poetico cum Laberio, Syro palmam ded Caeſar.

3. Legimus adhuc eius *Mimos*, h. e. ſei tentias breues et argutas.

4. Primum *Deſid. Eraſmus* Roterod. cod. Cantabrig recenſitos atque caſtigatc etiam paraphraſi explicuit Syri mimos. Baſ 1502. 4. — *Georg. Fabricius* viginti ſe tentias antea non vulgatas edidit in ſua ſente tiaru

tiarum collectione, Lipſiae, 1550. et cum aliis ab ipſo collectis ſententiis 156 . 8. Illae ſunt quoque ad calcem ſententiarum e Comicis graecis et latin. ab Henr. Stephano, 1563. forma min. editarum. — *Ian. Gruter* cum Senecae tragoediis, 1604. 8. — *M. Welſerus* a 1608. locupletauit e MS. Friſingenſi et ſecundum litterarum ſeriem digeſſit ſententias, cum notis ab Adamo Sartorio curatis: — ſubiicitur haec recenſio variis *Mureti* Epiſtolarum atque orationum editt. Lipſienſibus aliisque. Poſtea edidit *Ianus Gruterus: Florilegium Ethico-politicum numquam antehac editum: nec non P. Syri ac L. Senecae ſententiae,* (cum grandi commentario) *recognoſcente I. Grutero ad MSS. Palat. et Friſing.* etc. Francof. in bibliopolio Ionae Rhodii, 1610. 8. — *P. Syri Mimi* aucti et correcti e cod. MSto Friſingenſi, Venetiis. 1618. — Gruterus per XX. annos collegerat *immenſam* vim ſimilium ſententiarum; hinc poſt mortem enata eſt copia moleque laborans editio: *L. Annaei Senecae et P. Syri mimi, forſan etiam aliorum ſingulares ſententiae, centum aliquot verſibus ex codd. Palat. et Friſingenſi auctae et correctae, ſtudio et opera Iani Gruteri, cum notis eiusdem recognitis et caſtigatis. Accedunt eiusdem notae poſthumae, vt et noua verſio graeca Ioſ. Scaligeri, Iul. Caeſaris* (olim Lugduni Batauorum. 1595. 8. edita) *nunc primum ex vtriusque autographis adornatae et in lucem*

editae (a Sigeberto Hauerkampio et Abrah. Preygero,) Lugd. B. 1708. 8. et 1727. 8. — Patau. 1769. 8. — cum verſione graeca Scaligeri notisque *Eraſmi* et *Emanuel. Swedborgii*, Vpſal. 1709. 8. — in vſum Gymnaſii Friedericiani editae a Sal. Raniſchio, Altenburgi, 1756. 8. — Adhaerent quoque quibusdam Phaedrinarum fabularum editionibus, in his *R. Bentleii* (1727.) qui notas adiecit criticas — cum Phaedro et Auiano. *Biponti.* 1784. 8. — *Seneca* autem nullos compoſuit *Mimos;* ſed quod iis delectabatur, illos inſeruit ſuis ſcriptis.

5. Apud veteres non minus quam apud recentiores in ſumma erat dignitate; nec pauca his mimis inſunt egregia bene viuendi praecepta.

6. Hac occaſione oblata, *Decimi Laberii* etiam faciemus mentionem. Hic natus videtur *Müllero* A. V. C. 645. cel. autem *Saxius* in Onomaſt. tom. I. p. 560. ex Hieronymi Chronico Euſebiano ad Olymp. 184. p. 153. natum eum eſſe ſcribit Olymp. 181. 3. ante C. N. 52. a. V. C. 700. ſed error typographicus erit, quoniam annus mortis in a. V. C. 711. confertur. Fuit eques Romanus, et impellente Iulio Caeſare, quum multorum eſſet mimorum auctor, cum P. Syro in ſcena certamen iniit, ſed iudice Caeſare inferior diſceſſit. At quum in theatro ageret eoque rem ordine equeſtri indignam faceret, annulo dato

dato eum reddidit illi ordini Caeſar, indignantibus reliquis equitibus. Mortuus eſt ab V. C. 710. a. C. N. 43. *Mimorum* illius quaedam fragmenta ab interitu ſeruata ſunt, quae *Scaliger* Poet. l. I. p. 39. ita laudat, vt ipſi *Laberius* elegantia et ſermonis puritate etiam omne Latium prouocaſſe videatur. Alii, etiam antiquiores, quaedam in illo vituperarant. Eius fragmenta ſunt in fragmentis vett. poetarum per Stephanos 1564. 8. in *Maittaire* operibus et fragmentis vett. poet. latin. tom. II.

7. De *Syro* et *Decimo Laberio* copioſior fui in Introductione in Not. litteraturae romanae II. p. 223 ſqq. 226 ſqq. Adde *Wieland* ad Horazens Satyren, aus dem Lateiniſchen überſetzt, part. I. pag. 292 ſqq. — Praeclarae ſunt commentationes duorum iuuenum praeſtantium; 1) *Friederici Liebegott Becheri* epiſt. gratulat.: *D. Laberii Mimi prologus: praecedit hiſtoria poeſeos mimicae apud Romanos.* Lipſiae, 1787. 8. doctiſſimus Becher, dignus diſciplinae Beckianae alumnus, de vtroque, et de mimica poeſi praecipit egregia. Prologum *Laberii* bene explicauit atque in linguam transtulit teutonicam: 2) Vberius id argumentum perſequutus eſt, de Mimis et et Mimographis romanis, cum primis de *Laberio*, cuius fragmenta collegit atque interpretatus eſt, et de *Cn. Mattio* docte diſſeruit *M. Werner Carol. Ludou. Ziegler* in disputat. *de Mimis Romanorum*, Goettingae, 1788. 8.

§. 12.

Marcus Manilius.

Auguſti temporibus eum floruiſſe, ſatis conſtat: quamuis quidam eruditi eum aetati adſcripſerint inferiori.

2. Romanus fuit poeta et aſtrologus celeberrimus.

3. Primus Romanorum *de ſideribus carmen* ſcripſit libris quinque, quorum quintus non integer, (alii, plures interiiſſe, autumant,) ad nos peruenerunt.

4. Prima editio eſt *Regiomontani*, i. e. a Io. Regiomontano (a patria ſua, oppido in Franconia ſito, ita dicto,) Noribergae ſine anni nota, ſed probabiliter a. 1472. 4. vulgata, quam Stoeberus in praefat. ad ſuam Manilii editionem valde laudat.*) — Dein cum *Arato Germanici* ad Auguſtum impreſſa per Vgonem Rugerum et Dominum Bertochum. *Bonon.* 1474. F. — Tum per Anton. Zarotum, Parmenſem 1489.**) F. a Stephano Dulcinio — rep. 1499. — cum *Arato*, *Theone*, Proclo etc. *Venet.* in aedibus Aldi, Rom. 1499. F. — ***) *Neapo-*

*) Confer cel. *Panzeri* älteſte Buchdrucker Geſchichte Nürnbergs. Nürnberg. 1789. 4. p. 164.

**) Conf. *Lengnich* Beyträge zur Kenntniſs ſeltner Bücher, part. II. pag. 115 ſqq.

***) Conf. cl. *Gemeiner's* Nachrichten etc. pag. 265 ſq.

Neapoli per Iodocum Hoenſteyn, ſine anni nota, 4. (circa a. 1475.) v. cel. *Morelli* notam in Catalogo bibliothecae Pinelli tom. II. nro. 4734.) — De Aldina et Sanctandreana collect. Aſtronomorum v. Prologomena §. 4. —

Alteram claſſem duxit *Ios. Scaliger*, e cuius audaciori recenſione ter prodierunt *Manilii* Aſtronom. libri cum illius caſtigatt. et commentario; primum Paris. apud *Mamertum Patiſſon.* in officina Robert. Stephani. 1579. 8. II. tom. — repet. cum variis lectt. notisque *Franc. Iunii* in officina Sanctandreana. 1590. 8. — tum a Scaligero iterum recenſiti, et ex vetere codice Gemblacenſi repurgati: Lugd. B. 1600. 4. — tertium aucti et denuo recenſiti ex cod. Scaligeri, cum illius, Th. Reineſii, et Iſmael. Bullialdi animaduerss. (curante *I. Henr. Boeclero*,) Argentorati 1655. 4. —

Tertia aetas aeque ſagacem atque audacem nacta eſt auctorem *Richard. Bentleium*: *M. Manilii Aſtronom. e recenſione et cum notis Rich. Bentleii.* Londin. 1739. 4. — Cuius recenſio et lectiones, quamquam ab haud paucis viris fuerant oppugnatae, tamen repetitae ſunt a bibliopola potius, quam ab editore, qui in notis ſaepe fecit diſceſſionem: *M. Manilii Aſtronomicon ex recenſione Rich. Bentleii cum ſelectis variorum ac propriis notis. Praefationi* (in qua de nonnullis codd. et editionibus aliisque ſubſidiis docte agitur,) *ſubiuncta varia de*

Mani-

Manilio iudicia et Iuliii Pondeterae epiſtola de Manilii aſtronomia et anno coeleſti, cura et ſtudio M. Eliae Stoeber. Argentorati 1767. 8. de qua edit. plura diſputaui in Introduct. in hiſtor. L. R. II. p. 438. ſq. et alia, ad poetae hiſtoriam pertinentia commemoraui. — Illis addi debet: *Man. Aſtron.* cum Virgilio, ſtudio ſocietatis *Bipontinae*, (ex edit. Lugdunenſi *Molinii* apud Io. Tornaeſium 1566. 12. potiſſimum ducta eſt haec editio, miſſis Scaliger. Bentleianis ac Stoeber. coniecturis,) cum praeclara hiſtoria litteraria. Biponti, 1783. 8. —

Manil. Aſtron. cum commentariis et caſtigatt. Ioſ. Scaligeri, Fr. Iunii et Fayi. His accedunt Bentleii quaedam animaduerss. reprehenſione dignae. Quibus omnibus editor ſua ſcholia interpoſuit. Opera et ſtudio *Edmundi Burton.* Londini, 1783. m. 8. apud Nichols et Evan. Notae criticae tantum ſcriptae ſunt ad Bentleium oppugnandum: plurimae ad interpretationem pertinent; at etiam difficiliores ſaepe intellectu, quam ipſi verſus Maniliani. — *Aſtron.* — acceſſere *M. T. Ciceronis Arataea* (ſic, pro *Aratea*) *cum interpretat. gallica et notis* (partim latino ſermone, quando ad criticam pertinent, partim francico conſcriptae, quando ſubiectae ſunt verſioni,) *Edente Al. Geo. Pingré.* Paris tom. I. II. 1786. mai. 8. Baſis quidem eſt recenſio Bentleiana, at coniecturis eius audacioribus eiectis, aut ſub examen vocatis.

5. Pro-

5. Propter materiam nouam et difficile argumentum vocabulaque et formulas loquendi ſaeculo illo inſuetas genus dicendi aſperum ſaepe eſt et obſcurum; elegantiſſimis vero deſcriptionibus, verborum copia, grauitate et iucunditate emollitur atque illuminatur. In re quidem pertractanda poeta ſaepiuſcule hallucinari, et vulgari opinioni indulgere; ſed propter temporis rationem et perfectae ſiderum ſcientiae ignorantiam videtur excuſandus.

6. Commentatio cl. *Schwarzii*, Prof. Altdorfini, de prima Manilii Aſtronomicorum editione a Ioanne Regiomontano publicata, Altdorf. 1764. — cl. *Io. Ephr. Scheibelii* Aſtronomiſche Bibliographie, ſect. I. Breslau, 1784. 8. p. 3. vbi etiam de alia antiqua ed. in forma 4. ſ. l. et a. (quae Regiomontan. edit. ſiue fuerit ſequuta ſiue anteceſſierit,) diſputat: adde eumdem, p. 8. et 9. p. 20. in primis p. 44. ſqq. de collectione Aldina.

§. 13.

Caesar Germanicus.

1. Natus eſt a. V. C. 737. ante Chr. N. 17. periit veneno a V. C. 772. a Chr. N. 19.

2. Auguſti Imperatoris nepos, Druſi filius, cognomen a Germanis deuictis ſortitus eſt. Praeſtantiſſimis ingenii virtutibus formaque et fortitudine egregia omnium Romanorum gratiam

tiam ſibi conciliauit: eo autem in ſuſpicionem Tiberii odiumque incurrit, qui eum Antiochiae per Piſonem, Syriae praefectum, veneno ſuſtulit. vid. *Sueton.* in Calig. cap. II. ſqq.

3. *Arati*, poetae Graeci, *phaenomena* verſibus latinis expreſſit et quaedam fragmenta atque epigrammata reliquit.

4. Princeps editio vna cum Manilio, *Bononiae*, 1474. in lucem prodiit. — Tum in collectione Aſtron. v. Prolegomena §. 4. Collectio Sanctandreana expreſſa eſt, (teſte Munkero in praefat. ad Hyginum) e rara et critica edit. *Morelliana*: *Arati* Solenſis phaenomena et prognoſtica, interpret. M. T. Cicerone, Ruſo Feſto et Auieno, *Germanico Caeſare*, vna cum eius commentariis; *C. I. Hygini* Aſtronom. omnia partim e vetuſtis codd. partim e locorum collatione emendata, Paris apud Guil. *Morellium*, 1559. 4. (v. cap. V. §. 1. de Hygini editionibus.) — Illae, quas *Grotius* in Syntagmate Arateorum, Lugd. B. 1600. 4. et *Io. Conrad Schwarz*, quondam Director Gymnaſii Coburgenſis, cum notis varior. Coburg. 1715. 8. (in hac editione Schwarziana ſunt quoque C. Iulii Caeſaris Octauiani Auguſti et Neronis Claudii Caeſaris verſus,) adornarunt, laude praecipua dignae ſunt. — *Germanici Opp.* edidit quoque *Chr. Friedr. Schmid*, Rector ſcholae Luneb. 1728. — Fragmentum ineditum vulgauit, reſtituit et illuſtrauit *Iriarte* in Catal. MSS. gr. Madrit. p. 203. ſqq.

5. *Rut-*

5. *Rutgerſius* in variis lectionibus, atque *Nicol. Heinſius*, ad Valerium Flaccum libr. I. p. 165. ed. Burm. Domitiani Caeſaris Germanici foetum eſſe putarunt: quos vero refutat *Schwarzius* in diſquiſitione ſingulari, praefationi illius ſubiuncta. Conf. *Chriſt. Cellarii* diſp. de Germanico Caeſare. cel. *Saxii* Onomaſt. I. p. 203 ſq. Introd. in notitiam litterat. rom. II. p. 473. ſq.

§. 14.

Aemilius Macer.

1. Imperante Auguſto fama carminum floruit, et in Aſia animam efflauit a V. C. 737. et a. Ch. N. 18.

2. Patria fuit Veronenſis, et Ouidio admodum familiaris, II. e. Ponto eleg. 10. IV. el. 16, 6. Triſt. IV. 10, 143. ſq.

3. Scripſit de volucribus, de venenatis animalibus, de viribus herbarum, Iliaca etc. quorum nihil, praeter pauciſſima fragmenta, ſupereſt. Illum enim *Aemilium Macrum* de herbarum virtutibus, qui hodie exſtat, Neronis et Veſpaſiani temporibus vixiſſe, cum ex ſtilo, qui aetati virili minime aptus eſt, tum maxime ex eo quod Plinii mentionem fecit, quidam critici iamdudum cenſuerunt: nec vero ille auctor eſt libri inficeti. v. *Broukhus.* ad Tibull. II. el. 6. et quae ſcripſi alibi.

4. Iu-

4. Iuuat tamen per hanc occaſionem editiones indicare. *Macri Floridi* de viribus herbarum opuſculum, cum commentario *Guillermi Gueroaldi*, ſ. l. et a. 8. — alia editio pariter ſ. l. et a. citatur in forma 4. edita. — Venet. per Bernardin. Venetum de Vitalibus. 1506. 8. — *Aemilius Macer* de herbarum virtutibus cum *Io. Altrociani* commentariis. Apud Friburgum Brisgoicum 1530 8. — De materia medica libr. V. verſibus conſcripti per *Ioan. Cornarium* emendati ac annotati, et nunquam antea ex toto editi. Francof. 1540. 8. — De herbarum virtutibus elegantiſſima poeſis cum D. *Georg. Pictorii* expoſitione. Baſil. 1581. 8. — *Henrici Ranzouii* editio duorum libror *Macri* de virtutibus herbarum, de quibusdam animalium partibus, ac terrae ſpeciebus, itemque medicamentis totius corporis humani; iam recenter ex bibliotheca ſua Bredenbergenſi depromtorum, quorum prior antehac non tam emendate exſtitit; poſterior vero antea typis nunquam fuit expreſſus, aut in lucem editus. — Lipſiae, 1590. 8. Ad lib. I. *Macri* de virtutibus herbarum ad marginem quasdam varias lect. ex editione Georgii Pictorii excerptas adnotauit, et in praefatione Macrum, huius operis auctorem, Plinii tempore vixiſſe putat.

5. Carmen rude, nec aequa verſus ſtructura eſt.

§. 15.

§. 15.

Poetae illius aeui celebres praeterea fuerunt: *Titius Septimius*, lyricus et tragicus, *T. Valgius Rufus*, epicus, (v. *Broukhus.* ad Tibull. IV. eleg. I. v. 180.) *L. Varius*, epicus et tragicus, *Plotius Tucca*, qui cum Vario Aeneida Virgilii poſt huius obitum emendauit,*) et *Lupus*, Siculus, de quo copioſe diſſeruit *Mongitor.* in Bibliotheca Sicula, pag. 24. vol. I.

*) Vid. *Donati* vita P. Virgilii. cap. 14. §. 53. ibique Heynii nota. idem cel. *Heyne* ad Donati vitam Virgil. c. 8. §. 30. *Virgil.* Ecl. IX. 35. ibique *Heynii* not. in V. L. et in Excurſu II. ad Ecl. VI. et IX. pag. 166 ſqq. tom. I. edit. ſec.

CAPUT V.

DE IMMINENTI L. L. SENECTUTE.

AB OBITU CAESARIS OCTAVIANI AUGUSTI, VEL A CHRISTO N. 14. AD MORTEM TRAIANI, SIVE AD ANNUM CHRISTI 117.

Magna quidem haec aetas tulit ingenia, quae ſi libera republica exſtitiſſent, haud dubium eſt, quin cum ſummis viris feliciſſimi illius ſaeculi prioris de nominis atque eruditionis gloria et principatu dimicaſſent. At vero quamuis illorum latinitas non incomta fuerit a priſtino tamen ſplendore et vigore tantum receſſit, vt quaſi lucem amittere, caneſcere, e ſenectutem quamdam habere videretur. Liber tate oppreſſa, qua ſublata nulla vera eloquenti eſſe poteſt, homines omnibus naturae artisqu dotibus inſtructi, vel metu tyrannidis et per culi vitae fracti, depreſſi ſunt et retardati, qu minus maiora ſpirarent, vel, qui mos eſt in geniis ſplendidis, perfecta disciplina et ſimpl citate aurea relicta, nouam quaſi viam tentai tes, et ſublime petentes ad anfractus deuiaqu delapſi ſunt. Acumen orationis aut ſententi rum venantibus et philoſophis et hiſtoricis poetis, ſobria ſanaque oratio abiit in tumore aut maciem quamdam; et amiſit florem atq

col

colorem vimque aetatis virilis. Vera autem eloquentia, quam nos quoque paene nullam habemus, obmutuit. Adoleſcentes contra, qui in pulverem et ſolem e facundiſſimorum Sophiſtarum vmbraculis proceſſerant, in declamando et minutiis ingenii quaeſiuerunt laudem. Quin immo ſub quibusdam imperatoribus litterae Roma exſulare et ſeruituti cedere, cogebantur. Atque etiam, quum homines, republica ſalua atque integra, vitam potius, quam reipublicae et veri amorem atque dicendi libertatem, (quae quidem virtutes eorum ingenia et diligentiam mire acuerant ad eloquentiam et ſapientiam,) ponerent; contra multi huius aetatis viri, niſi vitam, ſaltem imperatoris gratiam ſuasque facultates poſtponerent integritati verique ſtudio, principes, in primis adhuc viuos, nimium adulari, eorumque res geſtas laudare potius quam enarrare inſtituerunt. Verae autem eloquentiae quid adulandi ſtudio et ſeruitute magis obeſt? His praeterea temporibus, (vti *Cicero* in Bruto cap. VII. de Graecis, Thucydidi aequalibus, dicit,) grandes erant verbis, crebri ſententiis, compreſſione rerum breues, et ob eam cauſſam interdum ſubobſcuri; ornatu autem antiquo, ſimplici quidem, ſed venuſto atque eleganti plurimi erant longe deſtituti. Confluxus deinceps Romam peregrinorum, qui linguae latinae ſuos admiſcuerunt dicendi modos, eamque mirum deprauarunt, obfuit caſtitati atque ſimplicitati antiquae.

Hinc factum eſt, vt eloquentia ipſaque lingua externis ſe oblinerent moribus omnemque illam priſtinae virilis dictionis ſanitatem quaſi perderent; nec ipſa poeſis, quamuis ſumma illam excoluiſſent ingenia, a labe ſaeculi eſſet immunis; nec Liuii vbertas atque ornatus, neque ſimplex Nepotis venuſtas, aut Caeſarianorum commentariorum virtutes haberent imitatores. Philoſophiae ſtudium apud Romanos quidem, aut romano ore loquentes ſenſim elanguit; quamquam etiam Graeci aut graeca lingua vtentes coeperunt ad anfractus dumetaque de via plana regiaque deflectere: quam quidem triſtem artium ac doctrinarum commutationem multi eo tempore cognouerunt et deplorarunt. Litterae tamen quosdam imperatores habuerunt tutores conſeruatores, ſub quibus vitam quaſi recipere atque e tenebris in lucem prodire videbantur. Haec igitur diſciplinarum numina, egregiorum ingeniorum fertilitas, recens priſtini floris memoria, amor librorum et bibliothecarum atque recitationum ludique publici fecerunt, vt litterae non omnino interirent vna cum amiſſa libertate; ſed ſenſim in deterius abirent, atque exſtinguerentur. Nos vero de iis qui hanc aetatem ſcriptis et fama nominis illuſtarunt, nunc agemus.

§. 11

§. 1.

Caius Iulius Hyginus.

1. Quando vixerit, ſub iudice adhuc lis eſt: ante Ch. N. 29. eum vixiſſe, ſcribit *Hamberger* in: *kurzen Nachrichten*, tom. I. p. 227. v. *Sueton.* in illuſtr. grammat. cap. 20. et *Hieronym.* in Chronico Euſebiano ad Olymp. 193. (h. e. V. C. 746. ante C. N. 6.) p. 156.

2. Natione Hiſpanus, ſiue Alexandrinus, Auguſti libertus, Ouidii familiaris, et Palatinae bibliothecae praefectus fuiſſe dicitur. Pauper erat, et C. Licinii liberalitate ad vitae finem ſuſtentatus. Enimuero *Hyginus*, *gromaticus*, qui circa Traiani et Hadriani tempora vixiſſe fertur, diuerſus eſt ab *Hygino* Polyhiſtore et praefecto bibliothecae Palatinae: qui etiam idem eſſe non creditur, qui Mythographus fuit. (v. *Saxii* Onomaſt. I. p. 199 ſqq.)

3. *Caii Iulii Hygini* ſcripta, a veteribus memorata, interierunt, quae vero ſub eius aut potius plurium Hyginorum nomine eduntur, ſunt: liber *fabularum* 277. quarum magna pars ex vero *Hygino* deſumta videtur; *Poeticon aſtronomicum* opus ad M. Fabium, quod quidem opuſculum non conſtat verſibus; ſed docet, quomodo ſidera in coelo ex mente poetarum ſubinde orta et cognominata fuerint. *Gromaticus*, ſiue de caſtris metandis liber: de *limitibus*: de *conditionibus agrorum.*

4 *Poetici aſtronom.* tres ſunt potiſſimum claſſes, *Ratdolti*, dein *Soteris*, (quibus acceſſit *Micyllus*) et *Munckeri*. Fabulas primus edidit *Micyllus*; poſtea *Schefferus* et idem *Munckerus* de iis bene meruerunt.

Iginii poeticon aſtronomicon, Venet. per *Erhard Ratdolt*, Auguſtanum, 1482. 4. — repet. 1485. 4. (v. *Zapfii* Augsburgs Buchdruckergeſchichte, pag. 159. et pag. 167. atque, quos ille laudat: *Denis* Merkwürdigkeiten der Garelliſchen Bibliotheck. p. 116 — 118. et *Gemeiners* Nachrichten von den in der Regensburgiſchen Stadt-Bibliothek befindlichen Büchern etc. pag. 142. vbi quoque cod. MSt. Poet. aſtron. illius bibliothecae memoratur.) — *ibid.* per Thomam de Blauis de Alexandria. 1488. et 1497. 4. (v. cl. *Scheibelii* aſtronomiſche Bibliographie, ſect. I. pag. 21. et 42.) — *Venetiis* apud Aldum, 1497. fol. et cum Arato eiusque interpretibus, atque cum Manilio aliisque, apud Aldum, 1499. fol. (v. *Scheibel.* m. loco. p. 44 ſqq.) — *Hygin.* de Sphaera coeleſti eiusdemque variis ſignis ac planetis, Venet. 1502. 4. — *Hygin. poet. Aſtron.* opus, cum planetis et variis ſignis hiſtoriatis, per *Melchiorem Seſſa.* Venet. 1512. 4. (v. *Maittarii* Annal. typograph. II. p. 232.) — *poet. aſtron.* cum carm. *Iacobi Sentini Ricini* et Epiſt. Io. Ludou. Viuis. Paris. 1514. 4. — Saligniaci, 1539. 4. — Emendante

dante ad codd. MSS. *Sotere*, Coloniae Agrippae, 1535. —

Poſtea *Mycillus* operam praeſtitit Hyginianis: *Hygini fabularum liber*, antehac nunquam excuſus. Eiusdem *poeticon aſtronomicon.* — *Palaephatus.* — *F. Fulgentii Planciadis* mythologiarum libri III. — *Aratus* gr. et lat. *Proclus* gr. et lat. Baſileae, apud Iac. Heervagium 1535. fol. — rec. et auct. *Albrici philoſophi*, (qui circa a. 1217. vixit,) *de deorum imaginibus* lib. — ibidem 1549. fol. edente *Mycillo.* — Soteris recenſionem in plerisque expreſſit *Guil. Morelius* in raro exemplo: *Arati phaenomena*, — *Hygini aſtronomicon.* Omnia partim e codd. partim e locorum collatione emendata etc. Paris. apud *Guil. Morelium* 1559. 4. (v. plura in *Freytagii Adparatu litt.* I. p. 215 ſqq.)

Morelium ſequutus eſt *Commelinus* in Collect. Aſtronomorum vett. ex officina Sanctandreana. 1589. 8.

Curatior et praeſtantior editio eſt orta ſtudio ac opera *Thomae Munckeri: Mythographi latini, C. Iul. Hyginus; Fab. Planciades Fulgentius, Lactant Placidus, Albricus philoſophus. Thomas Muncker* omnes ex libris manuſcriptis partim, partim coniecturis veriſimilibus emendauit, et commentariis perpetuis inſtruxit. — Amſtelod. 1681. 8. cum figg. — Eosdem *auctores mythographos latinos*, addita lima, *cum integris commentariis*

Iac. Mycilli, Io. Schefferi (cuius editio prodiit Hamburgi, 1674.) et *Thomae Munkeri. acc. Thomae Wopkenſii emendatt. et coniectt.* et cum ſuis perquam doctis atque ad mythologiam cognoſcendam vtilibus animaduerss. edidit *Auguſtinus van Staveren.* Lugd. B. et Amſtel. 1742. 4. — Fabulae cum emendationibus et notis *C. Barthii.* Lugd. B. 1670. 12. — De limitibus conſtituendis, in *Goeſii* Collect. rei agrariae auctorum. Amſtelod. 1674. 4. etc. — Specimen verſionis german. libri de caſtris metandis eſt in part. VII. der neuen Kriegsbibliothek. Breslau. 1778. 8.

5. Ex ſtilo, non humili modo ſed etiam plebeio et vix latino, ſatis adparet, auctorem fabularum et poetici aſtronomici latinitate cadente et prolapſa in viuis fuiſſe. Atque Munkerus eum Prudentio facit poſteriorem. Maior fabularum Hygin pars ex orbe Graecorum mythico eſt conſarcinata. vide cel. *Heyne* Excurs. II. ad Virgilii Aen. tom. II. pag. 272. edit. rec.

6. *Io. Schefferi* de Hygino diſſ. et *Munckeri* diſſ de auctore, ſtilo et aetate mythologiae, quae *C. Iulii Hygini*, Auguſti liberti, nomen praefert, edit. eius et Stauer. Mythographorum praemiſſa, lectu dignae ſunt. Adde Heinſii et Munkeri epiſtolas ad Hyginum pertinentes in Sylloge epiſtolarum a Burmanno editarum vol. V. — De cod. Freibergenſi, e quo poetic. Aſtronom. ſuppletur et variae

exci-

excitantur lećt. vide Alte Nachrichten etc. Chemnitz. part. VIII. p. 230 ſqq. — Fabulas primum graece fuiſſe ſcriptas iudicat quoque *Valkenar.* in Miſcell. obſſ. criticis Belgicis; vol. X. pag. 118 ſq. et cod. a pag. 108. deſcribit. — Fabulas 184. et 137. permixtas eſſe ratus in meliorem ordinem redegit *Leſſingius* in: Hamburgiſche Dramaturgie, p. 315 ſq —

De Hygino v. plura in hiſtoria literaria de España — Por los P. P. Fr. Rafael y Fr. Pedro Rodriguez Mohedano, Lećtores Iubilados y Padres de la Prouincia de St. Miguel. de Andaluzia. tom. V. Madrid. 1777. lib. IX. p. 272. et de illo reliquisque ſcriptoribus ortu Hiſpanis trium priorum ſaeculorum haud Chriſtianis in Bibliotheca Eſpañola, tom. II. aućtore *D. Io. Rodriguez de Caſtro.* Madrid, 1786. fol. — *Erneſti* et *Fabricii* B. L. II. cap. I. pag. 1 ſqq.

§. 2.

Caius Velleius Paterculus.

1. Natus eſt a. V. C. 735. a. Ch. N. 19. mortuus eſt V. C. 784. a Ch. N. 31. a. aetat. 49 — 50. ſecundum computationem Dodwellii.

2. Fuit patria Romanus ex nobiliſſima gente Neapolitanorum et poſt varios in militia gradus dignitatem Quaeſtoriam et Praetoriam conſequutus eſt. Inſinuauit in gratiam Seiani atque imperatoris Tiberii, nimium adulando. Interitu autem Seiani fačtum eſt, vt Velleius

 Tibe-

Tiberio ſuſpectus de gradu deiiceretur honorum et probabiliter interficeretur.

3. Scripſit breue compendium, *Hiſtoriae Romanae* libros II. cuius tamen pars interiit.

4. Vnicus tantum fuit codex, nec is quidem integer, ſed initio, etiam alibi, truncus, praeter ea mendoſus, (qui poſtea, neſcio, quo caſu, periit,) in coenobio Murbacenſi in ſuperiore Alſatia repertus, ex quo Beatus Rhenanus pari diligentia ac fide primus edidit: *Velleii Paterculi Hiſtoriae rom. duo volumina, ad M. Vinicium Coſ. progenitum Tiberii Caeſaris. per B. Rhenanum, Seleſtadienſem ab interitu vtcunque vindicata.* — Ad calcem libri: Baſileae, in aedibus *Io. Frobenii* menſe Nou. a. M. D. XX. min. fol. *Io. Albr. Burerius* recentem a prelo *Velleium* iterum ad eumdem codicem exegit, et ſumma cum religione, fide, curaque omnes vel minutiſſimas ſyllabarum vocumque variationes enotauit editionique ſubiecit Rhenani. Quod nullus alius inuentus eſt codex manu exaratus, viri docti ingenii ſagacitatem et aciem ad contextum a mendis purgandum debuerunt, haud pari tamen felicitate, adhibere. Quare *vnica* eſt Rhenaniana *editio;* quam ſequentes editores, qui principes haberi poſſunt, modo ſequuti ſunt paullo preſſius, modo deſeruerunt. Horum recenſiones ſi in aetates editionum diſtribuere velis, plures exiſtent editionum claſſes. Equidem potiores et criticas nominabo editiones.

Iunta

Iunta, qui Iuſtinum et Nepotem cum *Velleio* edidit Florentiae, 1525. 8. in hoc quaedam iam mutauit. — Illi ſucceſſit *Mich. Vaſcoſanus*, qui *Velleium* adiunxit Appiano Alexandrino, ex Candidi verſione latine excuſo, Paris 1538. —

Noua plane, (ſi ita dicere fas eſt,) recenſio, aut potius iuſto liberalior contextus immutatio enata eſt acumine non minus quam effrenata libidine viri cuiusdam docti, at ignoti, (*Eraſmus* quidem, a. 1536. iam mortuus, corrector non fuit, vt vulgo creditur,) qui Rhenanianam, vlceribus ſcatentem, editionem modo feliciter ſanauit, modo licentius corrupit: *Vitae Caeſarum, quarum ſcriptores hi: C. Suetonius Tranq. Aelius Spartianus* etc. *Annotatt. Deſ. Eraſmi Roterodam. et Bapt. Egnatii in vitas Caeſarum. acceſſerunt in hac editione Velleii Paterculi lib. II. ab innumeris denuo vindicati erroribus. Baſil.* 1546. F. (ed. a. 1542. per errorem tantum Gerhardi Voſſii ad *Vell.* II. 3. et 75. nominari ab aliis nec vero exiſtere, monet *Ruhnken* in praef. ad Velleium.) Hanc adulterinam, ad intelligentiam quidem auctoris faciliorem, ſequentes editores prae ſincera Rhenani expreſſerunt, adnotante eodem Ruhnkenio. — Cum Floro aliisque hiſtoricis, *Lugd.* apud Sebaſt. Gryph. 1552. 8. *Paris* 1568. 8. — cum hiſtoriae rom. ſcriptoribus latin. *Lutet.* H. Stephan. 1568 8. — cum ſcholiis *Ald. Manutii*, *Pauli* filii, *Venetiis* 1571. 8. qui

qui quidem multa bene correxit, multa autem temere corrupit: at quidquid bonae frugis adtulerit, id ſublectum eſſe Puteano, Burmannus et Ruhnkenius adfirmant. —

Omnes tamen ſuperauit felicitate coniectandi et Velleii emendandi *Iuſtus Lipſius*, qui Lugd. Bat. 1591. adcuratius ad calcem Taciti Velleium, commentariis illuſtratum, edidit Antwerp. 1607. fol. rec. 1627. 1648. (1668) — Ex *Iani Gruteri*, (quem plures ſequuti ſunt, et qui libros Velleii capitibus diſtinxit,) recenſione, cum notis Rhenani, Burerii, Manutii, Vrſini, Lipſii, Schegkii, Acidalii, (acutiſſimi; at vero audacis critici,) et *Gruteri*, Francof. 1607. forma min. — et in collectione hiſt. Aug. ſcriptorum latin. minorum *Gruteri*. Hanou. 1611. fol.

Nouum veluti lumen Velleio accendere voluit *Gerhard Voſſius*, iuuenis doctiſſim. Gerhardi Ioan. filius. Is edidit *Velleium* cum ſuis notis, Lugd. B. 1639. 12. rec. Amſt. 1664. 12. Francof. 1687. 12. ſaepiusque — cum not. *Ant. Thyſii* et ſelectis alior. Lugd. B. 1653. 8. 1667. 8. — *Boeclerus*, qui *Velleium* Argent. 1642. 8. ediderat, emendatiorem formulis typographicis deſcribi fecit eum, politicis obſeruatt. onuſtum potius quam ornatum, explicitumque Argentorati, 1663. 8. — rec. 1682. 8. — e recenſione et cum caſtigatt. *Nic. Heinſii*, (melioris critici in emaculandis poetarum veterum, quam proſaicorum ſcriptis,) Amſtel. 1678. 12. —

e re-

e recenſione *Io. Hudſoni*, cum variis lectionibus et ſelectis variorum notis ad calcem, et praemiſſis *Henr. Dodwelli* Annalibus Velleii. Oxoniae (ed. *Io. Hudſon*) e theatro Sheldonio. 1693. 8. — repet. 1711. 8. — cum notis haud ſpernendis *Chriſt. Cellarii* D. Heinſii iudicio plus iuſto interdum tribuentis. Lipſiae, 1707. 12. — Eclecticam quaſi recenſionem dedit *Burmannus;* at Ruhnkenio haud plaudente; *Vell. Paterc. quae ſuperſunt ex hiſt. rom.* cum integris ſcholiis, notis, var. lectt. et animaduerss. doctorum virorum, curante *P. Burmanno*, Lugd. B. 1719. — auct. et emendat. ib. 1744. 8. II. voll Rotterod. 1756. 8. — Glasguae 1752. 12. — Paris, Barbou. 1754. 12. — Par. cum Floro. 1777. 12. — in tom II. Scriptorum hiſt. rom. edente *B. C. Hauriſio;* cum lectt. var. Heidelbergae, 1743. fol. cum figg. —

Haud ſpernenda, immo potius commoda doctaque eſt editio, praecipue, quod ad interpretationem pertinet hiſtoricam — *e recenſione et cum commentario perpetuo Io. Frid. Gruneri*, Coburgi, 1762. 8. ſubiectis Dodwelli annalibus. —

Lectionem primae editionis reduxit; in notis vero eruditis, cum veras, quas habuit, aliorum, tum ſuas emendationes adtulit et vario modo interpretatus eſt hiſtorici verba; in tomo denique altero, poſtulante operis redemtore, ex Burmannio exemplo molem animad-

uer-

uerſionum alienarum repetiit atque tam egregiam quam pleniſſimam curauit editionem *Dauid Ruhnken* praemiſſis *Annalibus Dodwelli Velleianis* Lugd. Batau. 1779. 8. II. tom. In praefatione cl. Ruhnken laudat Velleii latinitatem terſumque ſcribendi genus, et defendit eum ab adulationis crimine. —

Nouam quaſi recenſionem, quae tamen ad lectionem principis editionis aut veſtigia a Burerio indicata non minus accederet, quam a nimia partim ſuperſtitione, partim licentia aut leuitate critica aeque abeſſet, dare inſtituit editor Bipontinus: *Velleius Paterculus nouiſſime recognitus emendatus et illuſtratus. Praemittuntur Henr. Dodwelli Annales Velleiani; ſtudiis ſocietatis Bipontinae. Editio accurata,* Biponti, 1780. 8. — Abregé de l'Hiſtoire Grecque et Romaine, traduit du Latin du *Velleius Paterculus*, avec le texte corrigé, des notes critiques et hiſtoriques, une table geographique, une liſte des editions et un diſcours preliminaire par *M. l'Abbé Paul.* I. vol. 12. Paris 1769.

5. In deſcribendis et ſignandis hominum ingeniis Boeclero videtur incomparabilis. Dictio quidem eſt plane romana atque elegans; ſtilus vero floridus, quamuis non vtique ſit hiſtoricus, oratoris ſaepe ſapit ingenium, nec raro ſpirat ſublimitatem. Nimium adſentando, (quod metu tyrannidis facere coactus eſt;) domui

mui Auguſteae, fides eius et probitas hinc inde in dubium vocantur.

6. *Henrici Dodwelli* Annales Velleiani cum Annal. Quinct. Statian. etc. Oxoniae, 1698. 8. qui variis editionibus ſubiuncti ſunt. — *Boecleri* characteres politici in *Vell.* Paterculo. Argentor. 1672. 8. — *Chriſt. Ad. Ruperti* obſeru. ad Velleium Paterc. annexae eius diſſertatt. mixtis ad Valer. Maximum. Norib. 1663. 8. *Fabricii* B. L. II. p. 16. ſqq. ed. Erneſti. — *Saxii* Onomaſt. I. pag. 212.

§. 3.

Marcus Annaeus Seneca.

1. Natus eſt ante bellum Caeſaris et Pompeii ciuile, vitaque exceſſit ſenio confectus.

2. Corduba — Hiſpanus fuit, et regnante Auguſto Romam venit, ibique artem dicendi profeſſus eſt. Homo erat incredibili memoria, acrique iudicio, et agnomine *Declamatoris* a filio diſtinguitur.

3. Collegit *cauſſarum ciuilium* ſiue *controuerſiarum* decem libros, ex quibus hodie primus, ſecundus, ſeptimus, nonus et decimus ſuperſunt integriores; reliquorum vero tantummodo excerpta reſtat quoque *Suaſoriarum* liber.

4. Editur cum operibus filii, de quibus poſtea. Libri autem *controuerſiarum* primum editi ſunt *Venet.* 1490. iterumque 1503.

Sua-

Suaſoriae primum additae ſunt *Venet.* 1492. fol. 1512. — *Controuerſiae Nic. Fabrum Andr. Schottum*, qui e codice hiatus Graecorum in princ. editionibus omiſſorum, ſuppleuit, multaque correxit, poſthaec *Morellium* ac *Gronouium* in editionibus operum vtriusque Senecae nactae ſunt ſoſpitatores. — *M. Annaei Senecae, rhetoris opera*, ad optimas editiones collata, ſtudiis ſociet. *Bipontinae.* Biponti. 1783. 8.

5. Stilus eſt conciſus, more cauſſidicorum argutus, grauis, multoque venuſtatis fuco illitus.

6. *Saxii* Onomaſt. I. p. 213. *Lipſii* Electorum cap. I.

§. 4.

Lucius Annaeus Seneca.

1. Natus eſt a Chr. N. 2. ſ. 3. mori coactus eſt a Nerone a. Ch. 66.

2. Cordubae primam lucem adſpexit: puer vero cum patre Romam demigrauit. Adoleſcentia incidit in principatum Tiberii. (v. Epiſtol. 108.) Romae non ſolum a patre ipſo eloquentiam doctus eſt, ſed etiam ipſius et aliorum philoſophorum eius aeui clariſſimorum opera, quum excellenti et paene diuino eſſet ingenio, in omni diſciplinarum genere, praeſertim in philoſophia, ſic verſatus eſt, vt princeps eruditorum haberetur. Eruditionis autem et ſapientiae fama, quam frugalitate, (v. epiſt. 108.) pietate in deum, vita ſtoica

ſtoica aliisque virtutibus auxit atque illuſtrauit, ſummos ipſi honores, immenſas opes et dignitatem parauit; at ſummam quoque concitauit inuidiam. Atque fortunae inconſtantiam ad vltimos vitae dies expertus eſt. Etenim iam ſub imperatore Claudio opera famoſae Meſſalinae in inſulam Corſicam relegatus eſt, vnde quidem poſt annum octauum ſtudio Agrippinae, ſecundae Claudii vxoris, Romam eſt reuocatus. Antea vero, iubente patre, exercitationem mentis a reconditis atque abstruſis rebus ad cauſſas forenſes popularesque traduxerat; et e Corſica redux Quaeſturam, poſtea, a. V. C. 802. Praeturam obtinuit. Num conſul fuerit, non omnino liquet: Lipſius tamen opinatur, nec vero tempus deſignare audet. A Nerone, cuius moribus, ſtudiisque litterarum regundis praefectus erat, ſpartamque ſumma cum diligentia et ſapientia expleuerat, a quo poſtea muneribus diuitiisque, quae erant immenſae et ſupra modum priuatum euectae, erat ornatus, inuidis et ſordidis hominibus ipſaque Poppaea, Neronis vxore, imperatorem incitantibus, ad mortem voluntariam, ſenectute iam grauis, compulſus eſt. A Paulo Senecam ſacra Chriſtianorum fuiſſe doctum, quidam ſomniarunt. De ſua aſſiduitate et pertinaci ſtudio ipſe ſcripſit Lucilio, epiſt. VIII.

3. Varia tractauit, quae ad Philoſophiam, praecipue morum doctrinam pertinerent, et tamquam ingenii, vitae ſectaeque

monumenta reliquit: de ira, libros VIII. de conſolatione ad Heluiam matrem, librum: de conſolatione ad Polybium libr. de conſolatione ad Marciam; de prouidentia libr. de animi tranquillitate ad Serenum; de conſtantia ſapientis, ſiue, quod in ſapientem non cadat iniuria, ad eumdem Serenum; de clementia, ad Neronem Caeſarem; de breuitate vitae, ad Paullinum; de vita beata ad fratrem Gallionem; de otio aut receſſu ſapientis; de beneficiis libr. V. ad Aebutium Liberalem; Epiſtolas CXXIV. ad *Lucilium*, Siciliae procuratorem, de quo v. cl. *Wernsdorf* in tom. IV. poet. minor. part. I. pag. 11 ſqq. ad quem etiam poema, *Aetna* inſcriptum, refert. Plures vero epiſtolas interiiſſe, patet ex *A. Gellio* N. A. lib. XII. cap. 2. Scripſit quoque naturalium quaeſtionum ad Lucilium libr. VII. Spurii autem libri ſunt: Liber IV. de virtutibus cardinalibus, cuius verus auctor eſt *Martinus Braccarenſis*, qui circa annum 560. vixit; liber de moribus; liber de paupertate; de remediis fortuitorum: prouerbia et auctoritates; octo epiſtolae ad Apoſtolum Paulum, (quas quidem *Hieronymus* de ſcriptoribus eccleſiaſticis, *Auguſtinus* epiſt. 53. ad Macedon. *Linus*, pontifex M. et *Io. Sarisberienſis* adſignarunt Senecae:) Notae, h. e. compendia ſcribendi. Scripſit praeter ea ἀποκολοκύνθωσιν, ſ. ludum de morte Claudii Imperatoris, et *Tragoedias*, quae decem ſunt, quarum vero

vero quaedam ab eius patre editae fuiſſe viden-
ur. v. *Cruſius* the lives of Roman poets. T. II.
). 290.

3. Vtriusque Senecae, Rhetoris et Philo-
ophi, opera, tragoediis exceptis, vulgo con-
unctim edi ſolent. *Prima* aetas natalis inci-
it a rariſſima et ſplendida editione *Neapoli-
ına*, 1475. mai. fol. ſine titulo, cuſtode et
gnatura. Conſtat II. partibus: prior continet
bros philoſophicos, incipit a libro de mori-
us, et vltimus eſt, *Prouerbia Senecae.* In
enultima pag. leguntur haec: *Sub domino
lafio Romero, monacho Populeti philoſopho
theologo celebri eſt impreſſum hoc opus in
uitate Neapolis Anno domini M.L.XXIIII.*
ic, et ſignificatur a. 1475.) *Diuo Ferdinando
gnante.* Tunc, in meo quidem exemplo
quitur *Gabrielis Carchani* carmen in artifi-
m, ſ. typographum, n. Mathiam Morauum.
ullo aliter ordo indicatur in illuſtriſſ. *Com.
Rewiczky* Bibl. graeca et latina. p 72 ſqq.
i haec editio vberius deſcribitur. Poſterior
rs complectitur Epiſtolas Senecae 125. in
XV. libros diſtributas, cum ſpuriis Pauli et
necae epiſtolis. —

Senecae Epiſtolae, Romae apud [Schweyn-
im. et] Pannartz. 1475. 4. (v. *Com. de Re-
czky* Catal. p. 74 ſqq. *Audiffredi* Catal. edd.
om. p. 181.) — Habeo editionem peran-
uam ſine loci, anni et typographi mentione.
itium eſt: *Lucii Annei Senece Cordubenſis*

 ad

ad Lucillium epiſtole Feliciter incipiunt. Epi
ſtolae numerantur 124. Orae mei exempl
adſcripſerat olim *Cortius* admodum pauca
lectiones varias. Ille forſan fuit, qui de ha
editione quaedam notaret in Actis Erudi
1725. p. 4 9. —

Epiſtolae. Paris. 1475. 4. — *Senec*
philoſophi Opp. cum declamationibus patr
Senecae. Taruiſii per Bernard. de Coloni
1478. fol. *) — *M. et L. A. Senecae Oper*
Editio princeps Controuerſiarum. e cod. V
ticano. *Venetiis* per Bernardinum de Cremo
et Simonem de Luero, 1490. fol. Inſu
quoque *Quaeſtiones naturales* (vid. illuſtri
Com. de Rewiczky Catal. p. 76.) —

Aliam Venetam ipſe habeo editionem,
cuius aduerſa prima folii pagina legitur: *Sen*
Opera omnia; in eiusdem folii autem aduei
index operum Senecae, primum Epiſtolaru
et in fine reperiuntur *Quaeſtionum Naturali*
libri ſeptem, et *Suaſoriarum* (ſic) et *Contr*
uerſiarum libri ſex: in quo ſunt quinque
triginta controuerſiae. In vltimis deniq
eiusdem paginae lineis: *Venetiis impreſ*
M.CCCC.XCII. (1492.) *die vltima Octobr*
p

*) Conf. *Denis* Memorab. Bibl. Garell. pag. (
Gemeiner de libris rarioribus in Bibl. Ratisb
pag. 50.

ıer Bernardinum de Coris de Cremona. fol.*) — /enet. 1503. fol. —

Secundam claſſem duxit *Deſiderius Eraſ-ıus;* qui *Senecae Opp. philoſoph.* ad duo codd. ecenſuit, et ad quatuor millia mendarum ſu-uliſſe, gloriatus eſt. Baſil. apud Iob. Froben. 515. fol. Adiectus eſt *ludus in Claudium* ım notis Rhenani. — Hic quoque additus l ed. *Opp.* Aldinae, vbi praeter ea *Natura-ım quaeſtionum* libri ſunt caſtigati a *Mathaeo* ɔrtunato. Venet. 1522. 4. —

Eraſmus iterum recenſuit *Senec. Opp.* et epiſtola nuncupatoria, Petro epiſcopo Cra-uienſi, Baſileae, 1529. menſe Ian. ſcripta, ſtuque digna, valde conqueſtus de opere m ſic tractato, culpa alius, vt ipſum vehe-enter prioris puderet editionis, adhibitis dd. antiquis, et opera *Sigismundi Gelenii* officina Frobeniana caſtigandi praefecturam rentis, purgauit contextum a multis porten-: *Opera L. Annaei Senecae — per Deſid. raſmum Roterod. et Mathaeum Fortunatum fide veterum codd. tum ex probatis autoribus, ſtremo ſagaci nonnunquam diuinatione ſic*

 emen-

*) Conf. *Freytag* Adpar. litt. II. p. 1356. qui etiam in Anal. p. 847. memorat edit. rariſſim. *Sen.* lib. de mundi gubernatione: diuina prouidentia: qualiter multa bonis viris accidunt. Leyptz. per Arnold. de Colonia, 1495. 4. et p. 848. libr. Epiſtolarum etc. ibid. eodem anno.

emendata, vt ad genuinam lectionem minimum deſiderare poſſis. Adiecta ſunt ſcholia Dej Eraſmi Roterodami in bonam partem operis B. Rhenani in ludum de morte Cl. Caeſaris Rodolphi Agricolae in Declamatt. aliquot commentarioli. Fernand Pinciani caſtigatt. in vniuerſum opus. — Index. Baſileae. ſine anno nota in fronte, *Fernandus Pincianus* in praefat. ait, ſe vſum eſſe exemplaribus ſcriptis et peruetuſtis XV et eo pluribus, atque caſtigationes in omnia *Senec.* Opera ad quinque fere millium numerum. — repetita eſt, ſed omiſſis Pinciani caſtigationibus. Baſil. apud Heruag. 1537. fol. — *Sen.* Epiſtolae. Cracou. 1525. 4. v. Ianotzki de libr. in bibl. Zalusk. etc. part. IV. pag. 184. — *Opp. cum caſtigatt. Pinciani*, ex officina Ioan. Aug. Burgo, Franci. *Venet.* 1536. — e recenſione *Coelii Sec. Curionis*, (partim Eraſmiana II. partim Pinciana correctione vſi, et, iudice Stephano, Senecam mendis conſpurcantis) *Baſ.* Heruag. 1557. fol. — cum notis *M. Antonii Mureti* (et Eraſmi et Pinciani emendationibus vſi,) curante poſt illius mortem *Franciſco Bencio*, S. I Romae, 1585. — cura *Dionyſ. Gothofredi*, cum eiusdem coniecturis, variis lection. etc. *Baſil.* ap. Epiſcopium. 1590. 8. — *Coloniae* apud Gymnicum 1593. 8. —

Tertia aetas habuit praeſtantes auctores *Ianum Gruterum*, praecipue *Iuſtum Lipſium* et *I. Fried. Gronouium.* — Cum notis *Mure*

et *Iani Gruteri* (qui msstos Palatinos conſuluit,) caſtigationibus. Heidelbergae, apud Commelin, 1594. fol. — repet. Lugd.B. 1595. 8. — Plenior meliorque, in qua quaedam *Andr. Schottus* ad vett. exemplarium fidem caſtigauit, et *Iuſti Lipſii* coniecturae, item notae vett. rom. (de quibus v. Fabricii B. L. II. p. 113. not.) acceſſerunt, apud Commel. 1604. fol. — *Epiſtolae* 123. cum notis et emendatt. M. Anton. Mureti. accedunt nunc primum animadu. *Iani Gruteri* ſtudio concinnatae, in quibus praeter omnes omnium doct. virorum emendationes interpretationesque infinita loca ſupplentur. — Ope MSS. bibl. Palatinae (Lugduni) ſumtibus Io. le Preux. 1596. 8. tom. II. operum vtriusque Senecae. — 1594. 8. — *Opp.* cum notis Eraſmi, Mureti, Pinciani, Obſopaei, Rhenani etc. excerptis I. Gruteri et caſtigatt. *Franciſci Iureti*, Paris 1602. fol. —

Succeſſit *Iuſtus Lipſius*, optimus Senecae interpres, cuius cum notis *Sen. Opp.* prodierunt Antwerp. 1605. 1614. 1632. 1637. atque ab vltima manu Lipſii (quae ed. eſt optima raraque) 1652. fol. — auct. cum Mureti, Iureti, Gruteri, aliorumque notis: ib. 1607. fol. — cum notis omnium ſuperior. ſelectionibus: Edit. II. recuſa et aucta ſcholiis Feder. Morelli, curante *Carolo Auberto*. Paris 1613. fol. — cum notis varr. Lugd. B. apud Barth. a Blit (alia exemplaria habent, Amſtelod. apud Io. Ianſſon, ſed eadem eſt editio.) 1619. 8. —

cum notis varr. et *D. Heinſii.* Amſtelod. 1620. 8. II. tom. — e recenſione *Schotti*, cum notis et ſine illis, ſaepe repetita ſunt *Sen. Opp.* Genevae, 1613. 8. etc. item Lugd. Bat. apud Elzeuir. 1640. III. voll. 12. —

Poſtea *I. Fr. Gronouius* opem tulit criticam; primum edidit *Senecae Opp.* Lugd. B. apud Elzeuir. 1649. 12. IV. voll. cum notis ſeorſum excuſis: — rec. ibidem 1658. IV. voll. 12. atque adcuratius, collatis pluribus codd. cum ſuis, Lipſii, Schotti integris, et aliorum ſelectis, atque Io. Schultingii hactenus ineditis: apud Dan. Elzeuir. 1672. Amſt. III. tom. mai. 8. Hanc tamen editionem multis ſcatere vitiis typographicis, conqueruntur, textumque Andr. Schotti praeferunt auctores hiſtoriae litterariae hiſpanicae Fr. Rafael et Fr. Pedro Rodriguez Mohedan. tom. VI. — cum notis ſelectis (curante Oleario) Lipſiae 1702. 1741. et (vitioſe) 1770. II. tom. 8. — *Opp.* ad optimas editiones collata, praemittitur notitia litteraria. *Biponti* 1782. 8. IV. voll. — *L. Annaei Senecae Flores*, ex operibus illius ſelecti, ad exemplar Iuſti Lipſii et Gronouii accurauit *M. F Schaefferus.* Vratislauiae, 1780. 8. — De libris ſpuriis vid. *Fabricii* Bibl. L. II. cap. 9. quibus addo editionem raram, quam ſeruat Bibliotheca noſtra academ. *Seneca de quattuor virtutibus cardinalibus* (cum verſione metrica germanica). ad calcem:

calcem: Impreſſum Nuremberge per Hieronym. Höltzel a. dñi 1507. 4 *)

Separatim praeter epiſtolas quaedam opera prodierunt. Liber ad Galionem de remediis fortuitorum. Liptzk apud Iac. Thanner Herbipol. 1500. 4. v. *Blaufus.* l. m. pag. 191. — libell. de quatuor fontibus honeſtatis, etc. ibid. 1503. 4. v. *Blaufus.* l. c. p. 190. — liber de moribus humane vite. ibid. 1502. 4. v. *Freytag* Adpar. litterar. II. pag. 1360. — De Prouidentia cum notis Mureti, Lipſii, et I. Fr. Grououii, recenſuit *I. Henr. Acker.* Rudolſtadii, 1711. 8. — Naturalium quaeſtionum libr. VII. a M. Fortunato, Eraſmo, et Strebaeo diligentiſſime recogniti. Paris, 1540. — De clementia libr. II. ad Neronem Caeſarem, cum comment. Io. Caluini. Paris. 1532. 4. et in eius Operibus, tomo VIII. — De vita beata, ex officina Plantin. Raphelingii 1693. 4. — in morte Claudii Caeſaris ludus nuper repertus, (ed. C. Syluano) ſ. a et loco. 4. — Epiſtola nuncupatoria ſcripta eſt Romae. 1513. — Ludus — cum notis perpetuis G. C. B. (Gottlieb Corte) inter tres ſatiras menippeas. Lipſ. 1720. 8.

*) Repetitio eſſe videtur editionis Lipſienſis ann. 1502. 4. de qua v. *Blaufus* in: vermiſchten Beyträgen zur Erweiterung der Kenntniſs ſeltener Bücher. tom. II. Ienae, 1756. 8. p. 187.

Princeps editio *Tragoediarum* eſſe dicitur *Ferrariae* ſ. l. et a. (1481.) — *Lipſiae*, ſ. a. apud Martin. Herbipol. — *Venetiis* aliquoties prodierunt. Cum commentario *Gellii Bernardini Marmitae* 1482. (de cuius tamen anni veritate dubitat *Freytag* in adparatu litter. II. p. 1362. vbi edit. Venet. 1492. recenſet cum eiusdem commento.) — ibid. 1493. — cum duobus commentariis: videlicet *Bernardini Marmitae* et *Danielis Galetani*, (qui poſt praefat. rectius ſcribitur *Caietanus* Cremonenſis) 1498. fol. 1505. 1510. 1522. — *Biga tragoediarum cura Conradi Celtis*, circa finem ſaec. XV. — *Tragoediae* apud Phil. Iuntam, Florent. 1506. ex recenſione Bened. Florent. — ib. 1513. 8. —

Alteram aetatem auſpicatus eſt *Des. Eraſmus*, qui ſuam tragoediarum recognitionem Aldo, et aliam in Anglia factam Badio miſit, eorumque permiſit arbitrio. *Ios.* igitur *Badius* edidit *Senec. Tragoed.* cum ſuis, Eraſmi aliorumque notis, Paris. 1514. fol. 1519. fol. ex recenſione *Hieronym. Auantii*, qui contulit exemplaria vetera. — Ex illius quoque recenſione cum eiusdem dimenſionibus tragoediarum *Aldus* exire in lucem iuſſit *Senecae Tragoedias* Venet. 1517. 8. — Egregia eſt editio: *Senecae Tragoediae* editae emendatiores ſtudio *Georgii Fabricii*, (codice vſi,) Lips. 1566. 8.

Tertia

Tertia aetas ſummos criticos habuit patronos et auctores. — *In. L. Ann Senecae Tragoedias decem* — ampliſſima Aduerſaria, quae loco commentarii eſſe poſſunt. Ex biblioth. *Martini Anton. Delrii.* Antwerpiae 1576. 4. apud Plant. Is admodum iuuenis (aet. an. 19.) multa et Senecae, et aliorum auctorum loca mendoſa feliciter ſanauit et reſtituit. Poſtea auctius, lima adhibita, opus edidit: *Syntagma tragoediae latinae* (h. e. fragmenta vett. tragoed. cum opinationibus et Senecae trag. atque fragmenta.) cum commentario, Antwerp. 1593. ſq. II. voll. 4. — tum idem opus, cum nouo in Senecae Tragoedias commentario. Lutet. Paris. 1619 4. —

Trag. cum eruditis *Lipſii* animaduerss. ex vetere libro bonae notae, et Franc. Rapheling. notis. Antwerp. ex officina Chr. Plantini 1588. 8. 1601. 12. (16.) — Cum *Lipſii* animadu. *Heidelbergae* apud Hieron. Commelinum, (qui octo — nouem Mss. contulit et variarum lectt. libellum conſcripſit.) 1589. 8. — *ibidem*, cum *Iani Gruteri* notis. 1600. 8. 1604. 8. — *Trag.* ſerio emendatae cum *Ioſ. Scaligeri* et *Dan Heinſii* notis et Heinſii diſſertat. de Tragoediae auctoribus. Lugd. B. 1611. 8. — ex recens. *Petri Sciuerii* ad codd. fidem cum huius collectaneis veterum tragicorum et notis ac reliquorum omnium, (excepto Delrio,) in Senecae Tragoedias, Lugd Batau. 1621. 8. II. tom. Haec critica et praeſtans editio

tio facta eſt baſis reliquarum. — cum notis *Th. Farnabii* (vtilibus) Amſtel. 1632. 12. et ſaepius.

Denique *quarta* aetas nacta eſt felicem illum veterum Aeſculapium, *I. Frid. Gronouium*, qui e cod. optimae notae Florentino, interdum de coniectura textum recenſuit et correxit. Edidit is *Senecae Tragoed.* cum ſuis et variorum notis. Lugd. B. 1661. 8. Amſtel. 1662. 8. — auct. ex ſchedis patris a *Iac. Gronouio* collectis. Amſtel. 1682. 8. — Ex eiusdem recens. et cum notis *I. Fr. Gronouii* integris aliorumque ſelectis et variis lectt. (duorum codd. Mss. et editt. Venet. 1493. atque Paris 1514.) cura *I. Caſp. Schroederi*, (qui interdum adſperſit notas,) Delphis. 1728. 4. quae vero editio a Cortio, Duckero, Schradero, aliisque acriter eſt notata — *Tragoed.* ad optimas editt. (praecipue Gronou.) collatae. Praemittitur notitia litteraria. *Biponti.* 1785. 8. — *Agamemnon*, in Volborthi noua Chreſtomathia graeco-latina, Gottingae 1776.

Opera autem *vtriusque Senecae* ſaepe translata ſunt in alias linguas. Germanam *Senecae* operum verſionem per *Mich. Herr*, M. D. Argentor. apud Balthas. Beck. 1536. fol. tamquam rar. librum laudat *Bünemann* in Catalogo ſuo MSS. et librorum — rariſſimorum etc. pag. 46. — Miſſis aliis quasdam tantum nominabo verſiones recentiores. Les oeuvres de *Seneque*, le philoſophe, traduits en françois par feu MSr.

la

la Grange, avec des notes (editoris) de critique, d hiſtoire, de-litterature. Paris 1778. VI. voll. 8. compara tamen Journal Encyclopédique, à Bouillon 1779. tom. III. part. III. Additus eſt tom. VII. Eſſai ſur la vie de Séneque, ſur les ecrits, et ſur les regnes de Claude et de Neron, avec des notes. Paris 1779. — Morale de Seneque extraite de ſes Oeuvres, par Mr. N. Paris 1782. 12. Continet omnes ſententioſe ingenioſeque dictos locos — The Epiſtles of L. A. Seneca with large annotations. — by *Thomas Morell.* London 1786. 4. II. voll. — *Seneca* von der Kürze des Lebens und Troſtſchrifft an Marcien überſetzt von *Io. Mich. Heinze*, mit Anmerkungen. Hannou. 1747. 8. — idem vir doctus vertit duo libros de clementia 1752. 8. — Die Briefe des Seneca aus dem Lateiniſchen von *Io. Franz von Palthen.* I. II. part. Lipſ. et Roſtok. 1765. et 1766. (In praefat. ad tom. II. recenſet verſionem *Conrad Fuchſii*, Dantiſcani, teutonicam. Francofurti. 1620. 8.) — Selectas epiſtolas theotiſce vertit *A. C. Kayſer*, Deſſau, 1784. et, mutato primo folio, Ratisbonnae, 1788. 8. — Ludum de morte Claudii egregie vertit gallice *Rouſſeau* in opp. francice ſcriptis. Geneuae, 1780. vol. II. nr. 8. — germanice *Fr. Chriſtoph. Neubur.* Lipſiae 1729. 8. v. Hamburgiſche Auszüge aus neuen Büchern, Hamburg. 1728. part. 9. p. 663. ſqq.

Tra-

Tragoedias vertit *Roſe* in: Tragiſche Bühne der Römer. Onoldi 1777. et 78 II. part. 8. — *Agamemnona* germanice vertit *Alxinger* in collectione ſuorum poematum part. I. Klagenſurth et Laybach, 1788. 8. Adde *Leſſingii* Theatraliſche Bibliothek. Berolini, 1754. parte II. in 8. de aliis v. editorem Bipontinum.

4. Stilus eſt in libris philoſophicis argutus, conciſus, ſententiis et minutiis nimium refertus. In iocis et dictis interdum ineptus; in laudibus ac vituperiis modum non tenet Seneca. — Patriae tamen vitaeque ratio eſt habenda aeque ac temporis, in quod aetas illius incidit. Suo ipſius ingenio intemperanter abuſus, nullum imitari voluit; perfectam et ſubtiliorem philoſophiam attigit; ſed non ſatis diligenter venatus eſt: non ſibi conſtans in orationis forma, eademque ſaepe repetit. Omnium quidem Stoicorum fuit diſertiſſimus; idem vero leuiſſimus et inconſtans. (v. *Meiners* hiſtoriam doctrinae de deo, part. II. pag. 459.) Interdum ſurgit audacius, et tropis figurisque ſtrepit fere; praecipue in tragoediis: nec tamen omnium tragoediarum auctor eſt. Varia tamen in philoſophicis libris eſt eruditio et copia dicendi, ingenium facile, multaque doctrina. conf. *Quinctil.* Inſtitt. orat. X. 1. n. 125. et Lipſium in praefatione. In tragoediis altiore cothurno incedit; audacia, ſublimitate, et maieſtate ſtili Graecorum cedit nulli et nimiam amat luxuriem. Conſtitutio tamen fabulae,

bulae, aliaque huius artis peritis ſaepe diſplicent.

5. *Lipſii* vita Senecae; praefixa edit. Lipſii, Gronouii et Lipſienſi — *Nicolai Antonii* Biblioth. vet. Hiſpan. tom. I. pag. 33. ſqq. — De religione Senecae chriſtiana, quam quidam finxerunt, multi commentati ſunt, Strauchius, I. Phil. Pareus, I. Henr. a Seelen, aliique. — *L. Ann. Senecae epiſtolae ad Paulum et Pauli ad Senecam*; cum animaduerss. *I. A. Fabricii*, in eiusdem codice Apocryph. N. T. p. 880. ſqq.*) — *Io. Chriſt. Kappii* diſſert. me praeſide habita: Periculum criticum, in quo Senecae Tragici, et aliorum ſcriptorum vett. loca quaedam explicantur vel emendantur. Erlangae, 1786. — *de Pilgram* diſſ. praeſide *Klotzio* de vitiis tragoediarum, quae Senecae tribuuntur. Goettingae, 1765. — De antiquis et rarioribus quibusdam editionibus v. *Baueri* Biblioth. libror. rariorum. part. IV. pag. 64. ſq. et Goetzii Memorabilia Bibl. Dresd. tom. III. p. 145. ſqq. — *Iuſti Lipſii* manuductionis ad ſtoicam philoſophiam libri III. L. Annaeo Senecae aliisque ſcriptoribus illuſtrandis. Lugd. B. 1644. 12. — *Eiusdem* phyſiologiae ſtoicorum libri III. L. Annaeo Senecae aliisque ſcriptoribus illuſtrandis L. B. 1644. 12. — Discours preliminaire pour ſervir d' Introduction à la

*) Plura de illis dabit *Fabricius* in B. L. in vita Senecae.

à la Morale de Seneque par Mr. N. Paris, 1782. 12. Nimis fauet ſaeculo, quo vixit Seneca, exiſtimans, auctores temporis Neronis et Domitiani ingenio plus valuiſſe, quam qui ſcripſiſſent aetate Auguſti — Eſſai ſur la vie de Séneque, ſur ſes ecrits, avec des notes pour ſervir d'Introduction à la lecture de ſes ouvrages. par Mr. *Diderot.* Paris, 1779. 12. — Leben des Seneka nach Diderot von *F. L. Epheu.* Deſſau. et Lipſ. 1783. 8. — Anonymi comm. II. quam Dei cognitionem habuerit L. A Seneca. Ienae, 1758. — *Freytagii* Adparat. litter. tom II. pag. 1358. — 1362. — De Seneca ſubtile eſt iudicium in Saint Evremontianis p. 32. ſq. — *Iani Gruteri* Animaduerss. in L. A. Senecae Opera, ſumtibus Ioan. le Preux. 1595. 8. — *Dionyſii Gothofredi* Coniecturae, var. lectiones et loci communes, ſiue libri aureorum in Seneca Baſil. 1590. 8. cui opposuit *Ioannes Gruterus* librum ſuſpicionum extraordinarium, Vitebergae, 1591. et Confirmationem ſuſpicionum extraord. Francof. 1591. 8. — Ad Senecae lectionem Proodopoeia, in qua nonnulli eius loci emendantur. Autore *Henr. Stephano.* Epiſtolae eiusdem partim diortholikae etc. 1586. 8. — *Rodriguez de Caſtro* in Bibl. litteraria tom II. (v. Hyginum).

§. 5.

§. 5.

A. Cornelius Celsus.

1. Floruit circiter a. Chr. 14.

2. Fuit patria Romanus, ex aliorum vero ſententia Veronenſis, homo priuatus et philoſophus, quem etiam putant multi arti medicae operam dediſſe: at rectius ex aliorum opinione, quod Plinius eius nullam facit mentionem, vti Hiſt. N. lib. XXIX. cap. I. ſect. 8. poterat, tantum artis medicae praecepta didicit et propoſuit.

3. Superſtites ſunt octo libri *de re medica*, t *de arte dicendi* liber. Enimuero liber de rte dicendi male refertur ad *Celſum* auctorem; am adſignandus eſt *Iulio Seueriano*, Saec. V. hetori, v. *Fabricii* Bibl. graec. vol. XIII. pag. 27. et Bibl. lat. mediae et infimae aetatis, ſub oce *Iulius Seuerianus*. tom. IV. ed. Manſi, ag. 203. — Reliqua interierunt.

4. Princeps editio eſt: *Cornelius Celſus e Medicina* a Nicolao impreſſus. *Florent.* 478. fol. curante *Barthol. Fontio*, Florenno, v. *Maittaire* Annal. typogr. tom. I. ſiue /. p. 386. et *Krauſium* in indiculo editioum *Celſi* (praefationi editionis ſubiuncto) — lediolani per *Leonard. Pachel* et *Vldericum nczenzeler* 1481. — Venetiis per Io. Rueum, 1493. fol. — per *Philippum Pinzium*, enet. 1497. de qua edit. v. notam in biblioth. :hwarziana, part. II. pag. 246. — Venet.

emendante *Io. Baptiſta Egnatio*, ex officina Aldina. 1524. fol. *ibidem* eodem anno, apud Luc. Ant. Iuntam fol.

Alteram aetatem idem *Egnatius* auſpicatus edidit *Celſi libros quam emendatiſſimos, graecis etiam omnibus dictionibus reſtitutis. Quinti Sereni liber de medicina caſtigatiſſ.* cum indice. Venet. in aedib. Aldi et Andr. Aſulani ſoceri. 1528. 4. — cum caſtigatt. *Io. Caeſarii*, Hagenoae, apud Io. Soterem 1528. 8. — repet. Saligniaci apud Io. Soterem, 1538. — Cum aliis codicibus contuli et ſuis coniecturis emendauit *Nic. Nancelius* inter medicos antiquos. Venet. apud Aldum nepotem. 1547. fol. rec. 1549. — Laudatur editio *Guilielmi Pantini*, Tiletani, emendatior, cum illius commentar. et notis, *Baſil.* apud Oporin. 1552. fol.

Celſi libri — *Q. Sereni* liber de medicina *Antonii Molini* opera diligenter emaculat. *Q. Rhemnii Fannii Palaemonis*, de pond. et menſuris liber. omnia ex diuerſor. codd. diligentiſſima collatione caſtigata. apud I. Tornaes. et Guil. Gazeium, 1554. 1587. 12. — Cum *Sereno* et *Rhemnio*, adnotatt. et emendat. *Roberti Conſtantini*. Lugd. 1566. 8. — Inter medicos principes ab H. Stephano editos Pari. 1567. fol. — Celebratur in primis ed. *Plantiniana*, cum *Hieremiae Thriuerii Brachel.* in primum libr. commentariis, et *Balduin. Ronſei* in reliquos libros enarrationibus. Lugd.

apu

apud Fr. Rapheling. 1592. 4. — cum Sereno, Rhemnio, et Vindiciani carmine, caſtig. ex diuerſorum codicum collatione, cum varietate lectionis in margine. Lugd. 1608. 8. — Cum *Hieron. Rubei* annotatt. Venet. 1614. 4. — Cum *Io. Rhodii* diſſ. de Acia. Patau. 1639. 4.

Tertia aetas habuit audaces editores. — Ex recognitione *Io. Antonidae van der Linden* (praeclaris vſi ſubſidiis, at audacius in mutanda oratione verſati) Lugd. B. apud Elzeuir. 1657. 12. — cum breuioribus Rob. Conſtantini, Caeſarii, Caſauboni aliorumque ſcholiis; cura et ſtudio *Theodori Ianſonii Almeloovenii*, (qui lect. varias Ald. et Stephan. ſubiecit contextui et hunc ex editt. primis paſſim emendauit et reſtituit,) Amſtelod. 1687. 12. mai. — emendatior ibid. 1713. 12. repet. 1730. auct. 1746. Ienae cum praefat. Georg. Wolfgang. Wedelii, et Baſilea 1748. — cum *Sereno Sammonico* cura *I. Baptiſt. Vulpii*, (qui renuit Lindenii recenſionem) apud Ioſ. Cominum, Patau. 1722. 8. et ibid. at e recenſione Almelou. et cum ſex Morgagni epiſtolis hactenus nondum editis cura *Vulpii* 1750. 8. 2 voll. — *Anton. Cochii* variae lect. MS. Florent. e libr. VIII. excerptae. Florent. 1754. —

Quartam criticam aetatem debemus *Krauſii Targii* ſedulitati atque ſubtilitati — *De medicina* libri octo, ex fide vetuſtiſſimorum codd. recenſuit, innumeris deprauationibus partim

 aliun-

aliunde, partim a Lindenio inuectis liberauit, lectiones variantes et animaduerſiones tum aliorum probatiſſimorum auctorum Caeſarii, Conſtantini, I. Scaligeri, Caſauboni, Almeloueenii, Morgagni, Trilleri, tum ſuas, nec non indices copioſos aliaque adiecit *Car. Chriſtian. Krauſe.* Lipſ. 1766. 8. — libri octo ex recenſ. *Leonardi Targae.* Paduae, 1769. 4. mai. Targa vſus eſt VII. codd. ex bibl. Laurentiana et totidem e bibl. Vaticana. Additum eſt commercium litterarium, cum quibusdam de Celſo. — Libri VIII. ex recenſione (et cum notis) *Leon. Targae.* Accedunt notae variorum, item quae nunc primum, (n. latine verſa et excerpta) diſſ. de *Celſi* aetate et *Georgii Matthiae Lexicon Celſianum.* Lugd. B. 1785. 4. Accedun *Morgagni* Epiſt. in Celſum, et collatio cod membranacei. — Nitida at vitiis typographicis commaculata editio eſt *e recenſione I Valart.* (qui plura arroganter promiſit, quan praeſtitit.) Paris. 1772. 8.

De arte dicendi libellus, primum in lucen editus eſt curante *Sixto*, a *Popma.* Colon 1569. 8. — Praecepta integra, et ex Luca Fruterii recogn. emendata, atque auctori Seu riano reſtituta, *Ian. Douſa*, Antwerp. 1584. 8 et *Franc. Pithoeus* inter antiquos Rhetores latinos, Paris. 1599. 8. p. 302. ediderunt — cum *Heumanni* notis in eiusdem Poecil. tom. I pag. 378 ſqq. — in fine mutilus, Lüneburg 1745. 8.

5. St

5. Stilus ab elegantia et puritate commen-
latur, et Celſus Medicorum Cicero, atque
Hippocrates latinus adpellatur. De argumento
udicare non poſſum.

6. *Io. Rhodii* vita Celſi, Patau. 1630. 4.
— illius diſſert. de acia, Hafniae. 1672. 4.
t Lundini Scanorum 1691. a Thoma Bartho-
ino adnexa atque praefixa ed. Almeloveen.
tque ed. Krauſii — D. *Matthiae* diſſ. de A.
Cornelii Celſi medicina, continens additiones
d D. Clericum, I. A. Fabricium, I. H. Schul-
ium, I. B. Morgagnum, et alios, Götting.
766. — *Cloſſ.* ſpecimen obſſ. criticarum in
A. Cornelium Celſum. Accedit Diatribe de
alſamenti, a Celſo ad vulnus morſu factum
ommendati, ſignificatione contra Laurentium
Heiſter. Trai. 1768. — *A. Cornelii Celſi*
e tuenda ſanitate volumen elegis latinis ex-
reſſum. Subiicitur ipſe Celſi contextus par-
im e libris, partim ex ingenio emendatus,
um varietate lectionis Lommianae, Linde-
ianae, Krauſianae, Targanae, et Valartia-
ae. Auctore *Io. Freder. Cloſſio.* Tubingae,
785. 8. — *Io. Ludwig Bianconi* Send-
chreiben über den A. Cornelius Celſus —
us dem Italiäniſchen überſetzt von L. Nebſt
iner Zuſchrift von D. Karl Chriſtian Krauſe.
Lipſ. 1781. 8. Liber italice ſcriptus prodiit
Romae, 1779. 8. — *A. Aenothei Weberi*
ſpecimen nouae editionis A. Cornel. Celſi,
cum ſpecimine verſionis nouae germanicae)

Halae Sax. 1788. 4. — *Chriſt. Saxii* Onomaſt. I. p. 237 ſq. et p. 574. — D. *I. Henr. Lange* edidit criticum ſpecimen verſion. german. Luneb. 1768. 8. — *I. Grieve* vertit Celſi libros anglice, adiecitque notas. Londini, 1756. 8.

§. 6.

Valerius Maximus.

1. Floruit a Ch. N. 32. V. C. 784. v. Val. Max. IX. cap. II. Ex. ext. 4.

2. Romanus fuit, genere patricio natus. Adoleſcens litteris operam dedit, poſtea ſub Sexto Pompeio in Aſia ſtipendia meruit. Sub Tiberio priuatam egit vitam. Reliqua de eius vita et muneribus incognita ſunt.

3. Scripſit dictorum factorumque memorabilium libros IX. de quibus diuerſae ſunt criticorum ſententiae. Sunt enim, qui arbitrentur, non tam integrum auctorem, quam excerpta *Iulii Paridis*, qui tamen aliis librarius fuiſſe videtur, aut *C. Titii Probi*, aut *Ianuarii Nepotiani*, ad noſtram aetatem perueniſſe, multaque ab iis, qui Valerii memorabilia in vſum ſuum deſcripſiſſent, pro re ſua atque ingenio eſſe mutata et corrupta. Conf. *Voſſium* de hiſtoric. latinis.

4. *Princeps* aetas eſt et editio, quae *Moguntiae* per *Petr. Schoiffer de Gernshem* prodiit 1471. fol. — Venet. per Vindelin. de

de Spira. 1471. fol. *) Deinde *Valerius Maximus* editus eſt Venet. 1474. — Par. 1475. et, quae notanda eſt editio, Bononiae 14 6.

Memorabilis eſt editio antiquiſſima *Valerii Maximi*, ſ. l. et a. et typographi indicio, iudice cel. *Kappio* in praefat. ex cod. peruetuſto ducta, et editione, niſi Moguntina, certe Mediolanenſi antiquior: quam vberius deſcribit *Freytag* in Analect. litterar. p. 1017 ſq. — Mediolani, 1478. 1480. fol. 1487. — cum *Omniboni Leoniceni*, Vicentini, expoſitione. Venet. 1482. 1485. fol. — e recenſione *M. Antonii Sabellici*, cum *Oliuerii Arzignanenſis*, Vicentini, commentario. Venet. 1487. atque ibidem *Valerius* cum Oliuerii comm. saepe prodiit. —

Notanda eſt ed. *Lipſienſis* per *Martinum Herbipolenſem*. 1501. fol. quod illa iam habet exempla, interrupta ſerie collocata. lib. I. c. 1. *Mileſia Ceres* — ad finem vsque cap. IV. quam particulam praeter rem ſibi perſuaſerat Aldus, primum e cod. Vindobon. deſcriptam protuliſſe in lucem, v. *Freytag* de illa editione l. m. pag. 1020.

Ab hac igitur editione *altera* editionum claſſis duci poteſt, cuius auctorem alii facere ſolent *Aldum*, ex cuius officina prodiit *Valerius*

*) Conf. Catalog. libr. Ducis de la Valiere, tom. III. p. 381 ſqq. vbi plures occurrunt editiones vetuſtae.

rius 1502. 8. — repet. 1503. 1508. 1514. — De editt. *Iodoci Badii Aſcenſii* 1510. ac *Lipſienſi* per *Melch. Lotter* 1514. fol. v. *Freytag.* Adparat. litterar. III. p. 643 ſqq. et tom. II. p. 1355 ſq. de Aldina editione, et aliis rebus ad Valerium pertinentibus: denique tom. I. p. 501. de edd. *Veneta* 1500. fol. ac *Veneta* cum commentariis Oliuerii et Iodoci Badii Aſcenſii 1558. fol. — *Epitomata ſuper nouem libros Valerii Maximi de dictis factisque memorab. diligenter et accurate a M. Ioanne Honorio Cubitenſi recollecta.* Lipſ. per *Iac. Abiegnum* (Thanner) 1503. et 1514. 4. (v. *Freytagii* Adpar. litter. I. p. 504.) — cum indice et variis lectt. apud Rob. Stephan. 1543. 8. et ibid. Par. cum epitome libri X. 1544. 8. — e recenſione et cum notis *Corradi.* Venet. 1545. 8. — repet. Venet. 1605. 8.

Progredior ad *tertiam* aetatem *Pighianam*. *Pighius* autem, qui Valeriani contextus ſoſpitator haberi poteſt, plurimis ſubſidiis inſtructus acceſſerat ad emendandum Valerium; at licentius verſatus eſt in tollendis et addendis mutandisque pro lubitu verbis, ita vt, indice Kappio, totidem fere loca ſana corruperit, quot fortaſſe corrupta ſanauerat. Ipſe quidem profitetur, ſe plus quam octingentis locis emendaſſe Valerium. Eius autem recenſio ſaepiſſime eſt repetita. Primum prodierunt *Valer. Max. — libri emendati per Stephan. Pighium*, cum adnott. Antwerp. 1567. 8. —

tum

tum 1574. 8. ib. — cum *Claud. Mitallerii* notis, Lugd. 1576. 12. — *Valerius etc. repurgatus*, *per Steph. Pighium*, cum breuibus notis *I. Lipſii*, qui duobus MSS. et antiquis edd. vſus eſt. Antwerpiae 1585. 1592. 1594. 8. in qua nitida editione fragmentum de nominibus reperitur. — Lugd. 1612. 12. — *Valerii* — *libr. IX.* olim a *Steph. Pighio* emendati: nunc vero poſt Lipſii et Mitallerii aliorumque ſpicilegia ad vetuſtiſſim. P. Danielis exemplar collati; adiectis etiam animaduerſ. a *Chriſtoph. Colero*, (bono Valerii interprete). Hannouiae, typis Wechel. 1614. 8. — rec. cum notis Coleri auctior. et Sebaſt. Corradi animaduerss. ib. 1627. 8. — cum notis variorum, notisque *Anton. Thyſii*. Lugd. Batau. 1651. 8. —

Aetas *quarta* non aeque fertilis eſt editionum, ac ſuperiores fuerunt. Eminent vero: *Valer.* — cum notis perpetuis *Io. Vorſtii* (qui ad ed. Aldin. et II. codd. Brandenburg. perite reſtituit, emendauit eruditeque illuſtrauit Valer.) Berol. 1672. 8. — Vorſtii recenſionem vt plurimum ſequutus *Torrenius* edidit *Valerium* cum notis ſuis et variorum, atque ineditis Barthii, Guyeti, Gudii, in primis Perizonii. Leidae 1726. 4. — Torrenii recenſionem retinuit, exceptis paucis locis, et quam maxime vtilem editionem curauit cel. *Io. Kappius* (praeſenti tempore Profeſſor Gymnaſii Baruthini, et ſenatus eccleſiaſtici

collega,) *cum varietate lectionis notisque perpetuis et indicibus copioſis*, Lipſiae, 1782. 8. In praefat. iudicat ſobrie de editoribus et docte adſerit Valerio libros, quales nos habemus, refutatque eorum opiniones, quibus vel *Iulius Paris*, vel *Ianuarius Nepotianus* auctor eſſe videtur operis Valeriani hodierni, qui maius opus, hodie deperditum, in compendium redegiſſet. — *Val. Max.* — libri IX. ad optimas editiones collati; praemittitur notitia litteraria. *Biponti* 1783. 8.

De antiquiſſima verſione germanica, Auguſtae Vindelic. 1489. aliisque antiquis v. *Gemeiner's* Nachrichten etc. pag. 187. ſq. et quos ille iam laudat viros doctos. — Recentiſſima eſt verſio: Des *Valer. Maximus* denkwürdige Beyſpiele. Ins Teutſche überſetzt von M. G. *Chr. E. Weſtphal.* Lemgou. 1780. 8.

5. Adulator eſt Tiberii et verborum atque ſententiarum adfectator; collectio tamen exemplorum et variarum narrationum delectat. Genus dicendi varium eſt, interdum tumidum, declamatorium et frigidum; forſan prouti auctores, e quibus ſumſit exempla, ipſi vario, interdum maculoſo vſi erant ſcribendi genere: vt in compilationibus fieri ſolet.

6. *Moller* diſſ. de Valerio Maximo. Altorf. 1684. — *Chriſt Adami Ruperti* diſſ. et obſſ. mixtae ad Valer. Max. et C. Velleium Paterc. Noriberg. 1663. 8. — *Saxii* Onomaſt. I. p. 235. ſqq.

§. 7.

§. 7.

Pomponius Mela.

1. Floruit A. Ch. 48. ſub imper. Claudio.

2. Natione Hiſpanus, Carteia ortus, ex mente Maianſii, ſiue Tingentera, iudicio Vineti, Gronouiorum, Reinoldii et Kappii. de eius vita fatisque nihil conſtat.*)

3. Situm orbis in III. libris deſcripſit.

4. In quinque fere claſſes, opinor, dispeſci poſſunt *Melae* editiones, quarum pleniorem catalogum quum *Hager* dediſſet in Palaeſtra Geographica (Geographiſcher Büchersaal.) tom. II. pag. 509. ſq. praecipuas tantum et meliores memorabo. *Principem* eſſe cenſet *Erneſti* in Fabricii B. L. II. p. 76. (vbi de Mela agitur,) quae in fine habet: *Pomponii Mellae Cosmographiae liber explicit.* ſine loci et anni nota atque ſine titulo, auctoris et libri nomine in 8. probabiliter in Italia et in principiis artis typographicae excuſa eſt. — Vulgo habetur princeps *Mediolanenſis.* 1471. 4. per Anton. Zarotum. — Venetiis, 1472. 1473. 1488. et cum Prisciani ex Dionyſio de ſitu orbis interpretatione. per Erhard Ratdolt. Venet. 1482. 4. — cum praefat. *Hermolai Barbari* ſ. l. et a. 4. (v. *Freytagii* Adpar. litter. I. p. 127.) is etiam edidit

*) Mohedano, (fratres,) ordinis Franciſcani patres in hiſtoria litterar. de Eſpaña vol. IX. de Pomponio Mela copioſe agunt.

edidit Caſtigationes in Pompon. Melam, cum ſecundis caſtigatt. Plinianis. Romae, 1493. fol. ſaepius rec. Se vltra CCC. loca in Mela emendaſſe iactitat. — *Pompon. Melae* de ſitu orbis L. III. cum introductionibus — per *Franciſc. Nuñis de la Yerva*, Med. Prof. Salmanticae. 1498. 4. *adiecti Ael. Anton. Nebriſſenſis in Coſmographiae libros Introductorio.* (v. *Dau. Clementis* ſpecimen biblioth. Hiſpano — Maianſianae. Hannouerae 1753. p. 11. ſq.)

Pomponius Mela Coſmographus, de ſitu orbis *Hermolai Barbari* fideliter emendatus, (Venetiis,) apud Io. Baptiſtam Seſſam 1501. 4. v. *Hummel* Neue Bibliothek von ſeltenen Büchern etc. tom. I. part. I. pag. 42 ſqq. Trecenta, ait Barbarus, in eo (Mela) quae manabant, vlcera vel cicatrice, vel ſplenio conteximus. — Repetita illius editio eſſe videtur, quae ſine anni nota in 4. cum Barbari praefatione prodiit, et deſcribitur a *Freytagio* in Adpar. litter. I. pag. 127. vbi quoque agitur de Barbaro. — *Coſmographia Pomponii Mele* etc. Noriberg. per Cocleum. 1511. 4. — *Mela* cum Hermanni Barbari integris caſtigatt. edid. *Io. Camers.* Vindob. 1512. 4. — rec. 1520. (v *Denis* Wiens Buchdruckergeſchichte, p. 71. et 213.) — cum ſcholiis *Ioachimi Vadiani.* Viennae Pannoniae. 1518. fol. (v. *Denis* l. m. pag. 186. ſq. qui Vadianum ab aliorum iniuria conuiciisque defendit.)

Altera

Altera aetas incipit ab editione *Aldina Melae* cum Solino, Antonini Auguſti itinerario, Vibio Sequeſtro, P. Victore de regionibus vrbis Romae, et Dionyſio Afro, de ſitu orbis, Priſciano interprete Venet. 1518. 8. — Iidem per Alexandrum Paganinum 1521. 16. (quam edit. valde commendat et comparat cum exemplo Gronouiano *Hagerus* — l. c. pag. 513 ſqq.) — *Iidem* Florent. apud Iuntam 1526. 8. — cum Petri Ioanni Oliuarii ſcholiis et Hermolai caſtigatt. (Paris) 1536. 8. — additus Solino cum ſcholiis (*Sebaſtiani Münſteri*) et tabulis geographicis. Baſil. 1538. fol. —

Tertia aetas orta eſt ſtudio *Pinciani* (Ferd. Nuñez de Guzmann, qui a patria vrbe Pincia, hodie Valladolid, Pincianus dictus eſt.) Is edidit *Caſtigationes in Pompon. Melam* (a magnis criticis laudatas,) Salamanticae 1543. 8. (v. Clement. Specim. laudat. p. 57. ſq.) cum eius obſeruatt. in Plinium. Antwerp. 1547. 8. — Illi ſucceſſit *Schottus*: — *Mela* — cum caſtigatt. *Ferd. Nunnii Pinciani*, notis *Hermolai Barbari*, et *Andr. Schotti.* Antwerp. apud Plantin. 1582. 4. —

Quarta aetas eſt tam critica quam eriſtica *Voſſio-Gronouiana.* Primum edidit *Is. Voſſius* cum ſuis obſeruatt. *Melam*, Hagae Com. 1658. 4. Huic ſaepe oppoſita eſt criſis *Iac. Gronouii*, qui *Melam* cum *Iul. Honor.* Excerpto et *Pſeudo-Aethici* Cosmographia edidit notisque illuſtrauit, Lugd. B. 1683. 8. — *Voſſius* contu-

melioſe

melioſe reſpondit in *Obſeruation. ad Pompon. Melam Appendice*, Londini. 1686. 4. et *Iac. Gronou.* acriter atque immoderate ſcripſit in *Epiſtola ad I. G. Graeuium*, Lugd. Bat. 1687. 8. — Cum obſeruatt. *Is. Voſſii*, eorumque appendice. Edit. II. Franequerae, 1700. 8.

Quintam recenſionem concinnauit *Io. Reinold*, cuius praeſtantiſſima editio inſcripta eſt: — *Melae de ſitu orbis libri tres ad omnium Angliae et Hiberniae codd. MSS. fidem ſumma diligentia recogniti et collati tabulisque cuncta in eo ſcriptore gentium locorumque amplectentibus nunc primum illuſtrati. Londini.* (Iscae) 1711. 4. — rec. Lond. 1719. 4. edit. nouae additur, *opera et ſtudio Io. Reinoldi*, Dumnonii Iscani. S. T. B. ſcholae Exonienſis (Excheſter) et e B. Mariae Etonienſis regalis Collegii ſociis. *Etonae*, typis et cura I. Pote. 1761. de qua ſplendida et rara edit. v. *Abr. Gronou.* in praefat. edit. 1743. et cel. *Kappium* in praef. edit 2.

Iunxit operam *Abraham Gronouius*, qui patris editionem recudendam curauit, e codd. emendauit, vtplurimum reſecuit opprobria conuiciaque, quibus Iac. Gronou. et Is. Voſſius ſe inuicem infamarunt, et variis acceſſionibus auxit. — *cum notis integris Herm. Barbari Petr. Io. Oliuarii, Fred. Nunnii Pinciani, Petr. Ciacconii Andr. Schotti, Is. Voſſii*, (ſed ſine appendice) *et Iac. Gronou. Accedunt Iul. Honorii Oratoris Excerpta Cosmographiae,*

Cosmo-

Coſmographia falſo Aethicum auctorem praeferens, cum varr. lect. ex MS. Rauennatis Anonymi Geographia ex MS. Leidenſi ſuppleta. Curante Abrahamo Gronouio. Leidae, 1722. 8. — Tum ſine notis, at textu e codicibus et recenſione *Reinoldi* multis locis caſtigato, idem *Melam* edidit, Lugd. B. 1743. 12. — Denique auctiorem obſeruatt. Oudendorpii, Iac. Perizonii adnotatis ad libri I. capita ſeptendecim, aliisque ornamentis et denuo ad codd. recenſitam atque caſtigatam parauit idem *Abr. Gronou.* editionem, quae reliquis palmam praeripit, Lugd. Bat. 1748. 8. — Melae libri III. ad exempl. Abr. Gronouii recuſi et indicibus copioſis emendati a M. *Henr. Adamo Meisnero*, Schleizenſe. Curiae Variſcorum, 1738. 1744. 1756. 8. et cum indice praeclaro — curante *Io. Kappio* ibid. 1774. qui vir Geographiae criticesque peritiſſimus poſtea nouam quaſi recenſionem dedit, diſceſſione a Gronouio et Reinoldo interdum facta, indices multum locupletauit notasque ſubiunxit. Curiae Regnitianae 1781. 8. — curante *Aug. Guilielmo Erneſti.* Lipſiae, 1773. 8. — *Pomponius Mela III. Bücher von der Lage der Welt, ins Teutſche überſetzt von Ioh. Chriſtian Dietz.* Gieſae, 1774. 8.

5. Perſpicua in eo eſt breuitas, miraque copia; quamquam latinitas in re tam difficili, nouoque argumento, (primus enim Romanorum orbem litteris latinis illuſtrare auſus eſt,)

eſt,) non adeo elegans eſt et florida; pura tamen nec ſordida.

6. *P. I. Nunneſii Valentini* epiſtola de patria Melae addita edit. Gronouianae. — Lis inter Iac. Gronouium et Voſſium de Mela, licet litteris non admodum honeſta fuerit, vtriusque diligentiam mire excitauit atque obſeruationes peperit vtiliſſimas. Iacobi Gronouii editioni vtrique et Abr. Gronouii maior. editionibus acceſſerunt Iulii Honorii Oratorii Excerpta Coſmographie, Aethicus atque Anonymi Rauennatis Geographia. v. *Hager* l. m. pag. 531. ſqq. pag. 535. — *Rodriguez de Caſtro* Bibl. litter. Hiſpaniae tom. II. (v. Hygin.)

§. 8.

Scribonius Largus.

1. Imperantibus Tiberio et Claudio vixit.

2. Fuit medicus empiricus.

3. Scripſit librum de compoſitione medicamentorum.

4. Princeps editio eſt, quam *Io. Ruellius* publicauit cum Celſo. Paris, 1529. F. — Optima eſt *Io. Rhodii* cum notis et lexico Scriboniano Patau. 1655. 4. — ad editionem Rhodianam denuo nitidis typis exſcribi fecit *Scribonii* compoſitiones, cum fragmento de ſimplicibus a Brunsfelſio excerpto *Io. Mich. Bernhold*, Phil. et Med. D. etc. Argentorati apud Amandum Koenig. 1786. 8. In praefat. ſcite agit

agit de Scribonio eiusque aetate, familia, nominibus, arte muneribusque; tum confirmat ſententiam, hoc opus a *Scribonio* eſſe conſcriptum latino ſermone, poſthaec diſſerit de editionibus factis, fictis et promiſſis.

5. Dictio eſt plebeia, inculta nec a barbariſmis immunis. Quare quidam arbitrati ſunt, Scribonium graece ſcripſiſſe et circa aetatem Valentiniani imperatoris latino cultu veſteque indutum fuiſſe: quod falſum eſſe, vberius demonſtrat cl. *Bernhold* in praefatione.

6. *Fabricii* Bibl. L. III. pag. 525. ſq. ed. Erneſti, et *Saxii* Onomaſt. I. p. 246.

§. 9.

Rhemnius Fannius Palaemon, Vicentinus.

1. Vixit circa A. Chr. 50. imperatore Claudio.

2. Clarus Romae fuit Grammaticus. Verna dum filium herilem in ludum comitabatur, ipſe litteras didicit: hinc manumiſſus, magna cum laude iuuenes romanos docuit. Vitae conſuetudo non optima fuiſſe dicitur: admodum enim elatus et ſuperbus omnes, vel Varronem ſpreuit. Praeter ea homo fuit prodigus.

3. Scripſit artem grammaticam, de ſumma grammatices, artem ſecundam: carmen quoque de ponderibus et menſuris, quod vero alii *Fauino*, alii *Priſciano* adſcribunt, feciſſe dicitur.

4. *Q. Rhemnii Palaemonis* ars ſecunda inter Grammaticos illuſtres XII. etc. *Pariſiis* 1516. F. — *Rhemnius Palaemon* de ſumma Grammatices etc. per Adam. Petrum. Baſil. 1527. 8. — Inter Grammaticos L. auctores *El. Putſchii*, p. 1366. — Carmen cum *Prisciano*, Venet. 1496. cum *Eliae Vineti* notis. Par. 1665. 8. — inter *Pithoei* poematia vetera. n. 31. — cum *Burmanni* aliorumque notis inter Burm. poetas lat. minor. F. II. p. 396. — *Remi*, *ſ. Rhemnii Palaemonis differentiae ſermonum*, *ex libro Suetonii*, fortaſſis *Prato*. in Miſcellan. obſeruatt. crit. nouis tom IX. pag. 977. ſqq. adde ſupra Catalogum editionum *Celſi*.

5. Inſignis grammaticus habebatur. vid. *Sueton.* de illuſtr. grammat. c. 23. conf. *Erneſti Fabricii* Bibl. L. III. p. 251. 318. 403. *Boudami* Var. lect. cap. 12. pag. 283. ſq. *Saxii* Onomaſt. I. p. 244. ſq.

§. 10.

M. Valerius Probus.

1. Vixit ſaeculo Neroniano ab A. C. 55 — 98.

2. Berytius a loco natali in Phoenicia cognominatur. Diſtinguendus eſt ab alio *Valerio Probo*, qui tempore Hadriani vixit.

3. Commentatus eſt in Bucolica et Georgica Virgilii; Henr. vero Stephanus (diſſ. de criticis

criticis p. 249.) commentaria eſſe ſuſpecta iudicat. Sub nomine eius eduntur: Grammaticarum inſtitutionum libr. II. et de interpretandis notis Romanorum libellus interpolatus.

4. *Probi Grammatici* inſtituta artium, *Mediolani*, 1504. fol. et in *Putſchii* Grammaticis veteribus. — De notis Romanorum, cum aliis opuſculis. Venet. 1499. 1501. 4. — dem libellus in *Dionyſ. Godofredi* Auct. L. L. Geneuae, 1602. p. 1454 ſqq. — inter *Eliae Putſchii* Grammaticos veter. pag. 1386 — 1494. — cum notis *Claudii Dauſquii*, in eiusdem antiqui nouique Latii orthographia. Tornaci Neruior. 1632. p. 173 ſqq. — Libellum de interpretandis Romanorum litteris uxit, emendauit, notis illuſtrauit *Henr. Ernſtius*. Sorae 1647. 4. — rec. cum notis rid. *Tiliobrogae*, ſ. Lindenbrogii, in *Meermanni* nouo theſauro Iuris, tom. I. p. 87 ſqq. — de litteris antiquis opuſculum in *Io. Goteſch. Clauſingii* iure publ. Roman. Lemgou. 726. 8. tom. I. etc.

5. Seruius eum laudat vt doctum hominem et in ſcriptis veterum intelligendis penſiandisque bene callidum.

6. Conf. *Burmanni* Minoris praefat. ad Virgilium. *Noriſium* ad Cenotaphia Piſana. 464. — *Eduard Corſin.* in Prolegom. ad Notas graecor. p. 13. — *Erneſt. Fabric.* B. . III. p. 381 ſq. 404 ſqq. *Saxii* Onomaſt. I. . 249.

§. 11.

Quintus Curtius Rufus.

1. De eius aetate non omnes conſentiunt. Fuerunt enim, qui poſt renatas litteras eius hiſtoriam in lucem editam eſſe autumarent. Alii tamen eum vindicarunt antiquitati: eumque vel ſub Claudio, circiter a. Ch. 54. vel ſub Veſpaſiano a. 69. circiter in viuis fuiſſe, probabile videtur. Iam vero Curtium non adeo recentem auctorem et ſpurium eſſe, vt e Bodini opinione ante trecentos fere annos a quodam fictus fuerit, vel ex eo adparet quod Vincentius Bellouacenſis, qui ſub Pontifice Innocentio IV. A. C. 1244. ſcripſerat, in ſpeculo hiſtoriali libro IIII. cap. 5. 23. 30. 36. 38. 61. 62. 63. multa loca e Curtio ſumta laudat, et iam antea Ioan. Saliſburienſis, qui a. Ch. 1182. mortuus eſt, Curtii facit mentionem.*)

2. Ill

*) *Ioſ. Anton. Saxius* in Hiſtoria typographica litteraria Mediolanenſi col. 292. ſcribit nouiſſime (ante an. 1745. edita eſt illa Hiſtoria,) typis Bononienſibus vulgatum fuiſſe opuſculum Comitis *Io. Franciſci Ioſephi Bagnoli, in quo de Curtia gente atque aetate Curtii* omni antiquae ſolidaeque eruditionis adparatu diſſeratur. Bagnolum ſententias omnes expendiſſe et contuliſſe cum duobus Q. Curtii locis, adfirmantem, adaptari ea minime poſſe niſi *Conſtantini M. aetati*, qui illum vere floruiſſe contendit. (Enimuero floridum, ornatumque et purum ſcribendi genus a aetat

2. Illa ſententia ſi ſtat, Curtius, vt *Taci-*
tus Annal. *II.* 20. 21. de eo mentionem facit,
gnobili loco natus, et Rhetor fuit Romae,
ui vero ſub Tiberio praeturam et ſub Claudio
Conſulatum, triumphi inſigne, et denique
Z 3 admi-

aetate Conſtantini M. minus culta et vitioſa longe abeſſe videtur.) Librum vero Bagnoli, iudicat idem Saxius, dignum eſſe lectu, quum plura etiam alia celebrium ſcriptorum dicta ad iuſtam criticae artis lancem in adnotationibus reuocentur, virumque oſtendant optime in remotae antiquitatis doctrina verſatum. Ibidem copioſus eſt de verſione Q. Curtii italica a Petro Candido Decembrio facta. *Adde* indicem Freinshemio — Snakenburg. voc. *Curtius. Io. Iſaac Pontanus* demonſtraſſe ſibi viſus eſt, Curtium poſt aeuum Traiani et Hadriani claruiſſe, et Taciti inſuper eſſe imitatorem. v. Eius epiſtolas ab Antonio Matthaeo editas in: *Andr. Alciati epiſtola ad Bernard Mattium:* accedit Sylloge epiſtolarum Giphanii, Vulcanii, Tychonis Brahe, Scriuerii, Pontani, etc. — Lugd. Batau. 1695. 8. pag. 108 ſqq. 166 ſqq. 200 etc. 229. et 258 ſq. quo vltimo loco *Pontanus* agit de *Barnabae Briſſonii* (de regno Perſarum lib. I. p. 78 ſq. ed. Lederlinii,) ſententia, qua Curtius a Tiberii temporibus rempublicam adtigiſſet; idem teſtatur, Curtium a Suetonio clarorum virorum albo fuiſſe adſcriptum: in MSS. quidem codicibus *Porcio Latroni* ſubiungi *Q. Curtium Rufum.* Briſſonium refutauit quoque *Ian. Rutgerſius* in variis lectionibus, et aeuum Curtii ad *Veſpaſianum* potius referendum credidit. Ita quoque ſentit cl. *Saxius* in Onomaſtico I. p. 258 ſq qui Curtium neque cum Perizonio ad *Tiberii*, neque cum Hambergero ad *Clau-*

adminiſtrationem Aſiae, *) vbi ſenex vita deceſſit, adulando ſub Claudio conſequutus eſt. Sed hoc incertum videri, ex iis, quae in nota adtuli, colligi poteſt. Habuit acre iudicium, multum ingenii, facundiam atque eloquentiam, quas vero virtutes quibusdam vitiis commaculaſſe atque obſcuraſſe dicitur.

3. De rebus Alexandri M. hiſtoriam libris X. comprehenſam reliquit, quam tamen ab initio et quibusdam aliis in locis nunc mutilam habemus.

4. De editionibus alio tempore vberius diſputaturus, hic, quae notanda videantur, paucis comprehendam. *Princeps* eſt Veneta per *Vindelinum de Spira*, bis 1470. ſiue 1471. Hanc tamquam baſin plures ſunt ſequuti. — Sed ex alio codice deſcripta fuerit editio vitioſe quidem exſcripta attamen ad lectionem interdum indagandam aut reducendam, vtilis et admodum rara, quae nulla habet paginae, cuſtodis etc. ſigna, nullum titulum: incipit ſtatim a verbis *Curtii: Inter haec Alexander.* In calce: *Finis geſtorum Alexandri magni que Q. Curtius Rufus vir Romanus litteris man-*

Claudii aetatem referre, multo minus cum Barthio ad ſaeculum *Theodoſianum* detrudere auſit. adde *Erneſti Fabricii* Bibl. L. II. p. 341 ſq.

*) De quo tamen honore ob aciei ordinandae ignorantiam dubitat *Freinshemius* ad Curtium lib. III. 9. 1.

mandauit. Et Pomponius n̄ro tēpore correxit. A. Georgius Lauer impreſſit. Haec editio, quae quidem multas prauas, at etiam ſingulares habet lectiones, et ſpatii interſtitia, vbi in codice fuerint lacunae, a ſequentibus editoribus fere neglecta eſt —

Curtius — *Mediolani*, 1475. 8. (typis, vt videtur Hambergero, Chriſtoph. Waldarferi,) — *ibid.* per Anton. Zarottum. 1480. et 1481. — Cum caſtigatt. *Barth. Merulae* (codice vſi, multisque locis, vt ait, proprio Marte caſtigatis, quem tamen C. Barthius ſcribit auctori corrumpendo audaciae ſignum ſuſtuliſſe,) Venet. per Io. de Tridino, alias Tacuinum. 1490. 1491. 1497. fol. (differunt tamen hinc inde.) — Praefato et curante *Antonio Francino*, Florentiae opera et impenſa Philippi Giuntae. 1507. 8. (potius ab inſigni raritate, quam ab vſu critico commendabilis eſt editio.)

In *altera* claſſe, quae ab *Erasmi* cura incipit, cum primis praeſtant edd. Erasmi, Aldi et Iunii. — cum adnotationibus *Des. Erasmi*, qui quaedam emendare inſtituit, Argentorati, 1508. 1518. fol. — auctior. Baſileae 1517. fol. — Ex recognitione *Lucae Robiae.* Florent. 1517. 8.

Erasmianam fecit baſis, ita tamen, vt e libris ſcriptis quaedam corrigeret *Aldus*, Venetiis 1520. 8. Lectiones mei exempli interdum diſcrepant ab iis, quae in editione Sua-

 kenburg.

kenburg. ex Aldino exemplo laudantur. — Eclectica quodammodo eſt edit. *Io. Gymnici* cum Eraſmi adnotatt. et Hutteni floribus. Coloniae 1538. 1542. 1545. 8. — Praeſtans eſt et critica editio, quam curauit *Hadrianus Iunius*, qui antiquiſſimum cod. Schonhouianum adhibuit, lectiones diligenter adnotauit et caſtigauit *Curtium*, Antwerp. ex offic. Io. Loei. 1546. 8.

De Curtio bene meruit, et nouam eamque *tertiam* duxit editionum claſſem *Franciſcus Modius*, Brugenſis; qui et ingenii bonitate et ope codd. msstor. adiutus, nouum quaſi Curtium dedit, quamquam interdum libidine mutandi abreptum eſſe Modium haud diffitear. — *Curtius a Franc. Modio ad MSS. codd. recognitus*, cum illius notis. Colon. 1579. 8. — 1591. et ſine notis 1598. 8. —

Inter Gryphianas, quae multae ſunt, editiones eminet *Lugdunenſis* apud *Anton. Gryphium* cum emendationibus *Franc. Modii* et variis lectionibus *codicis Theocreni*, iisque praeclaris. 1584. 12. — repet. ib. 1588. 12. et, minus tamen emendate minusque nitide expreſſa, ita tamen, vt ſingulae paginae, et ſinguli fere verſus reſponderent ſuperiori, Lugduni apud Paullum Frellon etc. 1597. 12. — *Valent. Acidalii* ingenioſi quidem, at enim audacioris iuuenis Animaduerſiones in Q. Curtium prodierunt ſeorſum Francof. 1594. dein acceſſerunt edit. *Curtii* Francofurtenſi 1597. —

Tam

Tam propter vſum criticum quam propter interpretationem commendanda eſt edit. *Math. Raderi*, cum eius copioſo commentario, Coloniae Agrippinae. 1628. fol. — Emendata eſt edit. cura *Io. Is. Pontani*, Amſtel. apud Io. Ianſſonum 1628. 16. — cum notis Popmae ex recenſione D. H. Lugd. B. apud Elzeuir. 1633. 12. (de indiciis genuinae editionis, duabus figuris aeneis, v. illuſtriſſ. *Com. de Rewiczky* Bibl. gr. et lat. pag. 95.) —

Quartam aetatem auſpicatus *Io. Freinshemius*, Curtii ſospitator, cuius et criticae et hiſtoricae animaduerſiones, nouaque textus recenſio prudens fecerunt, vt et ille ſuperaret vtilitate ſuperiores et reliquis fieret exemplum. Adiecit praeterea ſupplementa docte vberiusque ſcripta, *Argentor.* 1648. 8. II. voll. — tum alteram ab ipſo Freinshemio recognitam auctamque editionem poſt eius obitum abſoluit et curauit *Io. Henr. Rapp.* Argentor. 1670. 4. — *Schreveliana* cum notis variorum ſaepius prodiit Amſtelod. 1649. 8. 1664. — Francofurti cum excerptis inſuper Freinshemii notis. 1668. 8. — Amſtel. 1673. 8. etc. — Inter editt. in vſum Delphini factas praeſtat plurimis, *Curtius* cum Freinshemii ſupplem. et interpretatione notisque *Mich. de Tellier.* Paris. 1678. 4. recus. Londini 1705. 8. id tamen habet incommodi, quod textus multo aliter, ac in ceteris editionibus, eſt capitibus diſtinctus. — *Sam. Pitiscus* bis edidit *Curtium*,

primum cum commentariis, in vſum tironum, (quae leuis eſt opera,) Vltraiecti, 1685. 8. — tum, cum commentariis, iuſto copioſioribus, tam hiſtoricis, quam grammaticis, (qui ſcholarum magiſtris vtiles eſſe poſſunt,) ibid. 1693. 1708. mai. 8. — *Cellarii* edit. et commoda eſt et ſupplementa noua bene ſcripta, Lipſiae 1688. 8. ſaepius repetita, etiam, cum Freinshemii ſupplementis, Hagae Comitum 1729. 8. II. tom. — *Maittaire* praemiſit nitidae ſuae editioni varias lectt edit. Veronenſis 1491. Londin. 1716. recus. Baſil. 1724. 12. —

Locupletiſſima eſt cum notis variorum partim integris, partim ſelectis, quam curauit *Henr. Snakenburg*, Delphis et Lugd. B. 1724. 4. Baſis eſt prior edit. Freinshemiana. Quaedam ſubſidia nona acceſſerunt et vtiliter ſunt adhibita. At nec primae vetuſtaeque editt. antecedentes Aldinum, nec Adriani Iunii editio, nec lectiones Theocrenianae ſunt a Snakenburgio conſultae in vſumque conuerſae.

— Cum ſupplementis *Freinshemii* Pariſiis, typis Io. Barbou. 1757. 12. nitida eſt editio: ſine notis. Editor in praefatione; „textum, ait, ad celebratiſſimam Henr. Snakenburgii editionem potiſſimum conformauimus: MSStos. etiam bibliothecae regiae codices euoluimus, vt, ſi quid opis conferre poſſent, id bono rei litterariae impenderemus. Sed quoniam fruſtra hanc operam ſumſimus; monere ſatis ſit, nos codice 700. annorum fultos, ab hac noſtra editione

editione abegiſſe Curtii ſuppoſititium, nec genuinum foetum: (vide *Curt.* l. IV. cap. II. et confer *Iuſtinum* libr. XI. cap. XII.) quem, cum e Iuſtino fuerit inuectus, reſtituere parenti cum fide debuimus." In fine eſt catalogus praecipuarum Curtii editionum, e quibus memoramus, quae Londini 1746. 8. apud Brindley typis exſcripta eſt: iisque addimus, quam cum ſupplementis Ioan. Freinshemii, addita celebri gallica *de Vaugelas* interpretatione parauit *I. P. Miller* 1746. 1770. 8. Berolini typis Wagneri typographi Vlmenſis. — e recens. *Valart*, apud Barbou. Paris. 1764 12. — e recens. et cum ſupplem. Freinshemii, praemittitur notitia litteraria. Biponti. 1782. 8.

5. Dicendi genus eſt floridum, ornatum, crebris acutisque ſententiis diſtinctum; interdum vero nimis translatum ac prope poeticum. Imitatio tamen Cornelii Nepotis eſt manifeſta. (v. quoque *Gebhard.* ad Cornel. Nep. IV. 2.) Orationes ſunt facundae quidem; at vmbratiles et declamatoriae. Vberior eſt et latior in dicendo, et deſcribendis hominibus locisque: neruoſior in ſententiis, aliquando etiam contractior, quam patiuntur leges hiſtoriae ſcribendae. Atque quoniam totus eſt in laudando Alexandro, et ornanda hiſtoria, nec vbiuis limpidos ſectatus eſt fontes, (atqui iam antiquioribus temporibus, multa falſa de Alexandro prodita, aut ambitioſe dicta fuerunt;) fides eius valde ſuſpecta videtur. Quare Clericus Curtium

tium hac in re acerbe notauit, a Perizonio autem docte refutatus.

6. *Chriſt. Brunonis*, in Bauaria Monachi, ſupplementa ſunt ſterilia, atque parum limata; contra *Freinshemii* doctiſſima quidem, ſed vberiora, quae lectorem etiam cupidiſſimum ſatiare poſſunt: *Cellarii* vero et ſatietati occurrunt et apta ſunt atque elegantia. Confer *Dan. Guil. Molleri* diſp. de Curtio. Altorf. 1683. 4. cui oppoſita eſt *Magn. Dan. Omeiſii* diſſ. de Curtii aetate ib. 1683. 4. *Perizonii* Curtium reſtitutum. Lugd. Batau. 1703. 8. Freinshemii Commentarii in libros ſuperſtites Q. Curtii praefixi ſunt editioni Snakenburgianae, cui etiam Perizonii vindiciae inſertae ſunt. *Heumannus* tum in Parergis criticis, tum in Actis Erudit. tom. VII. ſupplem. pag. 54. multa tentauit in Curtio corrigendo: ingenioſius ſaepe, quam recte. Exemplo Snakenburgii inſertae ſunt eius notae criticae. Modeſte examinauit ipſeque manum adtulit medicam locis multis Cortius in: *G. C. B. epiſtola critica ad V. C. C. A. Heumannum de emendationibus Curtianis, tom. VII. ſect. II. ſupplem. Act. Erud. propoſitis*. Lipſiae. 1719. 8. Meo exemplo *Cortius* multa manu adſcripſit, in quibus haud pauca vel firmantur, vel retractantur. De verſionibus vide *Fabricii* B. L. lib. II. c. 17. adde edit. Lemgou. lat. cum verſione theotiſca, 1768. 8. — *Curt.* in german. linguam translatus

latus a *I. P. Oſtertag.* Francof. 1783.—85. II. tom. 8.

De iis, qui vitam Alexandri M. enarrarunt antiquioribus temporibus, egit *I. Freinshem.* in Prolegomenis; adde *Fabricii* Biblioth. graecam vol. II. libr. III. cap. 8. pag. 207. ſqq. ſed curatius de iis ſcripſit *St. Croix* in Examen critique des Anciens hiſtoriens d' Alexandre-le-Grand. à Paris. 1775. 4. — In rebus Indicis Curtio fidem non eſſe habendam, monet *le Gentil* in Voyage dans les mers de l' Inde, fait par l' ordre du Roi, à l' occaſion du Paſſage de Venus ſur le Disque du Soleil. Paris. vol. I. 1779. vol. II. 1781. 4.

§. 12.

Asconius Pedianus.

1. Vixit circa annum Chriſti 54, ſub Nerone, et forſan adhuc ſub Veſpaſiano.

2. Patria Patauinus,*) et Romae Rhetor ac Grammaticus.

3. Scripſit commentarios in quasdam Ciceronis orationes, ſed eos habemus non integros.

4. Editi ſunt illi cum Ciceronis orationibus a Graevio; ſeparatim vero cum aliis quibusdam primum per Iohannem de Colonia ſocium-

*) De eius tamen patria dubitat *Anna, Fabri* ad Aurel. Victorem. p. 5. a) edit. Arntzenii.

ſociumque eius Ioann. Manthen de Gerretzen. Venet. 1477. — auctore *Hieronymo Squarzatico.* Venet. 1522. et 1563. et 1545. 8. — cum notis variorum ſelectis, Lugd. Bat. 1644. et 1675. 12. v. ſupra ad Ciceronis Orationes.

5. Dictio eius breuis eſt et perſpicua. Commentarii vero ad intelligenda multa Ciceronis loca obſcuriora, ritus et hiſtoriam eius temporis multum conducunt.

6. *Saxii Onomaſt.* I. p. 248. *Fabricii* B. L. lib. II. c. 6. tom. II. pag. 66 ſqq.

§. 13.

Lucius Iunius Moderatus Columella.

1. Vixit imperantibus Tiberio et Claudio.

2. Patria fuit Gaditanus ex Hiſpania.

3. Ex eius ſcriptis ſuperſunt *de re ruſtica* libri XII. et vnus *de arboribus.*

4. Editur cum Catone et aliis R. R. ſcriptoribus. Separatim vero Regii. 1499. fol. cum adnot. Pomponii, Pii, Beroaldi etc. 1543. 4. et apud Gryphium, Lugduni, 1548. 8. Seorſum additur liber: Enarrationes vocum priſcarum in libris de re ruſtica per *Georgium Alexandrinum. Philippi Beroaldi* in libros XIII. Columellae annotationes. Aldus de dierum generibus ſimulque de vmbris et horis, quae apud Palladium. Apud Seb. Gryph. Lugd. 1549. 8.

5. Sti-

5. Stilus eſt elegans, caſtus, copioſus, ſaepe tamen oratorius.

6. Conf. *Geſneri* praefat. ad Scriptores R. R. pag. VII. ſqq. *Pontedera* in Antiquitatum latinarum graecarumque enarrationibus, epiſt. 54 — 67. pag. 471 ſqq. multis locis emendauit Columellam. — De eius ſcriptis vitaque copioſi ſunt fratres, *Raphael* et *Petr. Rodriguez Mohedano*, in Hiſtoria literaria de Eſpaña, tom. VIII. 1781. 4. iidem evincere ſtudent, noſtrum Columellam fuiſſe illum *Moderatum*, qui opus graecum de philoſophia Pythagorica ſcripſerat. — *Erneſti Fabr.* B. L. tom. II. pag. 71 — cl. *Saxii* Onomaſt. I. pag. 246. — Verſio germanica eſt inſcripta: *Columella XII. Bücher von der Landwirthſchaft*, mit Anmerkungen von *M. E. Curtius*: Bremae. 1769. 8. — Cl. *Mathaei* in Lectionibus Mosquenſib. Lipſiae 1779. 8. vol. I. pag. 80 ſqq. tum adcuratam codicis cuiusdam dat notitiam, tum varias ex eodem codice excerptas lectiones. — Adde *Io. Rodriguez, de Caſtro* in Biblioth. Hiſpanica (hiſpanice ſcripta,) vol. II. Madrid. 1786. fol.

§. 14.

Palladius Rutilius Taurus Aemilianus.

1. Iungo eum Columellae, quamuis alii ſcriptoribus ſaeculi ſecundi eum cenſeant adnumerandum. *Cellarius* et *Funccius* Palla-

Palladium iis accenſent, qui ſub Traiano litteris erant illuſtres. *Valeſius* ad Ammian. Marcellin. XXIX. I. pag. 608. eius aetatem confert in exitum ſaec. IV. a. Chr. 395. circiter, ſub Arcadio et Honorio imperatoribus; eiusque iudicio ſubſcribit cl. *Saxius* in Onom. I. p. 458.

2. Romanus fuit.

3. Artem *rei ruſticae* XIIII. libris complexus eſt.

4. Editur cum Catone aliisque R. R. ſcriptoribus. Seorſim tamen Pariſiis 1536. 4. et Heidelbergae 1598. 8. in lucem prodiit.

5. Columellam ita ſequitur, vt eius ſcripta compilaſſe nonnumquam videatur. Vſus eſt ſtilo ſimplici, concinno, nec plane ineleganti. Atqui quoniam frequentiſſime interpolatus fuerat, accidit, vt multis inquinaretur naeuis. Conf. *Cellarii* Prolegomena ad curas poſteriores. Ienae. 1735. 12. pag. 22. 23.

6. *Erneſt. Fabricii* B. L. tom. et libro III. pag. 68. ſq. Auctores Hiſt. litter. hiſpanicae paullo ante memorati, vol. VIII. pag. 508. ſq.

§. 15.

T. Petronius Arbiter.

1. Sub Claudio et Nerone vixit, cuius poſterioris ſaeuitia eum ad mortem callidam quidem ſed voluntariam ann. Chr. 66. compulit.

2. Maſ-

2. Maſſilienſis, equeſtri genere ortus. Vir conſularis, Proconſul Bithyniae, ſub Nerone conſul creatus eſt, a quo imperatore elegantiae arbiter, h. e. qui luxum ac feſtiuitates aulae Neronianae regeret et moderaretur, (quod officium nomen ei indidit,) adſumtus eſt: Is ſi auctor eſt Satyricôn. Inuidia tandem Tigillini cuiusdam factum eſt, vt Petronius crudelitatem Neronis ſentiret, quam vt citiſſime euitaret, incifis venis lenta morte hilaris iocansque periit. Homo fuit praeſtantiſſimo ingenio, pronus ad libidinem et luxuriam, alienus tamen a flagitiis, moribus perditiſſimis luxuque principis ſuiue temporis. Diem per ſomnum ab eo transactum fuiſſe, noctem vero officiis et oblectamentis vitae, *Tacitus* memoriae prodidit. Acutus fuit philoſophus, probabilis orator, poeta elegantiſſimus, grauis vitiorum conſectator.

3. Scripſit aut ſcripſiſſe dicitur *Satyricon* ue *libros ſatyricôn*, de corruptis ſaeculi ſui moribus more Varronis ligata et ſoluta oratione,*) in qua Claudiani et Neroniani aeui infelicita-

*) Carmen illud longius, *de Bello Ciuili*, quod *Petronio* noſtro adſeritur vulgo et in Satyricon libro incipit cap. 119. ab alio eſſe profectum, eiusque auctorem ad tempora Antoninorum referendum, *Ignarra* in Commentario de palaeſtra Neapolitana, Neapoli a. 1770. 4. pag. 182 ſqq. docuit, idque illum inuictis rationibus demonſtraſſe, ait cl. *Martyn-Laguna*, in epiſtola de libris Lucani editis, ſaec. XV. pag. VIII. not.

felicitatem, artium, profeſſorum, artificum aliorumque inertiam, nequitiam, laſciuiam aliaque vitia perſtrinxiſſe videtur; et ſub perſona Trimalchionis *Claudium* imperatorem notatum eſſe, docet *Burmannus* in praefatione docta ad Petronium, in qua praeterea editiones atque interpretes recenſet, et omnem litis hiſtoriam enarrat. *Burmanni* ſententiae ſubſcribit cel *Saxius* in Onomaſtico I. pag. 241 ſqq. Atqu de auctore libri, et aetate non idem omne ſentiunt. Tacitus *elegantiarum arbitrum* vo cat *Caium* Petronium, quem negant fuiſſe Sa tyricôn auctorem. Satyricôn tamen libr. mu tilum et detruncatum, (nimia forſan hominun ſuperſtitione, atque intempeſtiua deſcriptorun religione,) ad nos peruenit. Fragmentum ir ſign

Separatim quoque editum eſt ab *Hermanno Bu ſchio*, cum notis, et inſcriptum: *Carmen de lux Romanorum*, Lipſiae per Iac. Thanner 1500. conf. cel. *Wernsdorf* in poetis latinis mino tom. III. Prolegg. p. LVI. ſq. vbi p. 24. ſqq in ſcriptum: *de mutatione reipubl. romanae* inſe tum docteque illuſtratum eſt. Adiecit alia mino Petronii carmina *in auaritiam, luxum* et *vanit tem* p. 61. ſqq. et *fragmentum Satyr. in Ner nem* pag. 77. ſqq. a Balzacio primum editum Entretiens ſiue confabulationibus litterariis, Epi IV. c. 4. p. 54. inde repetitum a *Burmanno* Antholog. lat. tom. II. p. 645. id. *Turno*, cel bri Satyrographo, tempore Titi et Domitian doctis vſus argumentis, vindicat cel. *Wernsdo* Prol. p. 59. ſqq.

ſigne, in quo integra fere coena Trimalchionis deſcribitur, a Marino Statilio, Traguriae in Dalmatia inuentum eſt, et a Paullo Frambotto 1664. 8. Pataui vulgatum, quod plerique doctorum hominum Petronio nunc adſerunt, quamquam antea de eo inter Hadrianum Valeſium, Wagenſeilium, Io. Frid. Gronouium, Reineſium, Schefferum et Petitum aliosque viros eruditos mirae interceſſerunt lites. Dupinius quidem Gallus totum Petronium, Alba Regali 1688. expugnata, reperiſſe ſibi videbatur, a viris autem artis criticae atque elegantiarum Petronii gnaris adhuc exploſus.

4. Critica plenaque editionum hiſtoria adhuc exſpectanda eſt. Quare de potioribus tantum diſſeram. Princeps habetur editio: „Dionis Chryſoſtomi orat. de Ilio non capto, latine ex verſione Philelphi: Accedunt *Petronii Arbitri, Satyrici fragmenta, quae exſtant,* (cum multis lacunis, ſed interdum rectius, quam poſthaec,) Venetiis, per Bernhardinum de Vitalibus, Venetum, 1499. 4." — at fragmentum iam antea lucem adſpexerat cum *Plinii Panegyrico*, (v. infra Plinium iuniorem,) 1476. 4. ſine loco. — curante *Reginaldo Chalderio*, (ad cod. MSt. ſuſpicante Burmanno,) Paris. 1520. — cum caſtigatt. *Io. Sambuci.* Antwerp. apud Plantin. 1565. 8. Integriorem codicem nactus erat Sambucus.

Meliorem formam dedit *Ioannes Tornaeſius*, qui duobus codd. inſtructus edidit *Petronium*

et variarum lectionum libellum adiunxit, Lugduni 1575. 8. — ſucceſſit fauſtis auſpiciis labor *Iani Douſae*, patris, cuius *Praecidaneorum in Petronium libri tres* primum prodierunt Lugdun. Batau. 1583. 8. — poſtea cum *Satyra Sulpitiae* additi *Petronio*, 1585. 8. ibidem: — et eod. anno. Paris. 8. — et, quae editio eſt emendatior, adiectis notis *Richardi*, Biturigis, ac ſpicilegio *Dupeiratii*. Paris. apud Patiſſon. 1587. 12. — cum notis *Ioann. Wowerii*, Hamburgenſis, et aliorum. Lugd. Bat. 1596. 1604. Amſtel. 1624. 12.

Nouam editionem fecit e codd. et in altera parte Syllogen adnotationum et Obſeruationum, ſiue notas variorum, ſingulis ſeparatim poſitis, dedit, ſuasque contulit ſymbolas et fragmenta collegit *Georg Erhardus*, (h. e. *Melchior Goldaſtus*,) Francofurti. 1610. 8. 1621. 8. et ſaepius — cum commentario praeclaro, at nimis copioſo, *Ioſ. Antonii Gonſalii de Salas*, et ſymbolis *Sciopii* criticis, Francofurti, 1629. 4. — *Petronius* Lugd. Bat. 1645. 12. — Bourdelotii. Amſtelod. 1663. 12.

Noua lux adfulgere coepit *Petronio*, itidemque ſunt multae concitatae turbae, (de quibus Burmannus in praefatione et Fabricius ſ. Erneſti in Bibl. Lat. tom. II. pag. 157. vberius differunt,) reperto nouo Petroniani operis fragmento, quod integram coenae Trimalchionis fabulam complectitur: de huius editionibus

nibus paullo poſt agetur. Interea id fragmentum ſuo loco inſertum cum reliquis *Petronii* antea editis, et cum ſelectis variorum commentariis vulgatum eſt a *Michaele Hadrianide*, additis variorum auctorum poemat. eroticis aliisque, Amſtel. 1669. et 1687. 8. — cum paucis *Boſchii* notis. Amſtelod. 1677. in 32. cum *Priapeiis*. *Petronii* — *ſatyricon*. Prima editione per Io. Boſchium, ad ſcriptorum exemplarium fidem caſtigatum et notis adauctum. Et hac ſecunda Fragmento Traguriano cum notis Reineſii et Schefferi locupletatum. Amſtel. 1690. 16. alter tom. continet Priapeia et notas memoratas. — Londini 1693. 8. —

Nouam e libris ſcriptis editisque textus recenſionem confecit, et optimam non minus quam pleniſſimam curauit editionem *Petrus Burmannus*, qui textum in capita diſtinxit, et ſuis frequentibus aliorumque virorum doctorum partim integris, partim excerptis commentatt. ornauit et auxit: *Titi Petronii Arbitri Satyricôn quae ſuperſunt, cum integris doctorum virorum commentariis et notis Nicolai Heinſii et Guilielmi Goeſii, nunc primum editis. Accedunt Iani Douſae Praecidanea, D. Ioſ. Ant. Gonſali de Salas commenta, variae diſſertatt. et praefationes. curante P. Burmanno.* Traiecti ad Rhenum 1709. 4. II. voll. — repetita eſt illa editio, notis Burmanni caſtigatis et auctis, poſt illius mortem, cura filii,

 Caſpar.

Caſpar. Burmanni. Lugd. B. 1743. 4. II. voll. Quod vero *Reiskius*, correctoris munere functus, plus ſibi ſumſiſſe et coniecturas ſuas audacius intuliſſe viſus eſt Burmannis, quam deberet, graues querelae ortae ſunt. v. praefationem ad nouam editionem et Acta Eruditorum m. Nouembr. 1746. pag. 625. Quo facto *Reiskius* inuidiam a ſe depulit in Miſcellan. Lipſiens. nouis, vol. VI. part. I — IV. — Obtrectatorem nominis ſui acrem, atque inficetum nactus eſt Burmannus auctorem *Chreſtomathiae Petronio — Burmannianam* etc. Florentiae 1734. mai. 8. — Prioris editionis contextus repetitus eſt, Lipſiae 1731. 8. — Petronius, Nodoti cum verſione gallica. Amſtelod. 1756. 8. II. voll.

Noua quaedam adtulit, e codd. quos Burmannus non conſuluerat, varias lectiones excerpſit, examinauit, coniecturas et ſuas et aliorum propoſuit, et indicem, qui vicem commentarii praeſtaret, adiecit cl. *Anton:* — *Petronii Arbitri ſatyricôn ex rec. P. Burmanni paſſim refecta, cum ſupplementis Nodotianis et fragmentis Petronianis, notas criticas aliaque et indicem vberrimum addidit Conrad Gottlob Antonius*, Prof. Wittebergenſ. Lipſiae 1781. 8. — Nitida et correcta eſt editio, (illuſtriſſ. *Comitis de Reuiczky;*) *T. Petr. Arbitri ſatyricôn et fragmenta.* Berolini, typis Io. Fr. Vngeri. 1785. 8. ex edit. Lipſienſi poſtrema, ſublatis Nodoti interpolationibus,

ſine

ſine notis. — Fragmentum Traguriae inuentum, ſaepius eſt ſeorſum typis deſcriptum. — *Ἀνέκδοτον ex Petronii Arbitri Satyrico fragmentum.* Lutet. 1664. 8. recuſ. cum apologia Marini Statilei, h. e. Petri Petiti; Amſtelod. 1670. 8. — idem edidit cum notis ſuis *Io. Schefferus.* Vpſal. 1665. 8. deinde *Thom. Reineſius* cum epicriſi et ſcholiis. Lipſ. 1666. 8. — tum *Chr. Arnold.* Norimberg. 1667. 8. cum Valeſii et Wagenſeilii diſſertationibus etc. — Accedit *I. Schefferi* diſſertatio de fragmenti huius vero auctore. — Quae in hac editione reperiuntur, oppugnant fragmenti fidem. — Cel. *Wernsdorf* praeter carmen de mutatione reipubl. romanae memoratum, alia minora Petronii carmina, tom. IV. Poetar. latin: minor. pag. 283 ſqq. et pag. 753 ſqq. *Petronii Troiae Haloſin* inſeruit, ac de illis in Prolegg. pag. 45. et pag. 604. ſqq. docte diſputauit. — Fragmentum Albae Graecae repertum vulgauit *Franc. Nodotius.* Pariſiis 1693. 12. — cum gallica verſione 1709. 8. atque inſertum editioni Petronianae. Lipſiae, 1731. 8.

5. Vt ſumma in eo erat vitae et naturae, ita etiam orationis mollities et comitas, et incorrupta quaedam latini ſermonis, non morum, integritas. Suo tempore, latine ſcribendo, cuiuis erat par; omnes vero ſale, facetiis, immo nequitiis ſuperabat. Quae vero admiſcentur barbara ab eo, adferuntur, non

vt ea probet, ſed vt alios ſic loquentes faciat deridiculos.

6. *Hadriani Valeſii* et *Wagenſeilii* diſſertationes epiſtol., *Schefferi* diſſ. de fragmenti Tragurienſis vero autore, *Petiti* defenſionem, variorum de eo iudicia, totamque huius libri hiſtoriam, quam compoſuit Arnoldus, habent Germani huius doctiſſimi et Burmanni editiones. Germanice vertit Heinſe, *Petrons geheime Geſchichte des römiſchen Hofes unter der Regierung des Kaiſers Nero*, Romae (Suobaci, potius,) 1783. 8. — In Sylloge Epiſtolarum Burmanniana, tom. V. de fragmento Tragurino et aliis locis Petronianis ſunt Epiſtolae Heinſii ac Munkeri amoebeae pag. 310 ſqq. pag. 368 ſqq. — Saeculo XII. Ioannem Petitum ſ. Paruum, a patria Sarisberienſem dictum, habuiſſe, ſiue integrum Petronium, ſiue longe ampliora, quam quae hodie ſuperſunt, excerpta, patet ex illius Polycratico, libr. VIII. adnotante cl. *Villoiſonio* in Anecdotis graecis, tom. II. pag. 264. et 265. not.

§. 16.

C. Plinius Secundus Maior.

1. Natus eſt a. Ch. 23. obiit. a. Chr. 79.

2. Veronenſis fuit patria, quae quidem eſt communis opinio: contra Nouocomi illum fuiſſe natum, copioſe oſtendit *Comes a Turre*, in disquiſit. Plinianis tom. I. libr. II. Romae vero

vero et in prouinciis varia munera publica adminiſtrauit. Vitae rationem et conſuetudinem *Plinius Iunior* (lib. III. ep. V.) eleganter deſcripſit, eiusque recenſuit libros. Acre illi fuit ingenium, incredibile ſtudium, ſumma vigilantia et temporis parſimonia. Cupiditas tamen Veſuuii montis, qui flammas euomuit, propius conſpiciendi interitum ipſi adtulit, quod idem *Plinius Iunior*, (libr. VI. epiſt. 16. et 20.) copioſe prodidit memoriae.

3. Multa ſcripſit, quae vero praeter *naturae hiſtoriarum libros 37.* interierunt.

4. Prima aetas eſt natalis, et incipit ab editione rariſſima, a paucis poſteris editoribus, ne Harduino quidem, in conſilium vocata, *Venet.* 1469. per Io. Spirenſem, fol. v. *Lengnich*, Beyträge II. 57. — *Paullo* notior eſt *Romana*, per Conrad Schweynheim et Arnold. Pannartz. 1470. fol. cum epiſtola *Io. Andreae*, Alerienſis epiſcopi, cuius nomen vberius ab iniuria Zenonis et P. Laire defendit, exemplarque deſcribit *Audiffredus* in Catal. edd. rom. ſaec. XV. pag. 48 ſqq. — *Veneta*, cum epiſtola Andr. Alerienſis, per *Nic. Jenſon*, Gallicum, (interpolata eſt ſpuriis laciniis, quamquam a mendis editionis romanae purgata). 1472. fol — rec. 1476. — *Romana*, a Brotheo quodam pluribus locis deprauata; textus vero eſt in minores partes cum titulis eorumque numeris ſectus, 1473. fol. — a *Phil.*

Beroaldo emendata, Parmae 1476. fol. quae editio aliquoties repetita eſt. —

Altera aetas orta eſt opera ſtudioque *Hermolai Barbari*, qui e libris ſcriptis et ingenio conſcripſit ediditque *Caſtigationes Plinianas*, Romae 1492. et 1493. quae editt. differunt. v. *Zenus* in diſſ. Voſſian. part. II. p. 371. et *Denis* in: Merkwürdigkeiten der Garelliſchen Bibliothek, p. 217 ſqq. — Ex correctione et cum caſtigatt. *Beroaldi* (poſt huius mortem,) *Plinii H. N.* prodiit. *Venet.* 1496. et ſaepius.

Plinii — libri XXXVII. ab *Alexandro Benedicto*, phyſico, emendatiores redditi. impreſſi per *Io. Rubeum* et *Bernardinum*, (e cod. antiquo, et cum dubiis in margine lectionibus, rariſſima eſt editio.) Venet. 1507. fol. Haec recenſio in pluribus ſeqq. edd. eſt repetita. *C. Plinii Secundi praefatio in hiſtoriam mundi, ad Veſpaſianum.* Viennae 1513. min. 4. (v. *Denis* Wiens Buchdruckergeſchichte, pag. 94 ſq.) — *Eadem*, Cracou. 1503. 4. (v. *Ianozky* Nachrichten von den in der Zaluskiſchen Bibl. befindlichen raren polniſchen Büchern. part. III. pag. 106 ſqq.) — *ibid.* 1527. et 1529. 4. — *Prima pars — Pars ſecunda Plyniani indicis* (realis,) *editi per Io. Camertem*, Viennae Panoniae. 1514. 4. (v. *Denis* Wiens Buchdruckergeſch. pag. 111 ſqq.) — *C. Plinii ſec. libr. ſeptimus naturalis hiſtoriae ſeorſim impreſſus et emendatus perquam diligenter*, (per Ioachim Vadianum,) Viennae, 1515.

1515. — rec. 1519 — 1560. 4. (v. *Denis* l. mem. pag. 139. 196. 620.) — *Plinii* — *liber octauus* — ib. 1522. 4. (v. *Denis* l. c. p. 230.) — *Plinii* — *libri* — per *Io. Caeſarium*, multo caſtigatiores. Colon. 1524. fol. — e cod. antiquiore ab *Eraſmo Deſiderio* caſtigati. Baſileae apud Ioh. Frobenium. 1525. fol. — ab *Angelo*, conſultis codd. MSS. Paris. 1526. fol. — curante *Petr. Bellocirio*, (h. e. *Daneſio*, qui e codd. II. peruetuſtis Plinium dedit multo correctiorem,) Paris. 1532. fol. — edit. *Andr. Aſulani*, *Venet.* 1535. IV. vol. 8. laudatur tantum ab diligentia typographica. — rec. 1536. et ſaepius.

Tertia aetas habuit auctorem *Sigismundum Gelenium*, qui in *Caſtigationum* volumine, 1535. *Plinii* orationem ab Hermolai coniecturis ad fidem codd. crebro reuocauit. Gelenio iunxit operam *B. Rhenanus*, qui *Plinii* H. N. cum Gelenii caſtigatt. edidit Baſileae. 1535. fol. — tum ſeparatim ſuas *caſtigationes* in aliquot libros (praefat. et libr. XIV. priores,) Baſil. 1536. et cum vtriusque caſtigatt. ibid. 1539. — — ex caſtigatione *Andr. Morguaeſii*, apud heredes Iac. Iuntae, (h. e. *Philippi Tingi*) Lugduni. 1560. et 1561. 12. — Editio apud *Petrum Sanctandreanum* Lugd. B. 1582. fol. multum habet boni; neque tamen editor vbiuis ſtetit a promiſſis.

Quarta aetate bene meruit de Plinio, multis tamen eum carpentibus, *Iac. Dalecampius*, cuius

cuius editio prodiit Lugd. 1587. fol. vſus eſt codd. msstis. eius editio notaeue ſunt aliquoties repetitae: poſtea tamen poſt vltimam defuncti *Dalecampii* manum repurgatum opus, variis quoque Gelenii, Pinciani et aliorum lectionibus ornatum — Geneuae 1631. fol. — Emendata eſt ed. quam *Io. de Laet.* curauit, et in cuius vltimo vol. addidit varias lectt. ſelectas, notas virorum doctiſſimorum excerptasque Salmaſii (ex huius Plinianis exercitatt.) Lugd. B. 1635. III. voll. 12. — Editio, quae vulgo dicitur *Gronouiana*, habet auctorem *C. Schreuelium*, qui ſine iudicio corraſit, mutilauit et corrupit multorum virorum notas. *Fr. Gronouius* autem rogatus tractauit tantum curatius capita, quae ad aes, argentum, aurumque ſignatum pertinent, ad alia in fine ſcripſit notas miſcellaneas. Lugd. B. apud Hackios. 1669. 8. III. voll. — *Gronouius* eum in finem ſeparatim publicauit: *In aliquot. C. Plinii ſec. notae ad vir. ill. Io. Capelanum,* (auctorem viraginis Aurelianenſis,) ibid. eod. anno. 8. —

Quinta aetas eſt *Harduiniana. Io.* enim *Harduin* et ex codd. atque editt. emendauit Plinii contextum, et diligenter docteque illuſtrauit. Paris. 1685. V. voll. 4. — auct. et emendat. ibid. 1723. F. III. voll. — rec. at vitioſe Baſil. 1741. fol. Multi autem furti litterarii reum fecerunt Harduinum. v. editorem Bipont. Prolegg. pag. XLV. et cenſuram Creuerianam: Lettre d'un Profeſſeur de l'Vniverſité de Paris — ſur

ſur le Pline du P. Hardouin. a Paris. 1725. — 1727. 12. et 4. —

Editio Baſil. 1741. ſtudium et diligentiam Geſneri in paranda noua editione Plinii Maioris, cui a multis annis plurimum temporis impertivit, fregit, ſaltim retardauit. —

Hiſtoire naturelle de Pline, traduite en François avec le texte latin retabli d'après les meilleures Leçons manuſcrites, accompagnée de Notes critiques. Paris. 1771. —1782. XII. voll. 4. Quae Harduin, Gesner, Comes de la Tour-Rezzonico aliique commentati ſunt, iis vſus eſt *Poinſinet de Sivry*, et in notis praeterea Plinii errores detexit, et recentiorum inuenta memorauit: ipſe vero *Sivry* neque critices neque grammatices ſubſidiis vſus male compilauit, nec ipſe prudenter explicuit. — Plinii H. N. — cum Chreſtomathia, edente *Io P. Millero*, Berol. 1766. 8. V. voll. — Laudatur, praecipue in Journal Encyclopedique, m. Iun. 1779. p. 351. editio, quam curauit notisque inſtruxit *Gabriel Brotier*. Paris. apud Barbou. 1779. 8. VI. tom. — *Plin.* — cum interpretatione et notis integris Io. Harduini, itemque cum commentariis et adnotatt. Hermolai Barbari, Pintiani, Rhenani, Gelenii, Dalecampii etc. recenſuit varietatemque lectionis adiecit *Io. Ge. Frid. Franzius*. Lipſiae. 8. 1778. ſqq. vol. VII. 1788. ſqq. nondum abſoluta finitaque eſt editio, quae et ob molem operis et vitia typographica et alias cauſſas haud omnino placere videtur eruditis.

ditis. (v. ephemerid. Goettingens. litter. 1779. plag. 11.) — *Plinii H. N. liber nonus* de aquatilium natura. Recenſuit, variis lectionibus, propriis caſtigationibus, ampliſſimisque commentariis inſtruxit *Laur. Theodor. Gronouius*, Ictus, Lugd. Bat. 1778. 8. mai. — *Hiſt. Nat.* ex recenſione Io. Harduini, praemittitur notitia litteraria-accedit index. *Biponti.* 1783. 1784. V. voll. mai. 8. — Lib. II. cum commentariis *Iac. Milichii.* Hagenoae 1534. 4. Francof. 1543. 4. et ſaepius.

5. Opus eſt immenſae diligentiae atque eruditionis, ex voluminibus ad duo millia quingentorum auctorum congeſtum; hinc diffuſum, ſtilo ſatis polito conſcriptum, nec minus varium, quam ipſa natura. Eſt theſaurus multiplicis doctrinae, philologo, philoſopho, medico, artifici artiumque atque hiſtoriae litterarum amanti, quam maxime neceſſarius. In haud paucis hallucinatum, nimis credulum, nec naturae rerum ſatis peritum fuiſſe Plinium, aequo lectori haud mirum videbitur. Diligentiae quidem Plinii multa debemus, quae non ſine eruditionis detrimento hodie ignoraremus: quamquam non tantus, quantus vulgo habetur, artis fuit aeſtimator: aeque faciles eſſe debemus in ſtilo, quo vſus eſt, diiudicando. Verba enim ob ſaeculi et argumenti rationem, et ob diuerſorum, quorum opera conſuluit, hominum diuerſam ſcribendi rationem, id, quod

ipſe

ipſe non negat, ſunt ſaepe corrupta, ruſtica et barbara.

6. *Dan. Guil. Molleri* diſſ. de C. Plinio Sec. Altorf. 1688. 4. — *Nic. Leonicenus* de Plinii et medicorum erroribus. 1491. Ferrarae 1492. 1509. et alibi: atque *Sivry* editioni Plinii libr. XXVII. inſeruit. — Num Plinius compilarit Dioſcoridem, in vtramque partem disputant viri docti apud *Iac. Thomaſium* in Acceſſionibus ad disputat. de plagio liter. §. 683. ſqq. — De antiquitate litterarum ad Plinii H. N. VII. 56. in Hiſtoire critique de la republ. des lettres etc. Vltraiecti. 1712. vol. I. (auctore *Maſſonio*) pag. I. ſqq. — *Pauli Cigalini* de vera patria (non, *Verona*, ſed *Como.*) C. Plinii Secundi Nat. Hiſt. ſcript. eiusdemque fide et auctoritate praelectiones. Comi H. Troua 1605. 4. praefixa tom. I. edit. Batauicae. rec. in Theſauro antiqq. et hiſtor. Ital. vol. IX. part. VIII. nr. 2. — *Polycarpus Palermus* de vera C. Plinii ſecundi ſuperioris patria atque ea Verona libr. III. quibus P. Cigalini et aliorum contraria ſententia confutatur. Veronae. 1608. 4.

Ex Plinii opere *I. M. Geſnerus* chreſtomathiam excerptam eruditisque obſeruationibus illuſtratam edidit. Lipſiae et Zellae. 1723. et emend. 1735. 8. — rec. Lipſiae 1776. 8.

Disquiſitiones Plinianae, in quibus de vtriusque Plinii patria, rebus geſtis, ſcriptis, codicibus, editionibus atque interpretibus agitur.

tur. Auctore *Antonio Ioſepho Comite a Turre*, Rezzonici Patricio. I. C. C. Nouocom. Parmae 1763. tom. I. 1767. tom. II. — Salmaſii iudicium non ſemper iuſtum de Plinio legitur in illius prolegomenis ad exercitatt. de homonymis hyles iatricae, quae adnexae eius Plinianis exercitationibus in Solinum, edit. Vltraiect. 1689. Fol. — *Etienne Falconet* Traduction des XXXIIII — XXXVI. livres de Pline — 1773. II. voll. in 8. recus. in illius *Oeuvres diverſes* etc. vol. III.—V. Lauſannae 1781. *Mengs*, pictor ille celeberrimus, examinauit eius de Plinio iudicium et verſionem in Examen de la Traduction etc. Amſtelod. 1772. — hanc disputationem Falconet inſeruit cum ſuis reſponſionibus vol. VI. atque tum verſionem tum notas ſuas cum Mengſii examine ſuisque reſponſionibus repetiit in edit. II. Oeuvres diverſes concernant les Arts. Nouvelle edition. Paris. 1787. tom. I — III. — Idem *Falconet* in tomo III. Operum arguit Plinium multorum in rebus, ad artes pertinentibus, errorum, negatque, eum in illis multum merere fidei. — cl. *Heyne* in I. Sammlung antiquariſcher Auffaetze de epochis artificum apud Plinium differit — In: *des Herrn Grafen von Caylus* Abhandlungen zur Geſchichte und zur Kunſt: aus dem Franzöſiſchen überſezt. (von Meuſel.) Altenburg. II. tom. — 1769. 4. occurrunt commentationes, quae varia et Plinii et artium capita erudite explicant. adde, quae com-

commemorat cl. *Saxius* in Onomaſt. I. pag. 265. ſqq. et pag. 577. — Plura dabit cel. D. *Georg. Rudolph. Boehmer*, Prof. Witteb. in Bibliotheca ſcriptorum hiſtor. naturalis, oeconomiae aliarumque artium etc. reali ſyſtematica. part. I. vol. I. 8. Lipſ. 1785. pag. 186.—210. vbi etiam verſiones memorantur. Ego vero tantum mentionem faciam verſionis germanicae a *Io. Dan. Denſo* factae, Roſtock. 1764. II. voll. quae in multorum incurrit reprehenſionem: maiorem tamen laudem tulit *Gottfried Groſſe*, qui et intelligenter vertit libros Plinianos et docte explicuit. Francof. ad Moenum 1782 — 1788. I — XII. vol. 8.

§. 17.

Plinius Valerianus.

1. De eo parum conſtat.

2. Medicus fuiſſe fertur empiricus.

3. Falſo illi tribuuntur libri V. *de re medica*, qui inſcribuntur de Pliniana medicina et de parabili medicina: opus hoc quinque libris conſtans, ex diuerſis auctoribus congeſtum et compilatum a Siburio, Chriſtiano, qui circa Valentiani tempus vixiſſe, et a. 379. Praefectus praetorio in Italia fuiſſe dicitur, non ſine probabilitatis ſpecie euicerat Gunzius. Enimuero *Io. Hadrianus Saxius*, Chriſtophori Saxii filius, in disputat. *Obſeruationes medicae*, Vltraiecti 1782. habita cap. II. de auctore

librorum quinque de re medica, quem Plinium Valerianum vocant, curatius diſſerens, Gunzii ſententia reiecta, et reliquorum diuinationibus examinatis, docet, totam hanc librorum farraginem haud quaquam vnius eſſe hominis lucifugi, ſed trium quatuorue eiusmodi tenebrionum: primum huius cinni opificem pleraque trium priorum librorum Plinio maiori ſ. Veronenſi cum puluiſculo abraſiſſe, falſumque illis praeſcripſiſſe Plinii nomen: alterum, paullo ſerioris aetatis grammatiſtam, plures adſuere ſuperiori veluti veſti lacinias conatum eſſe: tertium, qui librum quartum addidit, nonnulla de plantis e Galeno potiſſimum corraſiſſe; quartum denique plagiarium, libri V. auctorem Alexandro Tralliano iuniorem videri, et ex hoc ipſo, medico ſaeculi VI. poſt. C. N. partem de diaeta morbis ſanandis propria, furto ad ſe auertiſſe, eumque, cum Schneidero putat, eſſe iuniorem Conſtantino, africano medico, eoque barbaro Tralliani interprete, circa a. Chr. 1080. claro.

4. Princeps editio eſt, quae Romae prodiit 1509. Fol. ſub titulo *C. Plinii ſecundi Medicinae.* mendis vero inquinatiſſima. — Emendatiorem edidit cum aliis *Torinus.* 1528. Fol in vol. *de re medica* — *Barthius* quoque auctorem in aduerſariorum opere recenſuit. — Adhaerent inſuper libri illi collectioni Medicorum et Aldinae et Stephanianae.

5. La

5. Latinitas eius nec eſt bona nec pura; ſed mixta et vero barbara.

6. Inter Reineſium et Barthium de eo graues intercesserunt lites. Diligenter de hoc plagiario egit *Iuſt. Gottofred. Gunz* in libello de auctore operis de re medica, vulgo Plinio Valeriano adſcripti. Lipſ. 1753. cuius quidem iudicium atque opinionem examinaſſe Saxium, paullo ante iam adnotauimus. — *Stolle* in: kurze Nachricht von den Büchern und deren Urhebern in der Stolliſchen Bibliothek. vol. II. part. XIII. pag. 408 — 414.

§. 18.

M. Fabius Quinctilianus.

1. Primam lucem adſpexit a. Ch. 42. atque a. Ch. 92. exorſus eſt Inſtitutiones: quando defunctus ſit, non conſtat: poſt a. Ch. 118. vixit.

2. Patria fuit Calagurritanus ex Hiſpania: (*Nic.* tamen *Gedoyn* ſuſpicatur, eum fuiſſe Romanum.) Poſt Neronis interitum a Galba Romam perductus eſt, vbi non ſolum in foro ſumma cum gloria verſatus eſt; ſed etiam ludum aperuit, multis iuuenibus, ſaepeque nobiliſſimis, ſtipatus, atque induſtriam, fidem et diligentiam in tradendis bene dicendi praeceptis, famam, ſalarium ex fiſco publico, opes, ciuitatem romanam, clauum latum et tandem ornamenta conſularia conſequutus eſt.

Poſtquam viginti annos in erudienda iuuentute cum laude conſumſerat; vacationem muneris impetrauit, et reliquum tempus inſtituendis Domitiani ſororis nepotibus, atque commentariis conficiendis impendit.

3. Scripſit *inſtitutionum oratoriarum libr.* XII. ad Marcellum Victorinum. Perperam adſcribuntur illi *145. declamationes*; vulgoque *dialogus, de cauſſis corruptae eloquentiae*: de quo vide *Erneſt. Fabricii* B. L. lib. II. cap. 15. Alii nimirum adſignant eum *Quinctiliano*, vt Graeuius, Boeclerus, Bernegger, H. Stephanus, Freinshemius, Buchnerus, Cellarius, in primis Heumannus, Saxius aliique. Contra alii adtribuunt eum *Tacito* atque huius editiones a prima inde Vendelini Spirenſis habent illum: ad Taciti igitur partes transierunt editores Taciti primi, Petr. Pithoeus, Henr. Dodwell in Annalibus Quinctilianeis, Schurzfleiſch, Brotier, editores Bipontini ac Schulz: alii dubitant de vero libri auctore, vt Beat. Rhenanus, Seth. Caluiſius, Iuſtus Lipſius, Curtius Pichena, Casp. Barthius, Voſſius etc. — *Plinio iun.* vindicare ſtuduit, refutatis contrariis ſententiis, cl. *I. Iac. Naſt*, Prof. vtriusque linguae Stuttgardinus. Separatim editus eſt ille libellus ab *Erico Benzelio* cum notis integris Rabodi Hermanni Schelii, P. Pithoei, Iuſti Lipſii, Io. Freinshemii, Io. Frid. Gronouii et Io. Schultingii atque aliorum ſelectis, Vpſaliae, 1706. 8. — Editionis *Cellarianae* exem-

exempla nulla venum in tabernis expoſita ſunt, Cellarii Adnotationibus fruſtra exſpectatis a bibliopola. — *M. Fabii Quinctiliani* dialogus — recognitus, emendatus et illuſtratus a *Chriſt. Aug. Heumanno*, Gottingae, 1719 8. (qui in praef. *Conr. Sam. Schurzfleiſchii* animaduerſiones in hunc dialogum, ab eius fratre Henr. Leonhardo, in Schurzfleiſchii Actis litterariis pag. 115 ſqq. publicatas haud admodum magni aeſtimat, et de auctore dialogi docte disputat.)

Optima eſt editio: *Dialogus de Oratoribus ſiue de cauſſis corruptae eloquentiae vulgo Tacito inſcriptus.* denuo recenſuit, varietatem lectionis et coniecturas eruditorum adiecit: adnotatione ſelecta aliorum et ſua illuſtrauit *I. Henr. Aug. Schulze*, Scholae Oſterodanae Rector. Lipſiae 1788. mai. 8. — Germanice verſus eſt dialogus a *Chriſtoph. Gottſchedio*, ad calcem elementorum rhetoricorum; et melius, additis doctis obſeruatt. tam criticis quam hiſtoricis, a *Io. Iac. Henr. Naſt.* Halae, 1787. 8.

4. Editiones *Inſtitutionum orat.* antiquiores nondum ſatis diligenter ſunt ad textum Quinctiliani legitime emendandum atque reſtituendum collatae. Nos vero indi abimus editiones antiquiſſimas, et e recenſionibus, quae in *quinque* aetates ſ. claſſes dispeſci poſſunt, memoratu digniores. *Princeps* editio *Inſt. oratoriar.* quam curauit *Io. Anton. Campanus*, Romae per Vlricum Han, ſeu Gallum,

 1470.

1470. fol.*) (non, an. 1468. vid. *Maittaire* in diſſ. epiſtolari de antiquis Quinctiliani editt. Londini 1719. 4. *Gesner* in catal. editionum praefationi ſuae editionis ſubiuncto, Catal. bibl. Ducis de la Valliere. II. pag. 55. vbi plures editiones antiquae recenſentur, *Com. de Reviczky* Catal. pag. 88 ſq. et *Audiffredum* in Catalogo editt. rom. ſaec. XV. pag. 47.) — e recognitione *Io. Andreae*, epiſcopi Alerienſis, Romae per Conrad. Schweynheim et Arn. Pannartz. 1470. fol. v. *Audiffredum* l. c. pag. 63. ſq. — Emendatius ab *Omnibono Leoniceno*, per M. *Nicol. Ienſon*, Gallicum. *Venetiis* 1471. fol. quae editio nondum ab editoribus, ne a Gesnero quidem, adcurate riteque eſſe collata dicitur. — *Quinct. declamationes* III. emendante *Domitio Calderino*, Veronenſi, *Romae* per M. Ioan. Schurener de Bopardia, 1475. fol. v. *Audiffred.* l. m. pag. 175. — *Inſtitt. Orat.* per *Anton. Zarothum. Mediolani* 1476. fol. — XIX. *declamationes* ex recenſione *Georgii Merulae*, Alexandrini, cum praefat. *Iac. Graſolarii* per Lucam Venetum, *Venet.* 1481. et 1482. **) fol. — *Inſtitt. Orat.* Taruiſii 1482. ex Ien-

*) Adde *Quirini* libr. de optimorum ſcriptorum edd. p. 184. ed. Schellhornii.

**) De hac editione vide cl. *Gemcineri* Nachrichten von den in der Regensburgiſchen Bibliothek befindlichen Büchern etc. pag. 100 ſq.

Ienſoniana edit. vitioſe repetitae. — *Quinct. de compoſitione Verborum*, cum commentariolo *Io. Sulpitii*, Verulani, Romae 1487. 4. (v. *Audiffredum* pag. 281.) —

Secunda aetas melior fieri coepit auſpice *Raphaele Regio*, cum cuius adnotationibus *Inſt. Oratt.* lucem adſpexerunt, *Venet.* 1493. fol. cuius recenſio notaeque et Venetiis, et Baſileae et Pariſiis aliquoties repetitae ſunt. Baſis etiam eſt editionis *Florentinae* ex officina Iuntina, curante *Nic. Angelio*, qui quaedam mutauit, 1510. 8. 1515. 8. — Hanc reddidit *Aldus* correctoribus Naugerio et Bapt. Rhamnuſio, Venetiis 1512. fol. 1514. 1521. 4. ſiue mai. 8. — *Inſt. Orator.* emendatiores e codice Laur. Vallae curante *Iod. Badio Aſcens.* cum huius et Raph. Regii ac Georgii Merulae adnotatt. Paris. 1516. fol. — et *ibidem* vna cum Declamationibus e codice bibliothecae Lexouienſis collegii caſtigatis, 1519. fol. — *Inſt. Or. et Declam.* curante *Godofr. Hittorpio*, Colon. 1521. fol. et multo tamen, collatis exemplaribus, emendatiores e recenſione *Ger. Bucoldiani*, ibid. 1527. fol. — Commendatur edit. *Baſil.* cum notis *Petri Moſellani* in Inſtitt. libros VII. priores. 1527. 8.

Inſt. O. et Declam. cum variis lectt. e cod. antiquo cura *Sichardi* Baſil. 1529. fol. — cum praefatione et notis *Longolii*, notis *Sichardi* et *Ioach. Camerarii* in II. priores libros, *Coloniae* apud Gymnicum, 1534. 8. — Inter

Pariſinas notanda eſt editio, in qua et *Inſtitt. orat.* et *Declamationes* ad veterum codicum fidem recognitae et reſtitutae ſunt, pro heredibus Iod. Badii Aſcenſii per *Io. Lodoicum Tiletanum*, 1536. fol. — In *Aſcenſiana* edit. Paris. 1531. fol. et deinceps in pluribus Gryphianis *Guil. Philandri*, Galli, caſtigationes comparuerunt.

Tertia aetas felicior exſtitit Quinctiliani libris, opera *Petri Galandii*, vſi codice, ex cuius recognitione atque emendatione et cum notis Moſellani, Camerarii, Pini, *Quinctil. I. O.* in partes minores diſtinctae, prodierunt Paris. 1538. fol. — auctior cum Declamationibus ex officina Mich. Vaſcoſani, ib. 1542. — emendatior, plenior et optima inter *Gallandianas*, cum Declamatt. XIX. habetur *Pariſina* 1549. fol. — Laudantur *Pariſinae*, apud Sim. Colinaeum, 1541. 4. — apud Rob. Stephanum 1542. 4. 1547. 4. — apud Guil. Morellum et Iac. Bogardum cum notis *Morelli* 1548. 4. 1554. 8. — Baſil. I. O. cum XIX. Declamatt. per Camerarium, Io. Sichardum et Iac. Hertelium reſtitutae et illuſtratae cum Philandri caſtigatt. apud Nic. Brylinger 1548. 8. — 1561. — et 1568. 8. cum ſolis *Hertelii* notis — *Declamationes* CXXXVI. de coniectura *Petri Aerodii* emendatae et illius notis illuſtratae, Paris 1563. apud Morellum 4. — *Declamatt.* tamen ex vet. exemplari reſtitutae, nouem, (vt eſſent CXLV.) auctae: additae

Calpur-

Calpurnii Flacci excerptae X. Rhetorum minorum LI. nunc primum editae, cum dialogo de cauſſis corruptae eloquentiae: ex bibliotheca *P. Pithoei*, cum eius emendationibus, notisque et variis lection. Lutet. 1580. 8. quae editio ſaepius repetita eſt iunctim cum Inſtitt. Geneuae 1580. 1591. 1604. etc.

Quarta aetate ſunt enatae primum *Corn. Schreuelii* ſtudio *Quinctiliani Inſtit. oratt.* cum notis variorum, et poſt eius obitum, ſuccurrente *Io. Frid. Gronouio*, cuius merita in Declamationibus emendandis, reſtituendis, emaculandis ſunt praeclara; Declamationibus additae ſunt *Schultingii*, *Schelii*, *Pithoei* et *Gronouii* notae. Lugd. B. et Roterod. 1665. 8. — Praeſtat tamen editio *de inſtitutione oratoria libri* XII. quos ex tribus MSS. et octo impreſſis emendauit, atque lectt. variantes adiecit *Edmundus Gibſon.* Accedunt emendationum ſpecimen et tribunus Marianus, declamatio, nunc primum e cod. MS. edita. Oxon. e theatro Sheldon. 1693. 4. — *Inſtitt.* et *Declamatt.* ex cod. Argentoratenſi et Oxonienſi recenſitae et innumeris locis emendatae ab *Vlr. Obrechto.* Argentor. 1698. 4. II. voll. —

Aetate V. primum de *Quinctil. I. O. et Declamation.* bene meruit *P. Burmannus I.* qui illas recenſuit, et cum antea ineditis Almelouenii ac Gallaei caſtigationibus atque obſeruatum variorum partim integris, partim ſelectis,

ſuisque edidit II. voll. et priori adiecit H. Dodwelli Annales Quinctil. atque varias III. codicum lectt. Lugd. B. 1720. 4. — Burmannum *Capperonerius*, licet arte critica inferior illo, ſaepe culpauit in editione *Inſtit. Oratt.* quas emendauit, caſtigauit, cum ſelectis variorum notis. Paris 1725. fol. — *Inſt. Orat.* e recenſione P. Burmanni, cum Dodwelli Annal. et dialogo de oratoribus. *Patau.* excud. Ios. Comin. 1736. 8. II. voll. — Admodum vtilis et commoda eſt editio *Inſtit. Oratt.* quam curauit, collatis codice Gothano et editt. praecipue Ienſonii, *Io. Matthias Gesner.* Gottingae 1738. 4. — Hunc in Inſtitutt. oratoriis, et in Declam. Burmannum praecipue, editor *Bipontinus* ſequutus eſt. Biponti, 1784. III. voll. 8. —

M. Fabii Quinctiliani inſtitutionum oratoriarum libri duodecim. Ad vſum ſcholarum accommodati, reciſis, quae minus neceſſaria viſa ſunt, et breuibus notis illuſtrati a *Carolo Rollin.* tom. I. II. Paris 1715. 12. — rec. ibid. 1734. II. voll. 8. quam editionem, licet a Burmanno et Gesnero iniuſte ſpretam, recudi feci, addita lectionis varietate, Altenburgi, 1772. 8. rec. me inſcio, et vitioſe, Wirtzburgi — Liber decimus in vſum ſcholarum editus (ab *Auguſto Guil. Erneſti*,) Lipſiae 1769. 8. et ab *Henr. Phil. Conr. Henke*, Helmſtad. 1778. 8. qui etiam, omiſſis iis, quae ad eloquentiam romanam forenſem pertinent,

tinent, germanice vertit, *Lehrbuch der ſchönen Wiſſenſchaften*, Helmſtädt. 1775. III. voll. 8. cum adnott. — Ueberſetzung einiger Declamationen von I. H. *Steffens*. Cellae 1766. 8.

5. *Quinctilianus* in orandi praeceptis tradendis arti et diligentiae plus debuit, quam naturae atque ingenio, quod tamen non exiguum fuit. Ciceronem imitatus, eius elegantiam, vbertatem et copiam in ſcriptis ſuis non ſolum commendauit, ſed etiam adſequi et cuſtodire ſtuduit. Iudicium longo vſu multaque lectione et meditatione ſubactum vbique prae ſe fert. Atque poſt Ciceronem, verae eloquentiae amantibus quem potius, quam Quinctilianum, commendem, neſcio: in primis eius lectio ad intelligenda et diiudicanda veterum monimenta valde neceſſaria eſt, quamuis non omnia eius praecepta noſtris adhuc temporibus ſint adcommodata: multa etiam disputat argutius atque ſubtilius.

6. *Dodwelli* annales Quinctiliani Oxon. 1698. 8. quos etiam Burmannus editioni ſuae addidit. — *Burmanni* epiſtola ad cl. Capperonerium, Leidae 1728. 4. in qua Galli calumnias, ignorantiam, furtaque more ſuo acerbe perſtrinxit. — De MS. Quinctiliani atque Aſconii Pediani a *Poggio* reperto vide *Krauſii* Umſtändliche Bücher Hiſtorie etc. Lipſiae 1715. part. I. pag. 15—58. cl. *Lengnich* Beyträge zur Kenntniſs ſeltener Bücher, part. II. pag. 91. ſq. — In *Cruſii* probabilibus

libus criticis pag. 71. etc. Quinctilianus ſaepius emendatur, vnde liticula amica inter eum et Gesnerum orta eſt. —

Vtiles ſunt, ſcholis praecipue, *Chreſtomathia Quinctiliana*; notas variorum et ſuas animadu. adiecit *Bonauentura Andres.* Wirceburgi 1782. 8. et *Quinctilians Paedagogik und Didaktik* mit Anmerkungen herausgegeben von *Bonauentura Andres*: ibidem 1783. 8. — *Columbani Roeſſer*, Prof. Philosophiae, disput. de Philoſophia Quinctiliana. Wirceburgi, 1779. 4.

§. 19.

C. Cornelius Tacitus.

1. Natus eſt circa annum V. C. 800. a. Ch. 47. ſecundum alios a. V. C. 810. a. Ch. 57.

2. Eques Romanus, qui ſuis ipſius virtutibus nobilitatus, primus maiorum ſuorum in familiam plebeiam, ſaltem antea non illuſtrem, ius imaginis et honores intuliſſe dicitur. Poſt varias dignitates muneraque publica tandem a. C. 97. ad Conſulatum euectus eſt. Vir erat praeſtantiſſimo et ſublimi ingenio, acri vſuque ſubacto iudicio multisque virtutibus praeditus, et prout tempora, in quae aetas illius incidit, tulerunt, diſertus et magnus orator. Qua vero auctoritate Romae vixerit, tam honores, quibus Veſpaſianus, Titus, Domitianus Neruaque eum ornarunt, quam artiſſima cum Plinio con-

conſuetudo, ſatis eſt indicii. Quando naturae debitum reddiderit, multaque alia, quae de eo memoriae produntur, incerta ſunt.

3. Scripſit libellum de ſitu, moribus et populis Germaniae: Vitam Cn. Iulii Agricolae. Hiſtoriarum libros V. qui vero mutili ſunt: Annales, quorum hodie libri ſuperſunt XVI. — De libello, de oratoribus, v. ſupra ad Quinctilianum.

4. De codd. MSS. et editionum claſſibus diligenter eruditeque egerunt *Erneſti* in praefat. ad ſuam editionem et *Crollius* in praefat. ad Tacitum ed. Bipontinae. — *Princeps* editio eſt Veneta, *Io. Spirenſis*, quae habet libros Annalium ab XI — XVI. Hiſt. libros I — V. — Liber de *Germania* et *dial. de oratoribus*, circa a. 1469. (aut a. 1468, ſuſpicante illuſtriſſ. *Comite de Reviczky* in Catal. pag. 101. ſq. vbi de hac et Romana ed. a. 1515. copioſus eſt:) fol. — repet. *Mediol.* ſ. l. et a. facta, collatis MSS., a. *Franc. Puteolano;* tum *Venet.* 1494. et 1512. — *Diodori Sic.* hiſtor. priſc. libri ſex e graeco in latinum traducti per *Fr. Poggium.* Accedit *Corn. Taciti* de ſitu, moribus et populis Germaniae libellus aureus. — Bononiae. 1472. fol. *Germania*, Romae, ſ. l. et a. (forte apud Gensberg. circ. a. 1473. aut 1474. v. *Audiffredi* Catal. edd. rom. ſaec. XV. pag. 385.) 4. —

Secunda aetas felicior fuit, e codice Corbeienſi libris *Annalium* prioribus additis, et

cum

cum reliquis libris ex Puteolani exemplo editis per *Philippum Beroaldum*, Romae 1515. aliquoties Baſileae, Florentiae et Mediolani recus.

Aetatem *tertiam* ornauit *Beatus Rhenánus*, qui quidem Baſileae 1519. apud Froben. iam curauerat edit. cum Alciati et Beroaldi obſeruatt. at eodem anno recognouit textum e cod. Budenſi, et in notis interdum correxit olim vulgatum. quae recenſio ſaepius eſt repetita. —

Quarta aetate noua lux exorta eſt *Tacito* ſolertia *Mureti*, cuius notae in libros Annalium prodierunt *Romae* primum 1580. 8. ac *Lipſii*, qui audit Taciti ſoſpitator. Hic *Tacitum* ad libros tam ſcriptos, quam editos correxit, et primum euulgauit Antwerp. ex officin. Plantin. 1574. 8. et deinceps ſaepius in varia forma: quae vero edd. viuo illo curatae ſunt, eae inter ſe differunt.

Praeſtant tamen illae, quae poſt *Pichenae*, aetatem *quintam* auſpicantis, editionem, *Florent.* 1600. cum notis ipſius factam, lucem viderunt. Ex illa enim *Lipſius* nonnulla correxit. Inprimis laudatur editio *Lipſii* Antwerpienſis 1600. 4. et fol. et cum *Velleio Paterculo*, Antwerp. apud Moretum 1607. fol. ib. apud. Plantin. 1648. fol. — 1668. fol. max. — *Gruterus* in capita primum diuiſit libros et cum notis variorum edidit *Taciti Opp.* Francof. 1607. 8.

Sexta

Sexta claſſis habet anteſignanum *Berneggerum*, qui Pichenae recenſionem vt plurimum retinuit, interdum de ſua aut ſoceri Freinsheimii aliorumue coniectura mutauit, textum in minutas partes ſecuit, indicem confecit pleniſſimum, et commodam correctamque parauit editionem, Argentor. 1638. 8. rec. 1664. 8. —. Nitida eſt edit. cum notis et emendatt. *Hugonis Grotii*, Lugd. Bat. 1640. 12. — Berneggeri editio baſis eſt eius, quam cum notis variorum ſuisque, *I. Frid. Gronouius*, (neque MSS. neque primis editt. vſus) parauerat; at poſt eius mortem, filius, *Iacobus*, abſoluit adiecitque *Excerpta* ex variis lectionibus MS. Oxonienſis. Amſtel. apud Dan. Elſeuir. 1673. (alter tomus ſignatur a. 1672.) 8. II. tom. —. rec. verum vitiis operarum auctior, Lugd. B. 1685. 8. II. voll. — Berneggerianum quoque textum ſeruauit vt plurimum *Theodorus Ryckius* MSS. tamen Pariſini excerptis et Agricolae inprimis vſus, e quibus et aliquoties de coniectura, quaedam mutauit in editione emaculata, Lugd. B. 1687. 12. — rec. Dublin. 1730. 8. Londini 1760. —

Pleniſſima eſt editio, quam *Iac. Gronouius*, codd. Florentinos denuo conferens, cum ſuis et variorum XIII. integris, ſelectis autem XVIII. virorum notis curauerat, poſt illius denique mortem filius, *Abraham*, additis variis codicis Bodleiani lectionibus, abſoluit Traiecti ad Rhenum, 1721. 4. II. voll. —

Nemo

Nemo tamen poſt Lipſium curatius percenſuit *Tacitum*; nemo ſollertius comparauit editiones veteres, et de his atque MSS. Taciti diligentius ſubtiliusque iudicauit, quam *Io. Aug. Erneſti*, qui aetatem *ſeptimam* auſpicatus, optime de *Tacito* meruit, cum notis Lipſii aliorumque ex editione I. Fr. Gronouii, cum ſuis et ineditis Heinſii edidit, Lipſiae, 1752. 8. II. voll. — iterum recenſuit, nouaque adiecit ornamenta, ibidem 1772. mai. 8. II. voll. quae quidem a peccatis operarum minus diligenter eſt purgata. Neque tamen vbique Erneſti ſatis fecit ſagaci *Crollio*. — Contextum ab Erneſto concinnatum vt plurimum ſeruauit, receptis tamen in illum plerisque MS. regii lectionibus, quae cum principe editione conſentiebant, et illuſtrauit *Io. Nic. l' Alemand.* Paris. typis Io. Barbou. 1760. 12. II. voll.

Maiori tamen ſtudio et maiore litterarum copia inſtructus *Gabriel Broterius*, (ſagacitate iudicioque inferior Lipſio atque Erneſto,) *Taciti opera, quae exſtant, recognouit, emendauit, ſupplementis expleuit, notis, diſſertationibus, tabulis geographicis, illuſtrauit ediditque.* Paris 1771. ſq. IV. voll. mai. 4. VII. voll. 8. 1776. qui interdum diſcedit a lectione Erneſti, veterem lectionem vindicans, interdum mutat audentius; notae modo leuiores ſunt, modo copioſiores, neque tamen ab eruditione ac ſubtilitate vacuae. Supplementa librorum maiorem ſedulitatem prae ſe ferunt, quam

quam ingenium Taciti et orationis elegantiam. (conf. grauem cenſuram in Gotting. biblioth. philolog. vol. I. part. I. pag. 35 ſqq. vbi quoque a pag. 58. altera Erneſti editio recenſetur.) *Brotieri Supplementa librorum VII, VIII, IX. et X. Annalium C. C. Taciti* ſeparatim ſunt recuſa, Pragae 1774. mai. 8.*) — Eclectica eaque praeclara et adcurata eſt editio, cura cel. *Crollii* potiſſimum emendata, cuius quidem baſis eſt Lipſii editio, at multis locis ad alias editiones aut ex ingenio correcta, *Bipontina: C. C. Taciti Opera cum varietate lectionum ſelecta nouisque emendationibus. Accedunt notae et index hiſtoricus.* 1779. 8. V. tom. —

De verſionibus v. *Ern. Fabricii* B. L. lib. II. cap. 21. pag. 400 ſqq. Theotiſcas potiſſimum memorabo *Io. Sam. Mülleri*, Hamburgi 1765. 8. III. voll. cum notis vberioribus, et *Patzkii*, Magdeburg. 1765. et 1777. 8. VI. tom. ac *Car. Frid. Bahrdtii*, Halae 1781. 8. I. tom. — Libellum *de Germania* verterunt atque illuſtrarunt *Kretſchmann*, Lipſ. 1779. 8. et *Carl. Gottlob Anton*, Lipſiae 1781. 8.

The

*) Conf. *Burgeſſii* collectionem: Tractatus varii latini, a Crevier, Brotier, Auger aliisque viris clariſſimis conſcripti et ad rem cum criticam, tum antiquariam pertinentes. Quibus acceſſerunt notae quam plurimae ad librum de Moribus Germanorum ex utraque C. Taciti editione Brotieriana excerptae. Londini 1788. 8.

The Works of Tacitus; vol. I. Containing the Annals: To which are prefixed Political Diſcourſes upon that Author. London 1728. — II. Cont. the five Books of Hiſtory etc. with political Diſcourſes. ib. 1731. fol. *Gordon* animaduerſiones a multis plurimi aeſtimantur. I *Freinsheimii* Specimen paraphraſeos Cornelianae, primum C. Taciti fragmentum, h. e Tiberiani principatus quindecim annos comprehendens, et cum verſionibus linguarum quinque comparatum. Argentorati 1641. 8.

Agricolae vita cum panegyricis veteribus editio princeps. ſine loco. 1476. 4. (in Cata *Comit. de Reviczky* pag. 106.) ſeparatim edit eſt (a *Franciſco Puteolano*,) per Philippum Pinci. Venet. 1497. — a *Virdungo* Noril 1637. 8. — a *Boſio*, Ienae 1664. 8. — cura *Georgii Schubarti*, cum notis Buchner Lipſ. 1683. 8. — a *Geſnero* in Enchiridi Goetting. 1745. 12. — et a *Michaele Eng* Prof. Magontiacenſi, cum animadu. et verſion germanica. Lipſiae 1788. 8.

Libellus de moribus, ſitu et populis Germaniae; cuius quamplurimas habemus editiones; cum *Iuſt. Chriſtoph. Dithmarii* commentariis aliorumque notis prodiit Francofurti a Viadrum 1725. 1749. 8. 1766. 8. — cum notis perpetuis *Io. Chriſtoph. Vetteri*, Erlangae 1714. 8. — cum ſelectis variorum ſu que edidit *Carol. Henr. Ioerdens.* Beroli 1783. 8. — cum verſione germanica (minu

fid

ida,) adnotationibus (doctis,) et indice geographico. Altenburgi 1786. 8. — cum notis *Ge. Caſp. Kirchmaieri.* Wittebergae 1664. 8. — ex recenſione et cum ſelectis obſeruationibus huc vsque anecdotis *Paulli Dan. Longolii*, ex MSC. editus a *Io. Kappio*, Lipſiae, 1788. 8. — *Andreae Althameri* commentaria in P. Corn. Taciti libellum de ſitu, moribus et populis Germaniae. Ambergae. 1609. 8.

5. Multos nactus eſt *Tacitus* obtrectatores; plures tamen laudatores atque admirares. conf. doctam *Crollii* praefat. ad edit. pontin. vol. I. Stilo vſus eſt poetis ſaepiusle proximo, acuto, maxime conciſo indee ſubobſcuro. Floridior atque vberior eſt hiſtoriae libris; in annalibus, vbi argumenn poſcebat, ſiccior atque preſſior: prudens, gans et diſertus in vita Agricolae; in Germaniae deſcriptione breuis quidem, ſed ob gnam Germanorum barbariem atque antiitatis reique huius populi ignorantiam ſatis curatus. Quae vero de Germanis narit, ea partim a Germanis, quos Romae alibi conuenire potuit, partim a Roma, qui bellis cum Germanis geſtis interrant, accipere, aut ex Caeſaris commenis, Liuio, Plinii XX. libris, tunc ſuperſtiis, de bellis in Germania geſtis, aut forſan trabone et quibusdam aliis Graecis haurire uit. Praecipue tamen illum ea ab Germaum, qui Weſtphaliam incoluerunt, vita

 victu-

victuque ſumſiſſe, valde probabiliter docu
I. Ch. Springer, in: *Verſuch eines Beweiſe
daſs Tacitus ſeine Erzählung von den alt
Teutſchen aus Weſtphalen genommen hab*
In: *Gattereri Allgemeiner hiſtoriſchen Bibli
thek.* vol. nono, ab initio Halae 1769.
Quum iudicio, quod erat acre vſuque ſu
actum, atque ingenio, quod erat ſubtile, v
leret, inſuper in republ. verſaretur, atque i
perii arcana, conſilia, artes fraudemque pr
cipum probe noſſet, hiſtoriam cum cura
prudentia conſcripſit. Cauſſas explicuit
caſus, vel ſapientiae vel temeritatis vbi
interpoſito iudicio. Cedere tamen haud r
debuit ſaeculo ſuo, ſeruiendo adulandoque
ſueto, quod ipſe dolet, et temporis conſu
dini. Homines vero, miror, doctos e
conuiciis lacerare, quod ille, idolorum cul
de Iudaeis et Chriſtianis *Hiſt.* V. 2. ſqq.
Annal. XV. 44. praue impieque ſcripſit; ſ
cuique attribuitur error; ſed non viden
manticae quid in tergo ſit. Quamuis vero
numero grauiſſimorum et principum hiſt
corum haud immerito habeatur: eum ta
naeuos et dictionis et hiſtoricae veritatis
bere, atque crebro venari acumen in ſen
tiis, nemo negat.

6. Lipſium Muretus furti litterarii i
ſauit; ille vero crimen illud depellere ſtud
de qua controuerſia v. *Iac. Thomaſium* de
gio litterario, Lipſiae 1679. 4. pag. 92

pag. 50. ſq. adde Giphanii et Heurnii
dicia in *Antonii Matthaei* Sylloge Epiſtola-
m etc. Lugduni Bat. 1695. 8. pag. 87 ſq. —
. *Henr. Boecleri* in Taciti primordia anna-
m et hiſtorias commentatio. Argentorati
564. 8. — *Io. Sauilius* in Taciti hiſtorias
Agricolae vitam et de militia romana. Am-
lod. 1694. 12. — Diſcorſi de Signor
ipione Ammirato ſopra Cornelio Tacito,
orent. 1598. emendat. Paduae 1642. 4.
ae duae editt. libris rariſſimis adnumerantur.
epius quoque ille liber, cui hodie non tan-
habetur honor, editus, et in linguam quo-
e latinam eſt translatus. — De ſcientia
eque Taciti geographica et hiſtorica in Ger-
nia, commentat. *Io. Petr. Ancherſen*, in
ius Opuſculis minoribus, collectis a Ger-
rdo Oelrichs. Bremae 1774. in 4. nr. 5.
ndicat Tacitum ab aliorum obtrectationi-
s. — Ueber *K. K. Tacitus* Abhandlung
er Lage, Sitten, Völkerſchaften Germa-
ens, von *D. Anton*, in Goerlitz, in Pro-
nzialblättern, (opere ſocietatis priuatae litte-
iae, in Luſatia ſuperiore ortae,) Lipſiae et
erlitz. 1781. part. I. nr. 2. — In *Simo-
Schardii* ſcriptoribus rerum germanicarum.
ſil. 1574. fol. vol. I. repet. cura Hieronymi
homae, Auguſtani, Gieſſae 1673. fol. re-
riuntur Andr. Althameri, Iod. Willichii,
enric. Glareani, et Philipp. Melanchthonis
mment. ad Tacitum de Germania —

I. G. Walchii diatribe critica de Tacito eius demque ſtilo, praemiſſa operibus Taciti, cun Hauffii notis, editis. Lipſiae 1714. 8. — *Molleri* diſſ. de Tacito. Altdorf. 1686. 4. — cl. *Hiller*, Profeſſor Wittebergenſis a pluribu annis in proluſionibus academicis Tacitun critice potiſſimum pertractare coepit: inſcri ptio eſt ſingularum proluſionum, *Racemati in Tacito*, atque hoc anno (1789.) publ cata eſt *Racematio* XXXIIII., in qua auctc doct. Annal. II. 7. et 23. critice perſequitur. — *Io. Gasp. Hagenbuchii*, de Aſciburgio Vlixi ad Taciti (de Mor. Germ. cap. 3.) locu exercitatio. Tiguri 1723. 4. — Eiusdem d Aſciburg. Vlixis — Epiſtola reſponſ. ibi eod. a. — De fontibus, vnde Tacitus, qua de patria noſtra tradit, hauſiſſe, deque coi ſilio, quod in ſcribendo librum de German ſequutus eſſe videtur: Proluſio — *Lud. Voelke* in acad. Marburg. Prof. philoſ. extraord. Ma burgi. 1788. — *Georg. Chriſtian. Gebauei* diſſert. et programmata de antiquitate maic rum noſtrorum ad Taciti Germaniam mult noſtri ſcriptoris loca moresque Germanorur antiquorum egregie illuſtrant. Coniunctin edita ſunt in libro, inſcripto, *Gebaueri* Ve ſtigia iuris Germanici antiquiſſima in C. Coı nelii Taciti Germania obuia, ſiue diſſertatic nes XXII. in varia aurei illius libelli loca, cur nonnullis ſimilis argumenti, cuncta iuſto oı dine collocata, et partim locupletius, partir

nun

nunc primum edita. Goettingae 1767. 8. — *Ernſt Ludou. Guil. von Dachröden*, von den Verdienſten der Römer um die Ausbreitung und Berichtigung der Erdkunde oder Geographie, et *Henrici Aug. Frankii* comm. über die Worte des Tacitus de Germania c. 19. Plus ibi boni mores etc. Erfordiae 1789. 4. Plura dabit *Saxius*, V. C. in Onomaſt. pag. 577 ſqq. et pag. 579 ſqq. in primis cl. *Bernhard Frid. Hummel*, Rector ſcholae Altdorfinae, in libro vtiliſſimo: *Bibliothek der deutſchen Alterthümer* etc. Noribergae 1787. 8. praecipue pag. 41 ſqq. — Idem vir doctus MStum *Taciti Germaniae* deſcripſit et varias illius lectiones propoſuit in: *Neue Bibliothek von ſeltenen — Büchern*. vol. I. part. II. pag. 212 ſqq.

§. 20.

C. Plinius Caecilius Secundus, Iunior.

1. Natus eſt a. Ch. 62. Quando mortuus ſit, non liquet: a. Ch. 107. adhuc in viuis fuit.

2. Fuit patria Nouocomenſis, municipio Como, ad Larium Lacum in Transpadana ſito, ortus, et a Plinio maiore auunculo adoptatus. Quinctiliano et Nicetae Sacerdoti traditus eſt, (vide Epiſt. II. 14. VI. 6 etc.) vt ab illo arte orandi, ab hoc in philoſophia inſtitueretur.

 Adole-

Adoleſcens in Syria militauit, mortuo autem auunculo, patronus cauſſarum euaſit, ac inde poſt varias dignitates ad praefecturam Bithynicam et conſulatum adſcendit. Familiaris fuit Taciti, Martialis, Silii Italici ac Suetonii; cariſſimus Traiano. Litterarum ſtudio a prima aetate mire tenebatur, Plinium maiorem aemulatus: famae vero nominis immortalis cupidiſſimus, *) non ſolum Martiali aliisque, qui eius mentionem facerent, multum dedit pecuniae; ſed ipſe quoque, quum acerrimo eſſet ingenio, diſertus, probabilis poeta, magnus orator, (atque, viuus, vocabatur ſui temporis Cicero,) per ſua ſcripta voti compos factus eſt. Quanta auctoritate valuerit apud Traianum imperatorem, quanta fuerit frugalitate et abſtinentia, quam bonus pater familias, quam mitis erga ſeruos, quam liberalis erga patriam, quam facilis et munificus erga amicos, quanta induſtria, quantaque diligentia, ipſe in litteris hinc inde memoriae prodidit.

3. Scripſit *Epiſtolarum* Libros X. et *Panegyricum* Traiano dictum; reliqua perierunt, et quae hodie ſub nomine eius feruntur, ſunt

*) Ipſe libr. V. epiſt. 8. Me autem, ait, nihil aeque ac diuturnitatis amor et cupido ſolicitat: res homine digniſſima, praeſertim, qui nullius ſibi conſcius culpae, poſteritatis memoriam non reformidet. etc.

ſunt ſuppoſititia. Perperam igitur ei tribuitur liber *de viris illuſtribus*, qui habuit auctorem Aurelium Victorem.

4. Antiquiſſima eſt editio *Caii Plinii Secundi* — epiſtolarum libri octo, ſ. l. e recenſione *Ludou. Carbonis.* (Venetiis.) 1471. 4.*) *C. Plinii Secundi Epiſtolarum libri IX. Impreſſit Matthias Morauus. Recognouit Iunianus Maius*, (h. e. *Maggio*) Neapoli. 1476. min. fol. De hac rariſſima, et, vt ait Maius, ex incorruptis codd. impreſſa edit. diligenter adcurateque egit, atque varias libri I. Epiſtolarum lectiones excerpſit doctiſſ. *Car. Beniam. Lengnich* in: Neuen Nachrichten zur Bücher- und Münzkunde, vol. I. part. I. Dantiſci et Deſſau. 1782. pag. 135—164. — *Epiſtolarum* libri VIII. cum eiusdem *Panegyrico.* ſine a. l. et typographi mentione. Saec. XV. in Germania quidem, neque tamen, quae opinio erat *Erneſti* in *Fabricii* B. L. lib. II. c. 22. pag. 411. prodiit, quum primum ars typographica fuerit inuenta. (v. illuſtriſſ. *Com. de Reviczky* in Bibl. graec. et latin. pag. 107.) — Neapolitanam tamen praeceſſiſſe editionem *Plinii Epiſtol. libri IX. Romae in hoſpitio ſanctis de Pireto*, exiſtimat *Audiffred.* in Catalogo editt. rom. ſaec. XV. pag. 164 ſq. atque opinatur, a I. Schurenero de Bopardia typis 1474. in 4. expreſſam.

*) v. illuſtriſſ. *Com. de Reviczky* in Bibl. graeca et lat. pag. 106 ſq.

Lacunae tamen, quae in hac romana et neapolitana occurrunt, expletae ſunt in editione *Romana* II. — *Plin. Epiſt. lib. IX. ex emendatione Pomponii Laeti*, per *Euchar. Silber alias Franck.* 1480. 4. (v. *Audiffred.* pag. 293.) Haec igitur *alteram* editionum *claſſem* incepit: (in editionibus vero primis ordinem et epiſtolarum et librorum cum inter ſe, tum a recentioribus differre, id nolo copioſius e Fabricio aliisque repetere.) — Ad codic. Paris. a *Io. Iucundo* emendata et a Beroaldo recenſita eſt edit. *Bononienſis* 1498. 4. — *C. Plinii Iunioris ad Traianum Epiſtole 46. nuper reperte cum eiusdem reſponſis: cum priuilegio.* In calce: *Impreſſe per Io. de Tridino alias Tacuinum a. M. CCCCCII. die vero vndecimo menſis Mai.* 4. Praefatus eſt *Hieronymus Auantius*, Veronenſis, et ab initio, „Petri Leandri, ait, induſtria ex Gallia Plinii iunioris ad Traianum epiſtolas licet mancas deprauatasque habuimus, quas pro virili mea caſtigatas impreſſorum beneficio emittendas cenſuimus etc." Hoc igitur exemplo num illud, quod *Erneſti* in *Fabr.* B. L. II. pag. 413. memorat, *Plinii et Traiani Epiſtolae mutuae* 4. ſ. l. et a. et quod ſaec. XVI. antiquius eſſe ſuſpicatur, an ſuperius quod modo indicaui, ſit aetate inferius, definire non auſim. —

At multarum ſequentium baſis facta eſt editio *Aldina*: *Plinii Epiſtolae. Suetonius de claris grammaticis. Iulii Obſequentis Prodigiorum*

giorum liber ex emendatione Io. Iucundi et Io. Baptiſtae Egnatii. Venetiis apud Aldum 1504. 1508. 1514. 1518. — Florentiae apud Phil. Iuntam 1518. 8. — *Epiſt.* cum Panegyrico et libro de viris illuſtribus Baſil. 1521. apud Cratandrum — *Paris* apud Robert Stephanum 1529. 8. et ſic aliae fluxerunt ex Aldina editione.

Tertiam aetatem conſtituit *Io. Maria Catanaeus*, qui plura de coniectura correxit, et commentarium, qui adhuc laudatur, ſcripſit. — *C. Plinii Caecilii iun. libri Epiſtolarum nouem, addito nunc et decimo, cum Panegyrico — vna cum luculentiſſima Io. Mariae Catanaei expoſitione,* Mediol. 1506. fol. — rec. Venet. 1519. fol. — repet. additis aliis panegyricis vett. apud Paull. Stephan. 1600. 4. ſaepiusque. — Quaedam bona propria habet editio Baſil. ex recenſione *Io. Sichardi*, qui MSto Agricolae vſus eſt, apud Cratandrum 1542. 8. — Alteri edit. *H. Stephani* acceſſerunt ad quaedam loca *Stephani*, praecipue *Iſ. Caſauboni* notae criticae, 1592. 12. — et variae lectiones margini adpoſitae, ed. *S*teph. 1599. et 1601. — Steph. atque Caſauboni notae repetitae et notis *Ian. Gruteri*, libros tum calamo tum manu exaratos comparantis, atque textum interdum corrigentis, ſunt auctae in edit. Francofurt. 1611. — *Epiſt.* cum notis variorum et *Io. Frid. Gronouii*, digerente *Io. Veenhuſio.* Lugd. B. 1669. 8. — Eclectica et proba eſt edit.

edit. *Epiſt. ex recenſione M. Iacobi Thomaſii, qui multis inter ſe comparatis editionibus textum emendauit; variorum et in his hactenus ineditas Casp. Barthii digeſſit, ſuas addidit.* Lipſiae 1675. 8. — rec. minus emendate, Halae Sax. 1686. 8. Edd. pr. ante Aldinam non habuit: de reliquis, quas contendit, diligenter ſobrieque in prolegomenis iudicauit. — *Epiſt. et Panegyricus* cum notis *Chr. Cellarii*, Lipſiae 1693. 1700. quibus acceſſerunt aeque vtiles notae *M. Io. Chriſt. Herzogii*, Lipſiae 1711. 12. etc. —

Quarta textus concinnatio facta eſt a *Thoma Hearne*, qui Textum caſtigauit ad MSS. notas adiecit, vitamque Plinii, a Maſſono ſcite deſcriptam, praefixit. Oxoniae 1703. 8. —

Quintam editionum claſſem duxit *Gottlieb Cortius*; qui et praeſtantiſſimam *Epiſtolarum Plinii*, et pleniſſimam editionem cum notis variorum ſuisque curauit, et, illo operi immortuo, abſoluit *Paul. Dan. Longolius*. Amſtel. 1734. 4. Optimis ſubſidiis codd. ſcriptorum atque editorum inſtructus Cortius ſuſceperat laborem. — *Epiſtolarum libri decem — eiusdem Panegyricus* cum adnotationibus *I. M. Geſneri*. Lipſiae 1739. 8. — edit. altera et emendatior per *Auguſt. Wilh. Erneſti*, Lipſ. 1770. 8. — *Epiſtolae* et *Panegyricus* Neruae Traiano dictus, curante *I. P. Millero.* Berolini 1750. 8. addita eſt interpretatio gallica *de Sacy*. — Epiſtolae et Panegyricus. Glas-

Glasguae 1751. 4. et III. voll. in 12. — Paris. Barbou. 1769. 12.

Panegyricus et ſeparatim et cum reliquis editus eſt: Duodecim Panegyrici veterum ſine nota loci, anni et typographi. 4. de qua editione vid. *Hambergeri* zuverläſſige Nachrichten P. II. pag. 252. *Saxius* illam edit. vindicat a. 1482. *Mediolani.* v. eius Hiſtor. litter. Mediolanens. ad illum annum p. 240. 483. ſqq. vbi praefat. ad alteram editionem repetiit. Prior igitur *Puteolani* editio lucem antea adſpexiſſe videtur. adde pag. 611. not. 1. atque prior illa et princeps editio eſt quae ab altera ſ. poſteriore differt; *Plinii Sec. et aliorum Panegyrici. acc. Agricolae vita per C. Tacitum* et *Petronii Arbitri ſatyrici fragmentum.* 4. ſine loco: habet tamen annum 1476. Vſus illa eſt Arntzenius: Schwarz in indice variarum editt. Panegyrici Pliniani, (vbi multas recenſet Panegyricorum vett. editiones,) pag. 733. vberiorem eius dat notitiam: omnium tamen diligentiſſime agit de illa illuſtriſſ. *Comes de Reviczky* in Catal. pag. 108. et coniicit, illam typis Lavagnae Mediolani fuiſſe deſcriptam — *Plinii* Paneg. per *Io. Locherum Philomuſum.* Argentor. 1520. 4. — *Panegyrici* variorum auctorum et *declamationes* nonnullae perquam eruditae hactenus non impreſſae, (auctore *Io. Cuſpiniano* et editore patris filio, *Georg. Cuſpiniano.*) Viennae Pannoniae 1513. 4. — *Plinii* et aliorum Panegyrici. Paris. 1642. 12. II. voll. — ibid.

ibid. 1655. — Panegyricae orationes veterum oratorum. Notis ac numismatibus illuſtrauit, et italicam interpretationem adiecit *Laurentius Patarol*, Venetus 1708. 8. — editio ſecunda, ab auctore caſtigata et aucta. Venetiis 1719. 8. — *Plinii Panegyricus* cum comm. *Lipſii.* Antwerp. 1600. 4. 1604. et ſaepius — ed. *Iac. Locheri.* Norib. 1520. 4. — *Plinii* Panegyricus cum notis variorum, curante *Io. Arnzenio.* Amſtelod. editio tertia 1738. 4. — cum commentario *Chriſt. Gottl. Schwarzii* Norimb. 1746. 4. Schwarzius pleniſſima hac editione famam Germanorum tuitus, et gloriam conſequutus eſt immortalitatis. Docte quoque agit de editt. in quibus Plinii Panegyr. vel ſeparatim vel cum illius Epiſtol. vel cum reliquis Panegyricis coniunctus comparuit, et quarum plurimas ſibi comparauerat, vt vel ex eius bibliothecae part. I. et II. videre licet. — edente *I. M. Geſnero* Gott. 1749. 8. — Panegyricus curante *Io. Friſchmanno* Argentor. 1635. 4. Plures editiones tam Pliniani quam reliquorum Panegyricor. recenſent *Ern. et Fabricius* B. L. II. pag. 421. ſqq. 428. ſqq. *Hamberger.* l. c. adde ſupra Prolegg. §. 4. et Introd. in Not. litter. rom. Prol. p. 59. ſqq. adde *Saxii* Onomaſt. I. p. 283 et 580. atque editorem Bipontinum doctiſſimum, qui in notitia litterar. paullo aliter conſtituit aetates, plures enumerauit editiones atque verſiones; exemplum tamen accepi demum, quum

iustum

mstum meum typographo eſſem miſſurus: quare plura addere non licuit: Inſcriptio eſt: *C. Plinii Caec. Secundi Epiſtolae et Panegyricus: accedunt alii Panegyrici vett.* Bipont. 1789. 8.

5. Dicendi genere vſus conciſo quidem, arguto et florido, omnique cura interdum anxia limato atque expolito; ſed graui, eleganti, et puro. In Panegyrico vbique ingenii elucet praeſtantia atque orationis vbertas, quae vel in rebus minimis, quas vulgare non videret ingenium, cernitur, et ſublimitas; vt in eo ſe ipſe ſuperare, nec tamen ab omnibus argutiis ingeniique luſu et adulandi ſtudio abfuiſſe videatur. Res multas ſcitu dignas, et quae hiſtoriam illius aeui tam ciuilem, quam litterariam illuſtrant, reperies in epiſtolis.

6. *Gottl. Aug. Ienichen* in diſſertat. de *Priſco Iauoleno* ICto incomparabili et praecipuo ſaeculi ſui ornamento. Lipſiae 1734. 4. de Plinio acerbum atque iniquum tulit iudicium.*) Plinii vitam deſcripſerunt *I. Maſſon* Amſtel.

*) *Iabolenus* autem ſiue *Iauolenus Priſcus* fuit ICtus, Caroli Sabini diſcipulus, eiusque in ſchola Sabiniana ſucceſſor. Loca Pandectarum, in quibus vel eius librorum vel nominis fit mentio, indicauit *Wieling* in Iurisprudentia reſtituta pag. 48 — 55. *Spicilegia* de illo vna cum Specimine Obſeruationum ad quaedam eiusdem fragmenta in Pandectis obuia dedit *Hieron. van Alphen.* Traiecti ad Rhenum 1768. 4. conf. cel. *Saxii* Onomaſt. I. pag. 284. et pag. 580.

Amſtel. 1709. 8. pluribus editt. praefixam, et *I. de la Baume*, praemiſſam editioni Panegyricorum veterum in vſum Delphini, Venet. 1728. 4. et Panegyr. Plinii a Schwarzio edito. Epiſtolam 97. libr. X. multi viri doctiſſimi commentariis illuſtrarunt, G. I. Voſſius, Kortholtus, Balduinus, Rittershuſius, praecipue I. H. Böhmer aliique.

I. Fried. Eckhardi, V. cl. Nachrichten von einigen ſeltenen Büchern etc. Iſenaci 1775. pag. 121. ſqq. de ed. Romana per Euch. Silber. — *Schwarzii* obſſ. criticae ad loca quaedam Pliniani Panegyr. Altdorf. 1729. cum tribus ſpicilegiis et Corollario obſſ. ad Panegyr. Plinii 1735. — *Gruneri* III. proluſs. in quibus loca aliquot Plinii Iunioris explicantur. Coburgi 1750. 1751. Idem in Actis ſocietatis latinae Ien. vol. III. nr. 2. et vol. IV. nr. 12. multa Plinii Epp. loca tentauit et correxit. — *Io. Mich. Heuſingeri* emendatt. aliquot locorum in Plinii epiſtolis. diſputatio Iſenaci 1739. Eiusdem emendationes in Plinii epiſtolas, in illius Emendatt. libris duobus pag. 244. ſqq. Gothae 1751. 8. Fere eaedem ſunt, paullo tamen discrepant, prius ſcriptae, quas ego e MSto Heuſingeri edidi in: Fortgeſetzte Kritiſche Nachrichten von kleinen Schriften, Halae vol. II. part. II. pag. 1 — 30. Mihi quidem, illas publicanti, non in tempore venerat in mentem, Heuſingerum easdem retractatas reliquiſſe. — *Io. Sal. Semleri* Spicilegium variarum

ſum lectionum (e II. codd. MSS.) ad lib. I. Epiſtol. Pl. in Actis ſoc. latinae Ienenſis. vol. II. nr. 4. — *C. A. Heumanni* meditationes ad Pliniani Panegyrici loca, quae emendari optauit Schwarzius in exitu ſuae praefationis in: Brem- und Verdiſchen Bibliothek. vol. IV. part. II. nr. VII. pag. 489 ſqq. Artem et ingenium criticum iniquius negat fuiſſe in Schwarzio. — *Georg. Nic. Merkel* disp. docta, praes. *Wolfgango Iaegero;* Obſeruatt. in Plin. libr. VIII. ep. 26. Altdorf. 1782. 4. — *Io. Auguſtin. Wagner*, Conrect. Merſeburgenſis, acute ſcripta proluſio ſcholaſtica de loco Plinii Epp. libr. I. ep. 2. (de Caio Licinio Caluo, cuius nomen h. l. exſulare iubet,) Lipſiae 1781 4.

Plinio abnegat epiſtolas de Chriſtianorum perſequutione, multis vſus argumentis cel. *Semlerus* in: Neuer Verſuch die Kirchenhiſtorie der erſten Iahrhunderte mehr aufzuklären, comment. II. Lipſiae 1788. 8. Fidem illarum vindicat *A. C. Haverſant* in Vertheidigung der Pliniſchen Briefe über die Chriſten, gegen die Einwendungen des Herrn D. Semlers, Gottingae 1788. 8.

Et Epiſtolae et Panegyricus ſaepius translati ſunt in alias linguas. v. *Ern. Fabricii* B. L. tom. II. pag. 420 et 423. Equidem teutonicas quasdam memorabo: Epiſtol. vertit et illuſtrauit *Io. Sartorius* Profeſſ. Dantiscanus, Lipſiae 1712. 8. — Plurimas germanice vertit

et addidit animaduerſiones, (quae maximam partem ſunt mutuae ſumtae ex anglica verſione *Werry*, qui etiam vitam Plinianam expoſuit,) et Plinii vitam *E. A. Schmidt.* Deſſauiae 1782. 8. — *Proben einer neuen Ueberſetzung der Briefe des Plinius* dedit *de Bernsdorf.* Goettingae, 1775. 8. — Panegyricum germanice verterunt *Dietr. de Pleningen.* Landshut, 1515. et 1520. fol. — *Tob. Damm*, Lipſiae 1735. 8. et multo elegantius, *M. Io. Adam Schäfer*, (qui etiam in aliquot comment. doctis loca quaedam Plin. critice pertractauit.) Onoldi. 1784. 8.

§. 21.

Sextus Iulius Frontinus.

1. Circiter a. Ch. 106. mortuus eſt.

2. Quamquam genere plebeius fuit, *) ad ſummos tamen honores euectus eſt, tam litteris, quam armis clarus. Anno 70. fuit praetor, et a. 74. (quae tantum ſuſpicio eſt) conſul ſuffectus, (et iterum conſ. a. 87. opinante Poleno:) anno ſequenti 75. in Britanniam miſſus, Silures, populum bellicoſum, deuicit. Sub imperatore Nerua aquaeductuum cura ei demandata fuit.

3. Ha-

*) *Polenus* tamen in vita Frontini per Conſules diſtincta, §. II. coniicit, eum fuiſſe Patricium.

3. Habemus *de Strategematibus* libr. IV. *de aquae ductibus vrbis Romae* commentarium. Attribuuntur quoque illi de re agraria ſ. de agrorum qualitate liber, de limitibus fragmentum, aliud fragmentum de limitibus: ſed vide Polenum.

4. *Frontini* libri *de aquae ductibus* cum *Vitruuio* tam in editione principe, quam in aliis aliquoties editi ſunt. vide *Gemeineri* Nachrichten etc. pag. 240 ſq. de editione Florentina, 1496. fol. et ſupra Prolegom. §. 4. et *Vitruuium* §. 8. nec non reliquis Frontini libris. Separatim optime editi atque illuſtrati *Io. Poleno.* Patauii 1722. 4. —

Strategemata cum *Vegetio* et reliquis ſcriptoribus de re militari iunctim, (v. Introduct. in Notit. litter. rom. I. Prolegg. p. 65 ſq.) interdum ſeorſum ſunt publicata. *Quatuor* item claſſes editionum poſſunt conſtitui. *Princeps* ed. facta eſt per *Phil. Beroaldum*, *Bononiae* 1486. — rec. 1496. fol. v. *Gemeiner* loco excit. pag. 239 ſq. — cum Vegetio, Aeliano, Modeſto; Romae per Euchar. Silber, 1487. 4. et 1494. 4. (v. *Audiffredi* Catal. edd. rom. ſaec. XV. pag. 278 ſeqq. et p. 329 ſq.)

Alterius claſſis dux fuit *Franciſcus Modius*, qui Vegetium, Aelianum et Modeſtum cum *Frontino*, cum notis ſuis et coniectaneis edidit textumque non e MSS. ſed ex editis exemplis et auctoribus, vnde Frontinus ſua hauſerit, hinc inde fecit meliorem. Coloniae

 1508.

1580. 8. — Pariter codicum ope deſtitutus d
coniectura aut aliunde correxit *Godeſch. St*
wechius loca dubia aut vexata in *Coniectaneis*
Antwerp. 1685. 4. editis, tum in editione
quam cum ſuis et Modii notis euulgauit, cun
reliquis, Lugd. B. 1592. 8.

Tertia eaque adulterior firmiorque aeta
orta eſt cura *Petri Scriuerii*, qui et MSS. op
et ingenii ſagacis beneficio in *Frontino*, V
getio et reliquis rei militaris ſcriptoribus mul
bene reſtituit, et cum ſuis, Stewechii Modi
que notis edidit Antwerp. ex offic. Planti
1607. 4. et ſecundis curis, Lugd. B. 1623. 12. –
cum reliquis Frontini operibus, et cum not
Rob. Keuchenii, Areniano codice vſi, Amſt
1661. 8. — Praeclara et critica *Strategem*
editio eſt doctisque ornata adnotatt. *Sam. Te*
nulii (codd. nacti,) Lugd. B. 1675. 12. —

Quartam claſſem duxit *Franc. Oudendo*
pius, qui e multis codd. recenſuit *Fronti*
Strategem. notisque ſuis adiecit integras Modi
Stewechii, Scriuerii, (ex autographo auctiores
Tennulii, ineditasque Iuſti Lipſii et Io. F
Gronouii, praemiſſa vita a *Poleno* ſcript
Lugd. B. 1731. 8. — denuo recenſuerat, n
tasque locupletauerat; at fatis interceptus rel
quit alteram editionem auctiorem atque eme
datiorem filio *Cornelio*, cuius cura prodi
illa 1779. 8. — Commoda eſt editio, qua
curauit *Nic. Schwebelius* cum notis ſuis et O
dendorpii aliorumque ſelectis, et quam orna
acuta

acutae *I. Fred. Herelii* V. C. animaduerſiones, in fine additae, (quae etiam in altera Ouden-dorp. ſunt repetitae,) Lipſiae, 1772. mai. 8.— Strategematicon libri tres. Strategicon liber vnus. Emendabat ad fidem MSS. regiorum XI. eorumque lectiones varias textui ſubiiciebat *Joſ. Valart.* Paris 1763. 12. —

De agrorum qualitate et de limitibus cum Aggeni Vrbici commentario, Nic. Rigaltii et Wilh. Goeſii notis. Inter *Goeſii* auctores rei agrariae. Amſterd. 1674. 4. — *De Coloniis* libellus cum Rigaltii et Goeſii notis ibidem.— De edit. Frontini de aquae duct. quam e codd. Franc. *Corrad. d'Aglio* reſtitutam dediſſe ſe oriatus eſt, Venet. 4. vide Ephemerid. litter. ipſiens. a. 1743. pag. 835.

5. Stilus in ſcriptis *Frontini* non eſt vbique qualis, ideoque varius. Interdum facilis que elegans, ſaepe tamen vix latinus, atque brariorum incuria interpolatus. In narratio-bus ab aliis interdum diſcrepat.

6. *Molleri* diſput. de Frontino. Altdorf. 590. 4.

§. 22.

Lucius Annaeus Florus.

1. Sub Traiano ſcripſiſſe videtur, ante num Chriſt. 117. v. *Saxii* Onomaſt. I. p. 291. 581.

2. Num natione Gallus, an Hiſpanus erit, nondum ſufficienter docuerunt critici.

 3. Scri-

3. Scripſit *Epitomen de geſtis Romanorum* ab V. C. ad Iani templum clauſum ſub Auguſto, libr. IV. Alia tribuuntur illi fide admodum dubia.

4. *) Quae princeps ſit editio, non adeo res facilis eſt ad definiendum, quoniam quatuor vetuſtiſſimae edd. indicio loci annique carent. Vnam edit. ex catalogo *du Bois* ſ. l. a. et typogr. nota commemorat cl. *Lengnich* in: Beyträgen zur Kenntniſs ſeltener und merkwürdiger Bücher etc. part. II. Dantiſci 1776. 8 pag. 74 ſqq. vbi quoque contra Erneſtum in Fabricii B. L. II. p. 442. (quo loco de Floro agitur,) *Pariſin.* edit. *Annaei Flori de tota hiſtoria Titi Liuii Epitome in quatuor libros diuiſa*, I. vol. in 4. in Sorbonae domo (probabiliter circa a. 1470. excuſam,) curante *Roberto Gaguino*, vindicat, et *Maittarii* Ann. typogr. tom. I. ſiue tom. IV. ed. 2. pag. 293 alios laudat. — cum *Iuſtino*, ſ. l. et a. v. Com. *de Rewiczky* Catalog. p. 109 ſq. — cum *Iuſtino* Romae 1472. fol. per Schweynh. et Pannartz. (v. *Audiffredi* Catal. editt. rom. pag. 98.) — Memorabilis eſt editio *Lipſienſis Lucii Flori Epithomata*: in calce: *L. A. Flori Epithoma hoc emendatum fridianus pighinu-*
tiu

*) De antiquiſſima ed. in 4. max. forſan princip. et de ed. *Parmenſi*, per Steph. Corallum circ. an. 1473. 4. v. cel. *Morell.* ad Pinelli Bibliothec. vol. II. p. 69—71.

tius Lucenſis et Ioo. Vittigis ere premendum: curauerunt. Quod arte ſua Conr. Gallicus in opido Lipſienſi perfecit. XII. Cal. Iunii a. MCCCCLXXX. ſeptimo. 4. e cod. ducta eſt, quae multas habet lectiones peculiares. vide cl. *Fiſcherum* in praefat. ad Florum, pag. XXII. ſqq. — vitioſe rec. *Lipſiae* ex offic. Martini Herbipolenſis. fol. — *Lucy flori hiſtoriographi Epithomata:* in calce: *Arte ſua Conradus Gallicus in oppido Liptzenſi perfecit.* a. 1487. 4. *) — *Flori geſtorum rom. epithoma* ex recens. *Philippi Beroaldi*, Senis, per Sigism. Rot. de Bitz. circ. a. 1490. 4. — cum *Iuſtino*, a *Marco Anton. Sabellico* recognitus. ſ. l. et a. — Proprias easque bonas lectiones habet ed. Lipſienſis ex officina Iac. Tanneri. ſ. a. intra an. 1493 — 1497. **) — cum *Iuſtino* Venet. 1497. fol. — cum *Iuſtino* Mediolani ex officina Minutiani 1502. fol. — ibidem cum *Iuſtino* et *Sexto Rufo.* apud Leonard Vegium 1510. fol. — *Flori libri IV. a Cuſ-*

*) De rariſſima hac edit. et *Conrado Gallico* copioſe diligenterque egerunt Fr Otto Mencke in Miſcellan. Lipſienſibus nouis etc. vol. VII. p. 693. ſqq. atque doct. *Chriſtian. Carolus Am Ende* in *Riedereri* Nützlichen und angenehmen Abhandlungen aus der Kirchen- Bücher- und Gelehrten-Geſchichte etc. part. I. Altdorf. 1768. 8. pag. 85 — 98.

**) Conf. *Freytagii* Adparat. litt. tom. II. p. 1387. *Gemeiner's* Nachrichten etc. p. 273.

a Cuſpiniano caſtigati. Viennae per Io. Winter. 1511. 4. negat Cuſpin. in praefatione, Florum a Beroaldo eſſe caſtigatum. v. *Denis* Wiens Buchdruckergeſchichte. p. 51 ſq. —

Altera aetas habet auctorem *Io. Ricutium Vellinum*, qui a patria vulgo dictus eſt *Camers.* is textum e codice vetuſto recenſuit, primum edidit *Viennae Auſtriae*, per Hieronymum Vietorem et Io. Singrenium 1511. 4. (quae editio ignota fuit et Erneſto atque Fabricio in B. L. et editori Bipontino, indicem editionum diligenter conficienti; at deſcribitur a *Denis* in Wiens Buchdruckergeſchichte. pag. 53.) — tum idem *Camers* denuo edidit *Florum* et addidit adnotationum (hiſtoricarum) libellum: *Io. Camertis in quatuor geſtorum rom. Lucii Flori lib. Index copios. Sextus Rufus de conſulari ac imperiali dignitate deque romani imperii acceſſione per eumdem Camertem ſuo tandem nitori, quam optime reſtitutus.* — (cum ſcholiis,) *Viennae Pannoniae* per Io. Singrenium. 1518. 4. v. *Denis* l. m. pag. 188. et eiusdem Merkwürdigkeiten der Garelliſchen Biblioth. pag. 267 ſqq. Quo iure Maittarius, Fabricius atque editor Bipontinus eam edit. Baſil. 1518. in fol. fuiſſe excuſam, ſcripſerint, equidem neſcio.

Id exemplum Camertis ſaepius Baſileae et alibi eſt repetitum: in his paullo correctius a *Iac. Bedrotio* cum *Sexti Rufi* de hiſtoria rom. Epitome, et *Coruini*, oratoris, de

pro-

progenie Aug. Caeſ. libello, nunc primum excuſo, apud Heruag. Argentorati, 1528. 8. Baſil. 1532. fol. Paris, 1542. 8. Colon. 1540. 8. Moguntiae, 1547. et 1551. 8. *Bedrotus* in praef. adfirmat, Baptiſtam Aegnatium edidiſſe Florum corruptiſſimum pro correctiſſimo.

Tertia demum aetate *Flori* textus ex pluribus codd. prodiit correctior atque curatior, ſtudio ſollertiaque *Eliae Vineti* cum *Solino.* Pictauii 1553. — caſtigatior ibid. 1563. 4. — recus. Paris. 1576. 4. — Ex codd. nec non de coniectura quaedam mutauit, in reliquis exempla Aldi (1521. cum Liuio fol.) et Camertis ſequutus, *Io. Stadius*, Antwerp. 1567. addito commentario. 8. quae edit. ſaepius eſt repetita — ſine notis, edente *Io. Lagonycho*, Caſſellis. 1598. 8.

Quarta aetas firmior facta eſt ſtudio *Iani Gruteri*, Heidelbergae apud Hier. Commelin. 1597. 8. S. Geruaſii 1606. 8. — tum cura *Salmaſii*, vetuſtiſſimo cod. vſi Nazariano, e quo XV. annos natus multa correxit in *Flori* textu 1608. et *Florum* edidit apud Commelin. 1609. — Poſtea *Gruterus* iterum recenſuit *Florum*, e codd. Nazariano, et duobus Palatinis, notasque auxit, cum ſcriptor. hiſtor. auguſtae Hannou. 1611. fol.

Aetas *quinta* exculta eſt ingenio et diligentia *Io. Freinshemii*, qui ex vno codice et excerptis cum edit. 1510. collati multa feliciter correxit et bene, interdum copioſius, illuſtrauit,

Argentor. 1632. 8. — auct. et cum notis aliorum ſelectis 1636. 8. denique cum Chronologia Flori. it. cum varr. lectt. et indice, in quo latinitas quoque explicatur, ibid. 1669. 8. — cum notis auctioribus et limatioribus *Cl. Salmaſii*, qui *Lucium Ampelium* nunc primum edidit. Lugd. B. apud Elzeuir. 1638. 1655. 12. —

Progredior ad aetatem *ſextam*, quam ornarunt *Graeuius* ac *Duckerus*. Prior purgauit textum a mendis et *Florum* edidit cum ſuis et variorum notis aliisque ornamentis. Traiecti ad Rhenum 1680. 8. Quae pro altera Graeuiana, cum *L. Ampelio* venditatur, Amſtelod. 1702. 8. ea non habet Graeuium auctorem et multae multorum opiniones non reſponderunt exſpectationi atque iudicio criticorum. —

Melius ſatisfecit opinioni et critici acuti interpretisque ſollertis officiis *Car. Andreas Duckerus*, qui recenſuit curauitque edition. *Flori* cum ſuis variorumque adnotationibus, Lugd. B. 1722. 8. auct. et emendat. Lugd. B. 1744. 8. — Hanc ed. ſequutus eſt doctiſſ. editor *Bipontinus*, cuius cura *Florus cum L. Ampelii libro memoriali*, praemiſſa notitia litteraria, prodiit Biponti 1738. 8. — Ex recens. *I. G. Graeuii* recus. cum animaduerſionibus eiusdem. Acceſſit praeter Ampelium, libellumque varr. lectt. praefatio *I. Frid. Fiſcheri* Lipſ. 1760. 8. — *Epitome rerum Romanarum.* Accedit *L. Ampelii* liber memorialis.

rialis. Curante *I. P. Millero.* Berol. 1750. 8. — cum Criſpo Salluſtio. Birminghamiae, apud Baskerville 1773. 4. et 12. anno ſeq. — cum Salluſtio. Paris apud Barbou. 1776. 12.

5. Stilus eſt magis poeticus, aut panegyricus in populum rom. quam hiſtoricus, tumidus et frigidus. Florus, qui alioqui ſuas habet laudes et virtutes, magnificentiam et acumina vbique adfectans, atque audaciſſimis translationibus, figuris, et ſententiis vſus, leges boni fidelisque hiſtorici haud raro transgreditur.

6. *Dan. Guil. Molleri* diſp. de L. Annaeo Floro. Altdorf. 1664. — *Chriſt. Heinr. Hauſotteri* diſſ. de ſuſpecta Flori fide. Lipſ. 1747. — *Ruperti* obſſ. ad Florum. Noribergae. 1659. 8. *Frid. Ludou. Abreſch* in Obſſ. ad Aeſchylum, tum ad V. cl. [C. Duckeri] de quibusdam locis Flori ἐπίκρισιν Animaduerſiones in Miſcellaneis obſſ. criticis nouis, tom. VI. Amſtel. 1745. 8. pag. 621. ſqq. — cl. *Heintze* progr. de Floro non hiſtorico ſed rhetore. Wimariae, 1787. recus. in Syntagmate illius opuſculorum etc. pag. 260. ſqq.

§. 23.

C. Suetonius Tranquillus.

1. Natus eſt circiter annum 70. vixit adhuc a. Ch. 121.

2. Plebeio ordine natus, fuit Grammaticus et Rhetor Romanus; in foro etiam verſatus; et ſub Hadriani imperio Magiſter epiſtolarum, quo

quo vero munere, quod reuerentiam aduerſus imperatricem Sabinam laeſerat, remotus fuit. Vir erat probus, honeſtus et eruditus, (ob quas virtutes *Plinius*, v. Epiſt. I. 24. et V. 11. X, 95. 96. eum in contubernium adſumſit, et Traiano valde commendauit) atque inſectator vitiorum verique amans.

3. Hodie ſuperſunt *vitae XII. Imperatorum;* liber de *illuſtribus Grammaticis;* de *claris rhetoribus* liber, at mutilus; et quorumdam poetarum vitae.

4. *Princeps* aetas atque editionum princeps eſt *Romana* cum *Antonii Campanii* Epiſtola ad Franſc. Piccolomineum, 1470. fol. apud *Io. Philipp.* de *Lignamine*, non, quae vulgaris eſt opinio, apud Vdalr. Han. monente *Audiffredo* in Catal. edd. rom. pag. 46. ſqq. — Eodem anno et 1472. iterum, ex alio autem codice deſcriptus prodiit *Suetonius Romae*, cum epiſtola *Io. Andreae*, Epiſcopi Alerienſis, per Conr. Schweynheim et Arnold Pannartz. fol. v. *Audiffred.* l. m. pag. 64. qui etiam de edit. *Veneta* per Nic. Ienſon 1471. fol. agit. — *Sueton.* et *Auguſtae hiſtor. ſcriptores*, curante *Bonaccurſio*, Mediolani, per Mag. Philippum de Lauagna. 1475. fol.*) — De

*) De perrara hac editione vide *Gemeineri* V. Cl. Nachrichten von den in der Regensburg. Stadt-Bibl. befindlichen merkwürdigen Büchern etc. pag. 21-25.

De grammaticis, cum *Phalaridis* Epiſt. lat. interprete Aretino, *Modeſto*, *Plinio* (A. Victore) de viris illuſtribus etc. per G. Tibullum de Amidanis de Cremona. Romae 1475. 4. ſed vide *Audiffredum* l. m. pag. 202. de hac editione —

De clar. grammaticae et rhetoricae ſcriptoribus. ex recognit. et cum praef. *Io. Al. Tuſcani*, Romae, ſ. a. (circ. 1474.) v. *Audiffred.* pag. 393. — idem lib. *Florent.* apud Sanctum Iacob. de Ripoli. 1478. — per Zarottum, Mediolani 1480. fol. — ibid. per Scinzenzeler 1491. — Cum commentariis *Ant. Sabellici*, Venet. 1490. fol. et ſaepius.

Melior et critica eſt editio *Sueton.* cum comment. *Philippi Beroaldi*, Bonon. 1493. et crebrius. — praeſtat editio ex iterata Beroaldi recognitione, Bonon. 1506. fol. — Memoranda eſt editio vitioſa quidem, at e cod. msto. S. Victoris correcta dicitur, recensente *Guidone Morillono*, Paris. ſ. a. praefatio ſcripta eſt 1508. (v. *Erneſti* ad Fabricii B. L. II. pag. 455.) etc.

Secunda aetas habuit parentes *Egnatium* et *Erasmum.* — *In hoc volumine haec continentur* C. *Suetonii Tranquilli XII. Caeſares Sexti Aurelii* a D. Caeſare Auguſto vsque ad Theodoſium excerpta. *Eutropii* de geſtis Romanorum, lib. X. *Pauli Diaconi* lib. VIII. ad Eutropii hiſtor. additi. *Venetiis*, curante Egnatio, apud Aldum 1516. 8. — rec. Florent. apud

apud Iuntas 1519. — et Venetiis cum Egnatii et Eraſmi adnotatt. ab Aldo 1521. 8. — Melius de Suetonio meruit *Des. Eraſmus*, qui textum e cod. Tornacenſi et ex ingenio ſaepe correxit, atque inſcripſit: *Ex recognitione Deſiderii Eraſmi C. Suetonius Tranquillus, Dion Caſſius Nicaeus, Aelius Spartianus, Iul. Capitolinus, Ael. Lampiridius, Vulcat. Gallicanus, Trebellius Pollio, Flau. Vopiſcus Syrac. quibus adiuncti ſunt S. Aurel. Victor, Eutropius, Paullus Diaconus, Ammian. Marcellinus, Pomponius Laetus, Io. Bapt. Egnatius.* Baſil. apud Froben. 1518. fol. — rec. Colon. in aedibus Eucharii Ceruicorni, 1527. fol. — correct. ab *Eraſmo*, Baſil. 1531. 1533. et vltimum poſt eius mortem 1546. fol. — Seleſtadii apud Lazar. Schurerium 1520. 4. —

Tertia aetas condita eſt a *Rob. Stephano*, qui cod. Memmiano vſus noui optimique exempli editionem curauit, cui adeo textus Suetonii, quem nunc habemus, plurimum debet. Paris 1543. 8. — Doctas habet notas editio *Glareani*, Baſil. 1533. — repet. 1560. — a Stephano inter Scriptores variae hiſtoriae rom. 1568. 8. III. tom. — correcta edit. eſt cum notis varr. cura *Theodor. Pulmanni.* Antwerp. apud Chriſt. Plantin. 1574. 8. — Pulmanni laboribus adiunxit *Laeuinus Torrentius* egregios in *C. Suetonii Tranquilli XII. Caeſares commentarios*, Antwerpiae, ex officina Chriſt. Plantini 1578. 8. textus non eſt additus,

vti

vti ex notitia edd. Erneſtina et Bipontina aliquis colligere poſſit: et patet id ex ipſa Torrentii praefatione. Additus tamen eſſe videtur, isque auctior commentarius editioni, ibid. 1587. 4. et 1591. 4. —

Nemo tamen cum ad corrigendum textum, tum in primis ad intelligendum atque interpretandum Suetonium plus contulit, quam *Is. Caſaubonus*, atque *aetatem quartam* feliciter condidit. Is vero primum edidit *Suetonium*, Geneuae 1595. 4. anno ſequenti acceſſit notarum appendix et *monumentum Ancyranum*, notis illuſtratum. — deinceps crebrius etiam Lugduni, excudebat Steph. Gamonetus 1605. 4. 4. (In meo exemplo, ex ſectione Vffenbachiana, per vitam Auguſti pura charta eſt illigata, et manu ſcripta ſunt in illa D. *Abrahami Bekelii* Dictata in Cai. Sueton. Tranquillum ſcr. Lugd. Bat. 1672.) — *Gruterus* cum hiſtoriae Aug. ſcriptoribus edidit et e tribus Palat. codd. recognouit *Sueton.* Hanouiae 1611. fol. — cum notis variorum. Lugd. Bat. 1651. fol. —

Progredior ad *quintam* aetatem, in qua eminent editt. *Jo. Georg. Graeuii*, cum Torrentii, et Caſauboni commentariis, Theodori Marcilii aliorumque et Graeuii notis, Traiecti. 1672. 4. — 1691. 4. et cum nummis atque Patini commentario, (editioni cum Graeuii notis et excerptis atque collatione antiqq membranarum, Baſileenſi, 1675. 4. addito,) Traiecti

iecti ad Rhen. 1703. 4. meum exemplum contulit Longolius cum multis editionibus: nouam enim ille paraturus erat editionem: venditis autem illius libris, comparaui mihi illius manu exaratum adparatum ad futuram Suetonii editionem in aliquot libris collectum, at nondum digeſtum, nec plenum, nec ordinatum, et cod. Mst. membran. Suetonii in fol. qui quondam pertinuerat ad Cortium.

Sueton. — *Sam. Pitiſci*, cum commentario copioſo. Traiecti ad Rhen. 1690. 8. II. voll. — ornatior et limatior II. editio, Leouardiae tom. I. 1714. tom. II. 1715. 4. cum figg. aeneis. — — egregia et critica *Iac. Gronouii*, Lugd. B. 1698. 12. — et, quae eſt pleniſſima ac praeſtantiſſima, editio *P. Burmanni*, e Graeuiana ducta, adhibitis tamen multis exemplis antiquis, cum integris Egnatii, Glareani, Torrentii, Caſauboni, Gruteri, Patini etc. et ſelectis aliorum notis. Amſtelod. 1736. II. voll. 4. — Nouum quodammodo textum concinnauit *I. A. Erneſti*, edendo notisque illuſtrando Suetonium Lipſiae 1748. et iterum ſecundis curis auct. Lipſiae 1775. 8. — Neque tamen ſatisfecit Erneſti, et cenſoribus, (atque cel. *Kappius* in cenſura nouiſſimae editionis in Ephemeridibus litterariis Erfurt. multas adtulit emendationes nouas,) neque doctiſſ. editori *Suetonii* Bipontino, qui exemplum Erneſtinum, facta cum accuratioribus edd. comparatione, emendatius exſcribendum

dum curauit, praemiſſa notitia litteraria, Biponti 1783. 8. —

Inter ea nonam e libris ſcriptis editisque fecit textus recenſionem, et *Suetonium* cum varr. lectionibus ſuisque eruditis, maximam partem criticis, intermixtis Graeuii, Iac. Gronouii et ineditis Caroli And. Dukeri adnotationibus edidit *Franciſc. Oudendorp.* Lugd. Batau. 1751. 8. — *Suet.* cura Milleri. Berolini. 1762. 8. — *Sueton.* Lugd. Bat. 1767. 12.

De verſionibus v. *Fabric.* l. m. — gallice per *de la Harpe*, cum latino textu et cum notis atque obſeru. Paris 1771. II. voll. 8. et per *Henr. Ophelot de la Pauſe* cum obſſ. cum textu lat. Paris 1771. 8. IV. voll. de qua verſione v. grauem cenſuram in Philol. bibliotheca Goettingenſi, vol. I. part. V. pag. 263 ſqq. — Germanice verſus eſt *Sueton.* a *Wagnero.* Lemgou. 1771. 8. —

Marcell. Donatus in ſcholiis ſiue Dilucidationibus in latinos pleroſque hiſtoriae rom. ſcriptores a pag. 212 — 798. obſeruationes varii generis copioſas in Suetonii Caeſares ſcripſit. — Quis *Chreſtus* in vita Claudii c. 25 ſit, quaeſtio orta eſt, et in pluribus ſcriptis praeter interpretes atque editores Suetonii agitata — Heumannus in diſſert. Ienae 1709. 4. et in ſylloge diſſert. pag. 536. contra Anton. van Dale, intelligit Chriſtum, redemtorem, et ſic alii; contra *Goetzius* in: Celeb. virorum Epiſtolis de re numismatica ad M. Zachar. Goetzium

datis Witteb. 1716. 8. M. *Paullus Chriſtian Hilſcher* in program. de Chreſto, cuius mentionem Suetonius facit, quod ille non ſit Chriſtus, mundi ſaluator, ſ. a. Lipſiae, et M. *Guil. Chriſtian Oettel*, Rector, in comment. de Iudaeis, impulſore Chreſto adſidue tumultuantibus, Salfeld. 1779. negant cum aliis, et adfirmant, Chreſtum illum fuiſſe Graecum aut Romanum, qui Iudaeorum doctrinam placitaque amplexus, tumultus dediſſet occaſionem. — *Chriſt. Guil. Franciſc. Walch.* ſcripſit com. de Felice trium reginarum marito, ad illuſtrandum locum Suetonii vit. Claud. cap. 28. §. 2. in *Gorii* Symbolis litterariis rom. vol. III. Romae 1752. pag. 183. — 206. etc.

5. Ratio dicendi eſt tenuis, terſa, aperta, ſimplex, minimeque ornata, tamen pro temporis et aetatis illius ratione pura. In deſcribendis et vitiis et virtutibus Imperatorum ingenuus, nullius adulator, vbique ſumma cum fide verum ſectatur.

6. *Dan. Guil. Moller* diſp. de Suetonio. Altdorf. 1685. 4. — In Symbolis Bremenſib. tom. II. et III. quidam fidem Suetonii deſtruere atque euertere adniſus eſt; ſed breuiter atque eleganter ab Erneſtio in prefat. ad ſuam Suetonii editionem culpatus et refutatus.

CAPUT.

CAPUT VI.

DE POETIS HUIUS AETATIS.

§. 1.

Phaedrus, ſiue Phaeder.

1.

Vixit circa a. Chriſt. 30. medio eum Claudii principatus tempore a Chr. 48. poſuit *Saxius* in Onomaſt. I. p. 241.

2. Natione fuit Thrax, adoleſcentulus venit in Romanorum ſeruitutem, mancipatus Auguſto Imperatori, qui eum ob morum probitatem atque ingenii elegantiam litteris bonis inſtituendum curauit, et libertati adſeruit; quare Auguſti libertus vocatur. Sub Tiberii imperio calamitatem atque iniuriam a Seiano potiſſimum, quem quidem in fabellis quibusdam acriter perſtrinxit, perpeſſus eſt. Poſt Seiani interitum fabulas ſuas publici iuris fecit.

3. *Fabularum libros quinque* conſcripſit.

4. *Duae* aut *tres* tantum editionum aetates atque recenſiones e cod. concinnatae, nempe *Pithoeo*, (a. 1596.) et *Rigaltio*, (a. 1599. praecipue ed. 1630.) auctoribus, reliquae editiones ex illis fluxerunt ingenio atque acumine editorum interdum correctiores factae. *Acceſſit Gudius*, cod. Diuonienſi vſus. Quod

vero *Erneſti* atque *Fabricius* in B. L. lib. II. c. 2. pag. 26 ſqq. in primis eruditiſſ. editor Bipontinus et cl. *Schwabe* in vita et Catalogo editt. praemiſſ. part. I. illius editionis de codice a Perotto reperto, et de cod. Remenſi atque editionibus, et de lite, inter quosdam viros doctos de fabulis Phaedrinis orta, copioſe egerunt, paucis me expediam, et memorabiles enumerabo editiones. *Princeps* eſt editio *Petri Pithoei*, qui *Phaedri fabb.* Aeſop. libros V. e codice MS. fratris Franciſci Pithoei vulgauit, Auguſtoduni Tricaſſium a. 1596. 12. — *Phaedri — libri V.* — emendati atque illuſtrati notis a *Cunrado Rittershuſio*, I. C. Profeſſore Norico. Acceſſere in easdem fabulas ſpicilegium Casp. Schoppii, Franci, et alia quam plurima. Lugd. Batau. ex offic. Plantiniana 1598. 8. renouato titulo, adiectis *Meurſii* animaduerſionibus, diuerſo charactere, ex offic. Plantin. apud Raphelengium 1610. 8.

Altera recenſio eſt facta per *Rigaltium*, qui et lectionibus vetuſtiſſimi, quem habuerat *Pithoeus*, codicis diligentius vſus eſt, et codicem contulit Remenſem, quem acceperat a Sirmondo. Paris 1599. 12. — De editione *Neueleti*, qui Phaedri apologos cum aliis fabulatoribus tam graecis, quam latinis edidit, Francof. ad Moen. 1610. et Heidelbergae eodem anno: item de *Remicio* et *Romulo*, v. *Fabric.* et *Schwabe* l. c. *Leſſing* zur Geſchichte und Litteratur erſter Beytrag, partic. II. atque ad

ad *Fabricii* Biblioth. graec. vol. I. cap. de Aeſopo. —

Phaedri — noua editio, (*Rigaltii* cum notis illius prioribus et nouis.) Oliua Rob. Stephani Lutet. 1617. 4. repet. 1630. Lutet. apud Sebaſt. Cramoiſy 1630. 12. multis abit ab editione prima. — *Phaedri* — *libri V.* cum P. *Syri* mimis notisque et animadu. *Tan. Fabri.* Salmur. 1657. 4. — iterum ſecundis curis, cum gallica verſione Albini (de Saint Aubin.) proſaria 1665. 12. et ſaepius. — *Io. Schefferus* primum edidit *Phaedrum* cum notis ſuis eruditis et *Franciſci Guieti*, Andegauenſis, caſtigationibus. Vpſal. 1663. 8. — iterum recenſuit ad vltimam Rigaltii et Tan. Fabri, quem non raro caſtigat, et multa emendauit aut docte explicuit. Vpſal. 1667. 8. — Tertium addito Freinsheimii indice (ex huius edit. Argentor. 1664. 8.) Hamburgi 1673. 8. et ſaepius recus. — *Phaedri* libri V. *cum prioribus ac poſterioribus* (ſeorſim poſitis) *notis Nic. Rigaltii. Petrus Axen*, *H. S. recenſuit ſuasque* (nimis copioſas ad librum I.) *notas adiecit.* Hamburgi 1671. 8. — Praeſtans eſt editio, quam cum integris commentariis Marq. Gudii, Conrad. Rittershuſii, Nicol. Rigaltii, Nicol. Heinſii, Ioann. Schefferi, Ioann. Praſchii et ex excerptis aliorum ſuisque curauit *P. Burmann.* Amſtel. 1698. 8. — repet. cum noua fabularum adpendice ex MS. Diuionenſi,

 Rimi-

Rimicio et aliis. Hagae comit. 1718. 8. — rec. 1745. 8. 1778. 8. — accurante *Dan. Hoogſtratenio.* Amſtel. 1699. 12. — Item ille *Hoogſtraten* ſplendidam, elegantem, emendatam, et notis eruditis inſtructam editionem in vſum Seren. principis Naſſauii curauit. Amſtel. 1701. 4 mai. cum figg. aen. — Notis doctorum ſelectioribus, nouisque paſſim et coniecturis et explicationibus illuſtrati, opera *Thomae Iohnſon* Londini 1701. 8. — rec. 1708. 8. — ad fidem optimarum editionum, vna auctiores, recus. cum paucis breuibus notis. — editore *I. Chriſtoph. Wolfio.* Flensburg 1709. 8. — ex recenſione et cum notis *Richard. Bentleii*, (qui nimis audacter verſatus eſt in mutandis Phaedri verbis, hinc acrem Harii atque Burmanni expertus cenſuram;) cum *Terentio* et *Syri* mimis, Cantabrig. ac Londini 1726. 4. mai. Amſtel 1727. 4.

Luculentiſſima optimaque eſt ed. *Petri Burmanni* cum nouo eius commentario et aurea praefatione de recto et prudenti critices vſu, audaciae Bentleianae criticae oppoſita, Leidae 1727. 4. acceſſit epiſtola critica (Harii, Angli,) de Bentleii emendationibus Phaedri. — rec. ſine Epiſtola Harii, Mitau. 1773. 8. mai. — Vtilis eſt editio cum adnotatt. *I. Mich. Heuſingeri.* Iſenaci 1740. 8. 1772. 8. — *Phaedri et Fl. Auiani* fabb. cum adnotatt. ad vtrumque. Accedunt fabulae graecae latinis reſpondentes, et Homeri Batrachomyomachia. Patau. 1740. 12.

12. — recenſuit et facili ſolutaque paraphraſi expoſuit *Io. Nic. Funccius.* Adiecta ſunt *Sympoſii* aenigmata. Rintelii et Lipſiae 1765. 8. — *Chreſtomathia Phaedrina* (XXV. fabb. comprehendens) *notis* (eruditis, at paullo vberioribus) *illuſtrata a Io. Chriſtiano Hartmanno*, Ricobac. ſcholae Rectore. Altenburg. 1779. 8.

Nouiſſimae eaeque doctae edd. ſunt: — *Phaedri — libri V.* ex recens. Petri Burmanni, cum ſelectis notis et ſuis obſeruationibus edidit *Io. Gottl. Sam. Schwabe*, Scholae Buttſtadiens. Rector, (in praeſenti, Gymnaſii Vinarienſis Conrector,) partes III. Halae 1779—1781. 8. — atque, quae magis critica eſt ingenio cel. Crollii, — *Phaedri* — fabulae Aeſopiae, nouiſſime recognitae et emendatae. Accedunt *Publii Syri* ſententiae, *Auiani* et anonymi veteris fabulae denuo caſtigatae. Bipontii 1784. 8. — A nitore commendabiles ſunt edd. *Maittarii*, Londin. 1729. 8. — Paris. e typographia regia. 1729. 16. — Londini, Brindley. 1750. — Aureliae, charactere minutiſſimo, 1773. 16. — Paris, per *Brotier*, 1783. 12. — Fabularum Aeſopiarum libri quinque ad optimas quasque editiones emendati. Pariſiis, apud Couſtelier. 1742. 12. Additae ſunt *Auiani* fabulae et *Syri* ſententiae. ibid. 1748. 12. Barbou. — e rec. *Cuninghamii*, cum *Syri* aliorumque vett. ſententiis. Edinburg. 1757. 8. — *Phaedri* Fabulae Aeſopiae. *Publii Syri* Sententiae. *Dionyſii Catonis* diſticha de

moribus, curante *F. P. Müllero*, Berolini, 1753. 8. — *Phaedri* — — interpretatione et notis illuſtrauit *Petrus Danet*, academicus, iuſſu Chriſtianiſſimi regis in vſum Delphini, Venetiis apud Dominicum Conſtantini. 1783. 12. —

5. Aeſopum imitatus, quamdiu illum ſequitur, in fingendo ingenioſus, in eloquendo facilis, conſilia vitae dedit ſaluberrima. Stilus eſt ſimplex, tenuis, facilis, elegans et latinus, quibusdam poeticis verbis adſperſus.

6. *I. G. Walchii* de ſtilo Phaedri diſſert. praefixa eius edit 1713. 12. — *I. Fr. Chriſtii* de Phaedro eiusque fabulis proluſio. Lipſiae, 1746. 4. in qua negat, Phaedrum eſſe auctorem harum ſabularum, easque Nicolao Perotto adtribuit. Cauſſam Phaedri ſuſcepit *I. N. Funccius* in Apologia pro Phaedro eiusque fabulis. Rintel. 1747. cui vero acriter reſpondit *Chriſtius* in vberiore expoſitione ad eruditos quosdam de moribus, ſimul de Phaedro eiusque Fabulis. Lipſiae 1747. 8.

Chriſtius ipſe fecit edidítque Fabularum veterum Aeſopiarum libros II. Lipſiae 1748. 4. — et cum praefatione lectu digna atque cum commentario. 1749. 8. Sunt quidem eleganter latineque ſcriptae; at enim gratia et naturalis pulcritudo atque facilitas, quae commendant Phaedri fabellas, Chriſtii apologis deeſſe mihi videntur.

De

De Phaedro et in XIX. priores illius fabulas *Leſſingii* notas vide in eius vermiſchten Schriften, part. II. Berolini, 1784. 8. — *Io. Frid. Gruneri* Spicilegium Obſeruationum ad Phaedri priores libros duo. Ienae 1745. 4. — M. *Io. Gaſparis Euerhardi Wineken*, Gymnaſii Quedlinburgenſis Rectoris, Programma in locum Phaedri IIII. fab. 4. Halberſtad. 1752. 4. — cl. *Lindneri*, Rectoris ſcholae Arnſtadienſis in part. I. et II. Tentaminis critico-philologici, Arnſtad. 1782. 4. plura *Phaedri* loca bene intelligenterque explicuit. — Beatus frater meus, Conrector quondam Lycei Culmbacenſis, ſcripſit proluſionem *de Phaedri fabulis*, num ab iis primordia latinae linguae ſint capienda. Culmbaci. 1754. quam recudi feci in Opuſculis meis varii argumenti, pag. 499 ſeqq.

Nouiſſima teutonica verſio eſt: *Phaeders* aeſopiſche Fabeln, teutſch in reimfreyen Iamben überſetzt. Breslau, 1785. min. 8. — Adde *Sulzer* in: Allgemein. Theorie der ſchönen Künſte, vol. II. ibique additamenta *de Blankenburg* litteraria doctaque, pag. 126 ſq. et pag. 137ſq. — Multos alios, qui de Phaedro eiusque fabulis disputarunt, item interpretationes atque imitationes iam laudauit cl. *Schwabius*, poſt Fabricium, in vita Phaedri.

§. 2.

A. Persius Flaccus.

1. Natus eſt a. Ch. 34. V. C. 786. ſecundum Suetonium, aut quisquis incertus *vitae A. Perſii* auctor eſt; *) ſed ſecundum Caſſiodorum, anno ſequenti: mortuus eſſe dicitur a. Ch. 63. et anno aetatis XXIX. ſecundum *Hieronymum* in Chron. Euſebii ad Olymp. CXX.

2. Volaterris in Etruria et ordine equeſtri ortus, mature animum ad litteras elegantiores adpulit. *Cornuto* praeſertim, Stoico philoſopho, **) ſe ita addixit, vt numquam ab eius diſciplina placitisque diſcederet, atque moriturus legato gratum erga praeceptorem animum profiteretur. Mores eius erant probi, qui tunc temporis corruptiſſimi erant Romae; forma corporis egregia; dotes animi praeſtantes: verecundia, virgineus pudor et pietas erga matrem ac praeceptorem luculenta indolis eius ſunt documenta. Lucilium imitatus, perditos ſui

*) Conf. *Io. Iac. Breitingeri* et *I. Bouhieri* diſſ. in tom. X. Amoenitatum litter. Schelhornii. pag. 1103 ſqq.

**) De hoc, quem alii male vocant *Phurnutum*, v. *Fabricii* Bibl. graec. lib. III. cap. 15. p. 398. vol. II. *Hambergeri* zuverläſs. Nachricht. tom. II. p. 120 ſq. et quos laudat cel. *Saxius* in Onomaſt. I. pag. 252 ſq.

ſui temporis mores maiore cum acerbitate, quam ſale et facetiis, perſtrinxit. Ingenio, elegantia atque vrbanitate cedit Horatio atque Iuuenali; et obſcuritatem, non metu Neronianae tyrannidos, vt nonnulli exiſtimarunt, ſed ingenio ſuo et philoſophiae ſtoicae ſtudio ductus, venatus eſſe videtur, ita vt propter nimium eruditionis et antiquitatis abuſum atque obſcuritatem Latinorum Lycophron vocetur. confer *Bayle* Diction. hiſtorique et critique, ſub voc. *Perſius.* Praematura autem mors praeuertit ipſius ingenii opinionem atque exſpectationem.

3. Reliquit *ſex Satirarum* librum, ordine quodam rerum philoſophice quaſi diſpoſitarum ſeruato.

4. Adcurata plenaque editionum hiſtoria critica nondum exſtat: quae quod alio loco temporeque exhibebitur, et infra §. IX. de Iuuenale, quocum iunctus Perſius crebro comparuit, plures vtriusque poetae editiones memorabuntur, hic nonnulla tantum ſatirarum Perſii exempla perſequi ſufficiet.

Sine anni nota aliquot *Perſii* ſatirarum editiones poſt annum 1469. e catalogis variis laudantur ab editore doct. Bipontino; quaedam cum *Iuuenale* ſine anni indicio occurrit in Catalogo Bibl. Ducis *de la Valliere*, tom. II. pag. 102. (vbi plures vtriusque poetae antiquiſſimae editiones enumerantur,) quae ibi habetur princeps. — Erneſti ſ. Fabricius in B. L.

L. tom. II. pag. 166. memorat edit. Ferrarienſem 1474. et Louanienſem per Io. de Weſtphalio. 1475. fol. — Cum commentariis *Barthol. Fontii.* F. ſine anni nota, (in Bibl. Valleriana l. c. nr. 2535 pag. 107.) procul dubio ante annum 1480. Nam hoc anno ſignata editio Veneta, quam ipſe poſſideo, fuitque in Bibliotheca Pinelli tom. II. pag. 335, (vbi plures et Perſii et Iuuenalis editiones vetuſtae proſtant,) et ſeruatur, teſte *Gemeinero*, v. cl. in Nachrichten etc. pag. 90. ſq. in bibliotheca publica Ratisbonenſi. *Fontii* editio Venetiis et Mediolani, (v. *Saxii* hiſtor. typog. litter. Mediolanenſis, vel in indice ſub litera *M.* vbi tamen nulla Fontii editio, quae vetuſtior ſit ſequenti, nominatur,) a. 1484. 1488. 1490 ſaepius repetita eſt. — De *Brixianis* editionibus a. 1473. 1481. cum commentariis *Io. Britannici* vide *Quirini*, patris purpurati, Specimen variae litteraturae etc. ſiue de Brixiana literatura etc. part. I. pag. 125. ſqq. — *Perſii* ſatirae cum commentariis Britannici prodierunt quoque Venetiis 1491. cum Iuuenale — 1492. etc. —

Nitidum eſt exemplum, quod habeo, at ab antiqua manu multis adnotationibus gloſſisque onuſtum ſine anni indicio, ſine paginae, cuſtodis etc. ſigno: *P. Auli Perſii Flacci Satyrarum opus.* cum inſigni *I. Petit. Venales inueniuntur Pariſius.* (ſic.) *In uico ſancti Iacobi: In ſigno leonis argentei.* 4.

Altera

Altera aetas varia accepit incrementa atque ornamenta. Primum *ſatyrae Perſii* prodierunt auctiores ſcholiis, quae ſub *Cornuti* nomine feruntur, at ex diuerſae aetatis atque eruditionis interpretum notis ſunt conflatae, (v. *Quirinum* l. c. in primis *Fabricii* B. L. lib. II. c. 12. de Perſio et Silio Italico pag. 165. ſqq) et cum commentariis Fontii ac Io. Britannici. *Venetiis.* 1499. fol. apud Io. Tacuin. de Tridino. — Editor Bipontinus memorat editionem *Perſii* Lipſienſem, ſine notis, 1507. fol. — omiſit vero aliam:

'Perſii Flacci, nobiliſſimi Satyrici vnicus. ſed elegantiſſimus ſatyrarum liber. Hermanni Buſchii Paſiphili epigramma. etc. in calce. *Impreſſit Liptzk Melchiar Lotterus. Anno domini* M,CCCCC,XII. (1512.) 4. — Meo exemplo manu adſcriptae ſunt adnotationes varii generis et pretii.

Noua commentaria in Perſium. A. Perſii Flacci ſatyrae, compluſculis, quibus ſcatebant, mendis repurgatae. Cum ecphraſi et ſcholiis Ioannis Murmellii Ruremundenſis. — in fine: *Impreſſum Colonie in offic. libraria Quentell.* . MDXVII. 4. min. — Eſt in bibliotheca publica Erlangenſi — ibid. 1522. 4. 1525. 8. et ſaepius. — repet. et acceſſerunt *Des. Eraſmi* annotationes. — Coloniae, exc. Io. Gymnicus. 1538. 8.

Perſii ſatyrae cum quinque commentariis — *Iod. Badii Aſcenſii, Io. Baptiſtae Plautii, Io.* *Mur-*

Murmellii, Io. Britannici, Aelii Antonii Nebriſſenſis. Additis ad calcem L. Ioannis Scoppae in eumdem adnotationibus. Venundantur in aedibus Iod. Badii Aſcenſii. 1523. fol. — repet. Baſil. 1551. fol. (notae autem Nebriſſenſis non ſunt integrae) apud Frobenium. — *Perſius cum notis Aelii Anton. Nebriſſenſis.* Lucronii. (in Hispania,) 1529. 8. — Scholia vetera dedit locupletiora *Elias Vinetus: Perſius cum comment. A. Cornuti et Eliae Vineti.* Santonis. Pictauis apud Enguilbertum Marneſium. 1560. 4. (Fabric. in B. L. a. 1563. dicit, num numerus anni ſit vitioſus, an editionis ſuperioris fuerit repetitio, equidem neſcio.)

Perſius — e recenſione et cum notis *Th. Pulmanni.* Antwerp. apud Plantin. 1565. 8. — cum notis varr. ex edit. *Th. Freigii*, Baſil. apud Petrum Pernam. 1578. 4.

Tertiam aetatem *Petrus Pithoeus* ornauit, qui meliorem reddidit *Perſii* textum e codice Budenſi, et ex veteri exemplari gloſſas veteres in Perſium ſelectiores vitamque Perſii a vetuſto quodam auctore conſcriptam primus cum *Iuuenale* atque *Sulpiciae* Satyra I. edidit, Paris. 1585. 8. (v. infra, Iuuenalem, et editorem Bipontinum pag. XXXI. ſqq.) — cum ecphraſi ſeu paraphraſi et ſcholiis *Franc. Sanctii*, Brocenſis. Sulmanticae. 1599. 8.

Bene meruit de Perſio *Theod. Marcilius.*

Perſii Satyrae cum comment. Theod. Marcilii, Io. Tornupoei; L. A. Cornuti in eumdem

dem Comment. ex bibl. Io. Rouſſati; El. Vineti, Santonis, in eundem notae. acc. P. Pithoei variae lectiones et notae ad veter. gloſſas. — Lutetiae Paris. apud Cl. Morellum. 1601. 4.

Nullius tamen merita in Perſium ſunt illuſtriora, quam *Iſaaci Caſauboni*, qui et contextum et gloſſas veteres recenſuit, et poetae tenebras atque orationis obſcuritatem in commentario doctiſſimo dispellere ſtuduit, in editione Pariſina 1605. 8. — repet. ibidem 1615. 8. — auctior et emendatior ex ipſius *Caſauboni* codice facta eſt editio, cura *Merici Caſauboni*, Is. F. Londini 1647. 8. — Segetem tamen futuro editori eſſe relictam, nemo mirabitur.

Quadruplicem habet inſcriptionem, et tot partibus, ſingulis ſeparatis ac ſignatis, conſtat editio *Autumni.* prima pars habet communem titulum: *Decii Iunii Iuuenalis Aquinatis et A. Perſii Flacci, equitis romani Satyrae ex manuſcriptis reſtitutae, et in eas commentationes, obſeruationes et paralipomena Bernardi Autumni, Nitiobrigis — opus ornatum ſententiis et opinionibus Criticorum ac notis, quibus loca obſcuriora Perſii perperam explorata ab aliis interpretibus, illuſtrantur.* Paris: apud Robert. Foiiet. 1607. 8. — *Altera* pars inſcripta eſt: *D. Iunii Iuuenalis Periphraſis prope aenigmaticae a St. Clauerio enodatae. Quibus adiuncta eſt magni illius Ios. Scaligeri ac Iuſti Lipſii et aliorum, in quemdam locum diuerſa*

diuerſa explicatio. Ibid. eodem anno. additus eſt ſeparatim index in Iuuenalem. — *Tertia* pars habet inſcriptionem: *Auli Perſii Flacci Satyrae et in eas commentationes, obſeruationes, et paralipomena Bernardi Autumni; Nitiobrigis* — *opus ornatum ſententiis* etc. Eodem loco et anno. — Vltimum locum occupat. (in meo quidem exemplo,) *quarta* pars inſcripta: *A. Perſii Flacci Satyrarum ſex liber ſingularis. Ad Sereniſſimum et inclytum Britanniarum et Hyberniae regem. Poſt felices huius ſaeculi curas a St. Clauerio in prima Galliarum curia Aduocato redditus et explanatus: cuius etiam nonnulla ſunt in loca Iuuenalis et aliorum minus obuia. Quibus tamen omnibus nulli detractum, quin potius ſubrogatum eſſe voluit. Ibid. eodem anno.*

Perſius. — cum poſtumis commentariis *Io. Bondii.* Amſtel. 1645. 12. mai.

De editionibus, quas *quarta* aetas protulit, *Schreuelianis* et *Henninii* vide ad paragraphum nonum de Iuuenale.

Perſius enucleatus ſiue commentarius exactiſſimus et maxime perſpicuus in Perſium, poetarum omnium difficillimum, ſtudio Dauidis Wedderburni, Scoti, Abredonenſis. Opus poſthumum. Amſtelod. apud Dan. Elzeuirium. 1664. 12. Textus eſt is, quem Caſaubonus conſtituit, et ex eiusdem commentario Wedderburn ſua hauſit ſumſitque mutua. — Satis nitida eſt editio, multis iconibus illuſtrata, quae

quae vero Horatii carmina a Pine aeri inciſa ſplendore atque elegantia non aequat: *A. Perſii Flacci ſatyras ſex* ad fidem optimarum editionum vna cum variis lectionibus codicis Ebneriani edidit *Georg. Frider. Sebaldus*, tabulisque aeneis incidit *Io. Michael Schmidius*: Norimbergae 1765. 4. — *A. Perſii Flacci ſatyrae.* Bernae ex officina heredum Wagneri. 1765. ſumtu B. L. Walthardi. — *Les Satyres de Perſe*, ibidem eod. anno. 8. curante et praefato *I. Rudolph. Sinnero.* de qua editione vide *Klotzii* Acta litterar. vol. III. part. III. pag. 320. ſqq. et editorem *Perſii* ac *Iuuenalis ſatirarum* Bipontinum, 1785. 8. pag. XLIV. notitiae litterariae. — Idem editor doctiſſimus, pag. 46 ſqq. recenſet verſiones. Equidem paucas tantummodo adferam.

Germanicae ſunt *Io. Sam. Adami.* Dresdae, 1674. 8. — M. *I. Beni. Dragheimi*, cum notis et textu latino. Roſtoch. 1725. 8. — *Io. Dan. Heyden* cum commentatione de poeſi Graecorum et Romanorum ſatirica. Lipſ. 1738. 8. — cum paraphraſi Berolini 1775. 8. Interpres vero non ſatisfecit cenſori in Biblioth. vniuerſali Berolin. Adpendice II. Berolini, 1779. pag. 1711 ſqq.

E *gallicis* memoro verss. *Carron le Gibert.* Paris. 1771. 8. — Abbatis *le Monnier*, cum textu latino. ibid. eodem anno. — *Duſaulx*, cum disp. de ſatira, Par. 1772. 8. — metrice cum notis *Selis*. ibid. 1775. — Quod

 Duſaulx

Duſaulx in altera editione verſionis Iuuenalis. Paris. 1782. 8. in diſput. de ſatiricis latinis, Perſium culpauit, ſuumque Iuuenalem laudauit, *Selis* Perſium defendit in *Diſſertation ſur Perſe*, Paris. 1783. 8. in qua praeter ea Perſii ſatiras explicat, ordinem rerum examinat, et nonnulla loca critice perſequitur. — Metrice, cum textu latino et verſione quoque proſaica *Taillade d'Hervilliers*. Paris. 1776. 8. — — *Anglicam* iis, quas laudauit clar. editor Bipontinus, addam: *I. E. Owen's* Translation of the Satires of Iuvenal in to Engliſh verſe. — D. *Brewſter's*, *Perſius*. II. voll. Londini, 1785. 12. cum textu latino et notis ex optimis interpretibus excerptis. Interpretatio ſatirarum Perſii melior eſt, quam Iuuenalis. conf. Critical Review, menſe Dec. 1785. nr. 1. — De *italica* Iuuenalis et Perſii verſione, auctore *Comite Camillo de Silueſtris*, cum amplis illius commentariis, Patauii 1711. 4. vide Acta eruditorum germanice ſcripta, part. 76. pag. 263 ſqq. — *Perſii* ſatiras et ſatiram Sulpitiae, italice vertit et illuſtrauit *Marcus Aurelius Soranus*, Patricius Venetus, Venetiis. 1778. 8. etc.

5. Ratio dicendi eſt grandis, concinna; ſed, quia Perſius bilis atrae plenus erat ex ſchola Stoica, aſpera et maxime obſcura; interdum tumida. Quando virtutes laudat, tunc ſplendeſcit; in vitio vituperando homines ſingulares carpit acerbius.

6. Conf.

6. Conf. *Heinſium* de ſatira Horat. p. 59. 123. etc. — *Georg. Nicol. Kriegk* de A. Perſio Flacco. Ienae, 1701. 4. — *Io. Iac. Breitingeri* libell. in verſus obſcuriſſimos a Perſio ſatir. I. vers. 92. — 102. citatos, diatribe hiſtorico-litteraria etc. Tiguri, 1723. conf. Bibliothec. Bremenſem hiſtor. philol. theol. claſſ. VII. faſciculo I. pag. 743. — *(de Blankenburg)* ad Sulzeri Allgemeine Theorie der ſchönen Künſte, voc. *Satire.* vol. IV. pag. 124 ſqq. — cl. *Georg. Frid. Steph. Stieber* a multis annis, et Erlangae, et in Anglia et alibi commorans, omnia ſubſidia, tam ſcripta quam vulgata typis, ad nouam Perſii editionem parandam collegit et ſpecimen dedit in diſputat. me praeſide habita. Erlangae, 1786. 4.

§. 3.

Marcus Annaeus Lucanus.

1. Natus eſt a. Chr. 38. mortuus a. 65.

2. Patria fuit Cordubenſis ex ordine equeſtri. Admodum adoleſcentulum pater Annaeus Mela, filius Rhetoris Senecae minimus natu, Romam deduxit, vt a primis annis puritati linguae latinae adſuefieret, et optimis litteris inſtrueretur. Atque etiam ſub auſpiciis Rhemnii Palaemonis, Flauii Virginii, et Cornuti eximios fecit progreſſus in litteris, quas vt magis excoleret, Athenas mittebatur. Redux

factus in gratiam venit Neronis, quem vero propter poeſeos famam ipſi inuidum, ſuperbia, faſtu, tumore atque elatione animi, et deinde perduellione, quum implicitus Piſonianae coniurationi deprehenderetur, ita aduerſus ſe irritauit, vt tandem ſemet ipſum interficere iuberetur. Lucanus igitur more Senecae, venis inciſis, magna cum animi conſtantia mortisque contemtu e vita diſceſſit.

3. Ad noſtram aetatem peruenerunt *Pharſalia*, ſiue belli ciuilis, inter Pompeium et Caeſarem geſti, libri decem.

4. De editt. ſ. a. l. et typographi mentione docte curateque diſſerit cel. *Morellus* ad Pinelli Catal. tom. II. pag. 339. et de quadam ſine loco, a. autem 1477. v. Bibliothec. Schwarzian. part. II. nro. 267. At de editt. principibus ſaeculi XV. nemo adcuratius diſſeruit, quam cl. *Io. Aloyſius Martinus - Laguna*, Hungarus, nouam Lucani editionem parans, in elegantiſſima *epiſtola* ad cl. *Heyne*, *de libris Lucani editis, qui ſaeculo XV. typographorum formulis deſcripti ſunt,* 1787. 8. adde *Quirini*, patris purpurati, lib. de Brixiana litteratura, vol. I. pag. 114 ſqq. —

Princeps edit. eſt *Romana*, curante Io. Andrea, Epiſcopo Alerienſi, opera *Schweinheymii*, et *Pannartzii*, 1469. fol. (vide Catal. Bibl. Ducis de la Valliere nr. 2508. illuſtriſſim. Comit. *de Rewiczky* Catal. pag. 78. et *Audiffredi* Catal. edd. Roman. pag. 30.) —

Omni-

Omniboni Leoniceni, (qui codice ab eo, ex quo Romana ed. ducta eſt, diuerſo vſus videtur,) *commentarii*, nudi, Lucani carmine non, (vt vulgo traditur,) addito. Venet. 1475. fol. v. Martinum Lagun. pag. 13. et ego ipſe tractaui exemplum, carmine Lucani deſtitutum. — Integri *Omniboni Leoniceni* commentarii comparent in editione Veneta per *Nicol. Battibouem Alexandrinum*, 1486. fol. cum textu ſ. carmine Lucani: et in reliquis *Lucani* editt. cum illius commentariis inde ab editione *Brixienſi*, per *Iacob Britanicum* 1486,*) in qua multa reſecuit, multa mutauit et correxit, et commentarium non ab ipſo *Omnibono* confectum, ſed ab aliquo illius auditore calamo exceptum eſſe iudicauit *Io. Taberius*, Brixianus, (cuius epiſtolam recudi fecit *Quirinus* l. c. p. 116 ſq.) ſic immutati, ſunt repetiti.

Anno 1477. intra trium menſium ſpatium *Lucanus* ter exiit praelo *Mediolani* impenſis Phil. *Lauagniae*, tum Venetiis per *Iuuenem Querinum*, et iterum Mediolani per Magiſtrum *Antonium Zarotum*. — — Veneta *Querini* non

*) De vtraque hac editione vide *Gemeiner's* Nachrichten von den in der Regensburgiſchen Stadt-Bibliothek befindlichen merkwürdigen und ſeltenen Büchern aus dem XV. Iahrhundert. p. 148 ſq. Teſte eodem viro docto in Biblioth. Ratisbonenſi ſeruatur cod. membran. Lucani, ſaec. XIII.

non ducta eſt de ed. romana; ſed expreſſa eſt vel ad ſcriptum exemplar, vel ad vetuſtam ed. anni locique nota deſtitutam. — *Parmae* per *Deiphoebum de Oliueriis*, 1483. fol. ſaepius conſpirat cum ed. rom. in multis tamen locis diſcrepat ab illa — *Mediolani*, cum commentariis *Omniboni*. (non, vt alii prodiderunt, *Io. Britanici*.) 1491. fol. — *Venetiis* impenſis *Octauiani Scoti* etc. 1492. fol. — *Venet.* cum *Io. Sulpitii*, *Verulani*, (qui critices rei iam habet rationem,) per *Simeonem Beuilaquam Papienſem*, 1493. — repet. ib. 1498. fol. — *Mediolani*, ſub auſpiciis *Hyacinthi Arpinatis* 1508. 4. —

Notanda quoque eſt edit. *Louanienſis*, intra an. 1470 — 1480. fortaſſe ante ed. Venetam. 1477. — item *Lipſienſis* cum praefat. *Petri Aeolici*, doctoris Lipſienſis, per *Martinum Herbipolenſem*, ſ. a. et l. (circiter a. 1496. ex Brixiana ed. 1486. ducta) — Ex hac *Halenſis* cum praefatione *Petri Aeolici*, charactere gothico, 4. (quae quidem in calce habet, *Halae* MCCCCLXXII. v. *Illuſtriſſ. Com. de Reviczky* Bibl. gr. et lat. pag. 78. ſq.) repetita eſt, ideoque numeros anni notati corrigendos eſſe in hunc modum. M.CCCC.XXII. ſagaciter coniicit doct. *Martin-Laguna*, de progenie et ſubole editionum ſaec. XV. adcurate intelligenterque diſſerens: qui pag. 34. not. monet, cum *Sulpitio* nouum quodammodo librorum naſci ordinem. — De reliquis, quantum

pro-

probabiliter coniicere licuit, ordinibus editionum paucis expediam me, et ſingulares tantum referam: pleniorem dat catalogum doct. editor Bipontinus.

Altera igitur aetas, (vel potius, quia *Sulpitius* nouam quaſi ediderat ſubolem, *tertia,*) orta eſt ex ed. *Aldina*, Venetiis, 1502. 8. — repet. 1515. 8. codice vetere et correcto adhibito. — *Mediolanenſis*, ex recognitione *G. Verſellani*, Sulpicii, aliorumque notis, (1508.) acceſſiſſe *Beroaldi*, (mortui a. 1505.) commentarios, traditur in Bibliotheca Fabriciana, et in Catalogo a Bipontinis confecto; *Martyn-Laguna* tamen l. mem. pag. 20. ſcribit, *Ludouicum Pinellum*, Meldenſem Epiſcopum, ab interitu ſeruaſſe Beroaldi Commentarios, et *Aſcenſio* tradidiſſe edendos, idque hunc feciſſe in edit. *Paris.* 1514. fol. quo anno *Lucanus* e recognitione *G Verſellani* cum comm. Sulpitii, Beroaldi et Iac. Badii in aedibus Aſcenſianis praelum exercuerat: at idem *Lucanus* iam Paris. in iisdem aedibus cum Sulpicii et Aſcenſii notis praelo exiit. 1506. fol. — *Luc.* Sulpiciana interpretatione explorata, (ſed carminis contextus crebrius diſcrepat a Sulpiciano Sulpiciique explicatione,) Argentor. ex officina *Io. Prüſs.* 1509. 4. — Paris, cum variis lectionibus, calci additis, apud *Rob. Stephanum* 1545. 8. — cum ſcholiis margg. et adnotatt. *Io. Sulpicii* et *Henrici Glareani*, 1550. 8. — cum

Sulpicii et Omniboni ſcholiis, ac *Micylli* adnotatt. *Francof.* 1511. 4. — cum *Lamb. Hortenſii*, (haud contemnendis) et *Io. Sulpicii* notis, apud Rob. Stephan, Paris, 1554. 8.

Aetas III. (IV.) habuit auctorem *Theodorum Pulmannum*, e cuius recenſione prodiit *Lucanus* Antwerpiae apud Plantinum, 1564. 12. 1577. 1592. forma minore. Additur in fine: „*Pulmanni* variarum lectionum libellus ex manuſcriptis et vulgatis libris multo, quam antea, auctior, quem nuper quidam falſo ſuum fecit.“ ſed de illis neque plane neque dilucide diſſerit, et in epiſtola dedicatoria ait tantum, ſe ſubſeciuis horis opellam impendiſſe in reſtituendo *Lucano* — cum *Iac. Mycilli* in difficiliores locos, et *Bersmanni* ſcholiis, variisque lection. *Theod. Pulmanni*, et in librum I. animaduerss. *Ioach. Camerarii*, addita etiam *Epiſtola* ad *Calpurnium Piſonem*, *) per *Hadrian. Iunium*, et illuſtra-

*) Hoc *carmen ad Piſonem* alii adſignarunt *Ouidio*. Hinc *Iac. Micyllus* id Opp. Ouidii adiunctum edidit Baſil. 1549. Alii, iique multo plures, illud adtribuerunt *Lucano* ab *Hadriani Iunii* tempore, qui illud e codice emendatum et integrum edidit in Animaduerss. libro VI. 1. hinc adhaeret aliquot *Lucani* exemplis. Contra cel. *Wernsdorf* in poetis latinis minoribus vol. IV. pag. 43 ſqq. (vbi varias recenſet editiones atque opiniones,) vindicat id *Saleio Baſſo*, poetae tempore Veſpaſiani, et ſub nomine eius p. 236 ſeqq. illuſtratum dedit.

illuſtrata a *Ioſ. Scaligero.* Lipſiae, 1589. 8. — e recens. *Hug. Grotii.* Amſtelod. 1610. 24.

Idem ille tamen Grotius poſtea e codd. MSS. partim, partim de coniectura emendauit *Lucanum*, et *aetatem IV.* (V) auſpicatus, cum notis ſuis atque libello varr. lectionum e codd. Pulmanni ac Berſmanni edidit, ex officina Plantin. Raphelengii 1614. 8. — tum quatuor aliis codd. adhibitis correct. et cum notis auctioribus, Lugduni Batau. apud Io. Maire. 1626. 8. quae eſt claſſica editio. — Grotii notae in pluribus editionibus ſunt repetitae, in *Farnabiana*, Amſtel. 1642. 12. crebriusque, — item in *Schreueliana* cum notis variorum, Amſtelodami 1658. 1669. 8. in quibus etiam ſubiicitur *Lucani* ſupplementum, libris VII a *Thoma Maio*, Anglo, confectum etc. — lat. cum verſione germanica metrica, praemiſſis disputatt. auctore *Veit Ludouico de Seckendorff: Politiſche und moraliſche Discurſe über M. An. Lucani* 300. auserleſene lehrreiche Sprüche etc. Lipſiae 1695. 8. — editore *Michael. Maittairio*, praemiſſ. varr. lectt. ex XVI. editt. Londini apud I. Tonſon et I. Watts. 1719. 8.

Aetas V. (VI) habuit auctores, praeſtantiſſimos criticos et ſummos philologos; primum *Gottl. Cortium*, qui inſigni copia et ſcriptorum et editorum librorum inſtructus maiorem editionem paraturus praeluſerat quaſi in minore: — *Luc. Pharſalia, eidemque car-*

men adſcriptum ad Piſonem, cum notis, Lipſiae 1726. 8. At Cortius poetis edendis haud omnino aptus, a criticis, praecipue Burmanno acriter eſt notatus. Omnis autem illius adparatus iure emtionis veniſſe ad ſe teſtatus eſt *Martin-Laguna* in Epiſtola memor. — Eodem tempore *Franc. Oudendorpius*, verſatus in contextu ope multorum ſcriptorum editorumque librorum refingendo et emendando atque explicando poeta, curauit editionem cum ſcholiaſte vet. inedito, variorum partim integris, partim excerptis ſuisque et *Franc. Guyeti* ineditis notis. *Lugduni B.* 1728. 4. mai. — Illorum duumvirorum ſtudium aliquamdiu retardauit conſilium *Burmanni* in curanda noua Lucani editione, quae tandem cum eius commentario amplo, maximam partem critico, intextis Heinſii notis hucdum ineditis, lucem adſpexit, Leidae 1740. 4. et in praeclara longaque praefatione de Lucani ingenio, doctrina, et carmine, quod hiſtoricum eſſe cenſet, ſubtiliter eruditeque iudicat eiusque virtutes vitiaque, quae multa ſunt, exponit *Burmannus* — Huius textum cum *poemate ad Calpurnium Piſonem*, recepit doctus editor Bipontinus, *Biponti*, 1783. 8. — *Lucani* Pharſalia cum notis *Hugonis Grotii* et *Richardi Bentleii*, (ab eius nepote, Richardo Cumberland, curata) Strawberry-Hill. 1760. 4. Critices amantibus diu deſiderata opportunaque eſt editio.

Ver-

Verſionibus a Fabricio memoratis adde: *Lucan, vom pharſaliſchen Krieg, überſetzt von O. W. von Bork.* Halae Sax. 1749. mai. 8. — *Lucan.* cum interpretatione italica. Milani in typographia coenobii Ciſtercienſium St. Ambroſ. maioris. 1784. — *Lucan's Pharſalia* translated in to engliſh verſe, by *Nicolas Rowe* (denati d. 6. Decemb. 1718.) London apud T. Iohnſon. 1720. mai. 8. Rowe in notis varia loca explicat ex hiſtoria, geographia, et antiquitate; editor autem *Iames Welwood* in praefatione Lucanum ab multorum acerbis iudiciis copioſe ſtuduit defendere — Bibliotheca publica Erlangenſis habet cod. vetuſtum membranac. cuius lectiones frequenter mireque diſcrepant ab *Oudendorpii* recenſione.

5. Magna fuit in Lucano ingenii vis, ſed adhuc iuuenilis, effrenata atque luxurioſa. Carminis eius, quod non tam epicum habetur quam *hiſtoricum* potius, (tamen cel. Saxius, et Martyn-Laguna illum negant characterem,) indoles cum Virgilii poematibus minime comparanda eſt. Lucanus enim ardens eſt, concitatus et ſententiis clariſſimus, magis oratoribus, quam poetis adnumerandus, iudice *Quinctil.* X. 1. In argumento et materia, quam ſibi delegit, valde peccauit. Magniloquentia, exaggeratione rerum et verborum odioſa, ineptis declamatorum acuminibus, obſcuris loquendi modis, oſtentatione Stoicorum dogmatum, ac philoſophicae ſapientiae et polymathiae adfe-

adfectatione vitiisque ſimilibus fidem ſibi et auctoritatem derogauit. Neque tamen cunctis paene elegantiis et carminis virtutibus caret, vt *Burmannus* in praefatione ſua, quae vehemens nec raro iniqua eſt cenſura Lucani, ad hunc poetam, et *de la Harpe* in libello mox memorando, atque antea *Scaliger* Poetices lib. VI. pag. 778. arbitrati ſunt.

6. Conf. *Saxii* Onomaſt. I. p. 253. ſqq. — *Marmontelius* in praefatione ad interpretationem ſuam Lucani Gallo-Francicam La Pharſale de Lucain, traduite en François, à Paris, 1766. tomi II. 8. cum figuris aeneis, et in Poetique françoiſe, melius ſenſerat de Lucano, et rectius iudicarat, quam *de la Harpe*, in Reflexions ſur Lucain, additis eius libello, Melanges littéraires, ou épitres et piéces philoſophiques, par Mſr. *de la Harpe*, à Paris 1765. 12. — Docta eſt diſputatio *I. Georg Meuſelii* (in praeſenti, Profeſſoris Erlangenſis,) de Lucani Pharſalia: Halae, pars prior 1767. pars poſter. 1768. 4. — *Palmerii* pro Lucano apologia eſt etiam in *Iani Berkelii* diſſertt. ſelect. criticis; Lugduni B. 1707. 8. et in *Oudendorpii* editione Lucani — *M. Io. Frider. Wichmanshauſen*, respond. Io. Andrea Luthero, Diatribe in Lucani Pharſaliam. Witteberg. 1712. 4. — *Rodriguez de Caſtro* in Biblioth. Hiſpanica tom. II. a. 1786. (v. Hygin.)

De *Petronio* et *Seneca* tragico jam ſupra egimus.

§. 4.

§. 4.

C. VALERIUS FLACCUS.

1. Mortuus eſt a. Chriſti 89.

2. Patauium noſtri eſſe patriam, Heinſius et Burmannus valde probabiliter oſtenderunt: reliqua de eo ſunt ignota. In poeſi magnam nominis famam conſequutus eſt, Virgilium et Apollonium, neque raro Apolline non irato, imitatus: cognominatur quoque *Setinus Balbus*.

3. Scripſit *Argonauticorum* libr. VIII. vltimi tamen libri pars tantum exſtat.

4. Quaenam princeps ſit editio, nondum eſt exploratum. Nam *Val. Flacci* poema typis excuſum eſt *Florentiae* ſ. a. apud S. *Iacob de Ripoli* 4. — *Bononiae* autem prodiit primum 1474. fol. per Vgonem Rugerium et Dominum Bertochum, Regienſes. v. *Maittaire* Ann. Typogr. I. pag. 377. de Bononienſi, quae in Catal. Bibl. Ducis de la Valliere, tom. II. pag. 101. princeps cenſetur, vid. *Goetzii* Memorab. Bibl. Dresd. tom. III. p. 130. — tum repet. Bonon. 1494. fol. — *Argonaut. diligenter accurateque emendata etc. Bonon.* per Benedict. Hectoreum, bibliopolam. 1498. fol. Hoc exemplo vſus ſum in editione a me curata — *Florentiae* edita ſunt *Argon.* 1503. 1512. 8. apud Phil. Iuntam, et ibidem, curante *Barthol. Fontio*, qui intemperanter mutauit textum, ſine vlla cod. MSti auctoritate. 1517. 8. — *Argon.* libr. VIII. ab. *Aeg.*

Maſerio

Maſerio recogniti et ſcholiis illuſtrati; *Paris*, typis Io. Badii Aſcenſii, 1517. fol. —

In textu tamen melius conſtituendo princeps factus eſt *Io. Bapt. Pius*, qui primum Bonouiae 1504. exire in lucem iuſſit: *Annotationes priores et poſteriores in Valer. Flaccum;* tum *alteram* editionum claſſem ducens, ex codice peruetuſto Dacico emendatiorem dedit poetam: — *commentarii I. Baptiſta Pio auctore. Cum codicis poetae emendatione, ex antiquo exemplari Dacico; additis libris tribus, qui deſiderabantur, et Orpheo latino. Bononiae*, 1519. fol. Addidit librum IV. Apollonii Rhodii ab ipſo verſum cum commentario, et ſupplementum libri VIII. atque libros IX. et X. — In Aldina edit. in aedibus Aldi et Andreae Aſulani, Venetiis, 1523. 8. verba textus ſunt audacius mutata aut potius corrupta — cum notis *Laur. Balbi*, Lilienſis, Compluti, 1524. 4. —

Tertius ordo enatus eſt ſtudio *Ludou. Carrionis*, de Valerio Flacco bene meriti; qui tamen ſui alioquin egregii codicis bonitate atque auctoritate nimium fretus maiorem audaciam, quam prudentiam adhibuit in corrigendo contextu, Antwerp. apud Chriſtoph. Plantin. 1565. 8. cum ſcholiis. — Idem denuo recognouit textum, nouasque adiecit caſtigationes. ibid. apud eundem, 1566. 8. — Rariſſima edit. eſt cum *Carrionis* et *Iuſti Zinzerlingii* notis. Lugd. 1617. 12. — Cum commentario

Lamp.

Lamp. Alardi, (impudenter iactitans in titulo ſuam operam,) Lipſiae 1630. 8. Acceſſerunt Bulaei et Weitzii obſeruatt. Haec editio, quamquam melioribus, nedum optimis, non accenſenda eſt, tamen a Burmanno plus juſto aequoque eſt vituperata. —

Quarta demum aetate *Valerii Flacci* ſoſpitatores exorti ſunt *Heinſius* ac *Burmannus*. Prior e codd. msstis et ingenii felicitate emendatiorem dedit contextum poetae, ſine notis, Amſtelod. 1680. 12. — tum prodiit Carmen ſic emaculatum, cum *Heinſii* notis curante *P. Burmanno*, Traiecti ad Rhenum, 1701. 12. 1718. 12. — elegantius cum praef. *Burmanni*, ib. 1724. 12. —

Poſtea ipſe *Burmannus* nouam inſtituit textus recenſionem, et ſcriptis tribus editisque libris vſus, edidit *Valerium Flaccum*, cum ſuis adnotatt. notisque Carrionis, Balbi, Zinzerlingii, Bulaei, Gerh. Voſſii, atque Nic. Heinſii integris aliorumque ſelectis, praemiſſo Argonautarum ex Argonauticis aliisque ſcriptoribus catalogo docto diligenterque digeſto. Leidae, 1724. 4. — Neque tamen editionem Bononienſem ſatis diligenter tractauerat Burmannus. Quare ego exemplar, cuius orae variae lectiones e cod. antiquo excerptae fuerant adſcriptae, liberalitate b. Erneſti nactus, *Valerii Flacci Argonaut. libros VIII. cum notis Burmanni integris*, reliquorum autem ſelectis, quibus meas immiſcui, edidi, et

textum

textum ipſum ex Bononienſi exemplo adſcriptisque illi variis lectionibus aliorumque emendationibus recenſui, et in poſterioribus quidem libris frequentius, quam in prioribus, in quibus pariter plura ſanare vulnera debueram, emendare ſtudui. Altenburgi 1781. mai. 8. praemiſſo Burmanniano Argonautarum catalogo. Quae adhuc praeſtare potueram, in praefatione aperte declaraui, et fateor, futuro editori haud pauca adhuc ſupereſſe, cum ad emendandum textum, tum in primis ad interpretationem poetae. Neque vero displicuit opera mea doctiſſimo editori Bipontino, qui *C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon libros VIII, ad optimas editiones collatos, praemiſſa notitia litteraria*, cum indice edidit Biponti 1786. 8. Baſis eſt editio Heinſio-Burmanniana, receptis tamen lectionibus praeſtantioribus a me ex Bononienſi exemplo et cod. vetere notatis aut in textum admiſſis.

5. Quidam Flacci poemate ita ſunt delectati, vt ei ſecundum locum poſt Virgilium darent, quo tamen ille multo inferior eſſe videtur aliis. Haud infelicem certe Maronis imitatorem et poetam egregium fuiſſe Flaccum, negabit nemo, venerum, ingenii, artis et ornatus poetici cenſor intelligens. Inuentio, quamquam hiſtoriam tractans obſcuram, eſt ingenioſa plenaque ſpiritu; comparationes ſunt aptae, notationes variae, atque eleganter dispoſitae, quamuis nondum ſatis perfectae atque expo-

expolitae; dicendi genus eſt nobile et plane poeticum atque elegans. Melior eſt poeta, quam Apollonius Rhodius, quem non vnice quidem, at potiſſimum ſequitur in fabulis aut narrationibus de expeditione illa Argonautarum: aut quam Lucanus; pleniore ſpiritu auit, quam Silius Italicus; et ſtili puritate tque aequabilitate Statium, etiamſi hic norum magnificentia, ſuperat. Multa tamen abet ſingularia, tam in verbis quibusdam, uam in ipſis loquutionibus.

6. *Burmanni* praefatio in hunc auctorem ſt lectu digna. — *Erneſti Fabricii* Biblioth. at. lib. II. cap. 14. vol. II. pag. 250 ſqq. *axii* Onomaſtic. tom. I. pag. 264.

§. 5.

Publius Papinius Statius.

1. Natus eſt a. Ch. 61. mortuus a. 96.

2. Neapolis, vbi pater artem poeticam et ratoriam docuit, primam lucem adſpexit, a atre ipſo, viro graecae et latinae linguae erito, litteris poſtea inſtitutus. Romam dende profectus, ingenii et verſuum elegantia uorem ac gratiam procerum, atque etiam nperatoris Domitiani, quem maxime adulas eſt, ideoque ab illo in certaminibus aliuot poeticis lauream, atque adeo praedium ccepit, ſibi conciliauit. Tandem luxuriam omanam pertaeſus rediit Neapolin, vbi non a multo poſt diem obiit ſupremum.

3. Memoriam ſui conſeruauit in *Thebaidos* libris XII. (in quos commentar. ſcripſit *Placidus Lutatius*, ab aliis *Placidus Lactantius* vocatus; ipſe videtur Boëthio iunior: de quo v. *Fabricium* in B. L. libr. II. cap. 16. ad Statium pag. 333. tom. II.) tum in *Siluarum* libris V. et *Achilleidos* libris II.

4. Principes *Siluarum* editiones v. in Prolegg. §. IV. iam memoratas. — *Siluae. Parmae.* cum Catullo, per Stephanum Corallum. 1473. fol. — *Opera* cum comment. *Placidi Lactantii*, (in Thebaid.) *Franc. Maturantii*, (in Achilleid.) et *Domitii Calderini*. (in Siluas.) Romae. 1475. Ita ex catalogo Hulſiano commemorat hanc editionem cl. *Lengnich*, in Beyträgen etc. part. II. pag. 121. plenam quoque eam eſſe apud *Pannartz* typis expreſſam, ſcribit *Du Bure* Bibliographie instructive; Belles lettres n. 2800. Adde *Pray* in Indice libr. vniu. Bud. tom. II. p. 361. — Ab illa editione differt altera *Romana*, quae aliam habet praefationem et minus plena eſt; atque occurrit in catalogo Hulſiano et in catalogo Bibl. *Pinelli*, vol. II. pag. 375. et alibi, nempe: *Statii ſiluarum libri cum comment. Domitii Calderini*, *Romae*, apud Arnold. Pannartz 1475. mai. 4. ita quoque memoratur ab *Audiffredo* in Catalogo editt. rom. ſaec. XV. pag. 183 ſqq. qui copioſe deſcribit illam, et contra Lairium ac du Bure negat poſteriori huic editioni *Thebaidos* atque

Achil-

Achilleidos libros fuiſſe additos: in eadem ſen-
:entia verſatus eſt *Denis* in Memorabil. Biblioth.
Garell. pag. 215. Prior tamen editio Romana
ı. plena laudatur quoque ab *Orlandio* in: Ori-
gine e progreſſi dell' arte impreſſoria, p. 72.
:t ſine typographi nomine; conf. *Lengni-
hium* et cl. editorem Bipontinum pag. XV. —
Thebaidos libri XII. et Achilleidos l. I.
ſine loci et anni nota, charactere romano;
. Catal. Bibl. Ducis de la Valliere tom. II.
ag. 109. — *Siluarum libri* ſine l. et a. et
ypographi nomine ex romana repetita proba-
iliter Venetiis. v. *Audiffred.* l. m. p. 185. —
iluae et *Achilleis* cum commentario *Io. Bri-
annici.* Venet. 1475. vide *Quirini* epiſtolam
ıbiectam Saxii hiſtor. litt. Mediolan. p. 23. —
hebaidos libri XIII. ex recenſione *Bonini
Iombritii*, (Mediolani circ. a. 1478. v. Ca-
log. bibl. Vallerianae l. m. pag. 110.) —
iluae, cum Catullo, Tib. et Prop. Vincentiae
er Io. Renenſem et Dionys. Bertochum. 1481.
l. — *Opera*, vt in Romana I. *Venetiis*,
83. 1490. 1494. *) 1498. et Brixiae 1485.
l. — *Opera. Venet.* per Iacob. de Paga-
nis. 1490. fol. Romanam exprimit; habet
men quaedam memorabilia. — *Achilleidos*
Gg 2 libri

*) Hanc editionem a. 1494. et aliam Milani a. 1486. memorat cl. *Gemeiner* de libris rarioribus in Bibl. Ratisbonenſi, pag. 223 ſq. adde illuſtriſſ. *Com. de Reviczky* Catal. pag. 92.

libri II. Paris. 1497. 4. Quod omnes editt. huius primae aetatis vel admodum rarae ſunt, vel paucis quondam olim fuerant cognitae, eas memoraſſe haud nefas erit. In reliquis ero breuior. —

Sequitur *aetas II.* quam conſtituit *Aldus*. *Statii Sylu. — Theb. — Achill.* Venetiis in aedibus Aldi. 1502. 8. Addita eſt ab Aldo (in meo tamen exemplo praefixa,) Orthographia et flexus dictionum graec. omnium apud Statium etc. quam a ſe in Epiſtola, ad Marcum Muſurum ſcripta, ſub huius nomine fatetur publicari, quod ille tanti laboris fuerit particeps cum Aldo, et in fine magnam addit verſuum copiam, quos in *Siluis* aliter legendos et ſcribendos cenſet. — repetita eſt maiori diligentia, cum epiſtola *Franc. Aſulani*, Venet. in aedibus Aldi et Andreae ſoceri. 1519. 8. — *Opera. Io. Bernatius ad libros veteres recenſuit et ſcholiis illuſtrauit*, Antwerp. ex officina Plantin. 1595. 8. — repet. ibidem 1595. 12. et Venet. 1599. — cum nouo *Bernatii* commentario in *Siluas*. Antwerp. 1599. 8. ex officin. Plantin. et ſaepius. Reliquae huius aetatis edd. parum noui habent. —

Tertia aetas habuit parentem *Frid. Tiliobrogam*, (Lindenborg,) qui *Statii Opera* recenſuit, collatis MSStis veteribusque exemplaribus, cum *Placidi Lactatii* in *Thebaida* et (primum e cod. vulgato) in *Achilleida* commentario,

nentario, adiecitque variarum lectionum ob-
eruatt. Paris, ex officina Plantin. apud Henric.
'erier. 1600. 4. — rec. Genevae eodem
nno. — *Opera* cum obſeruatt. et cum com-
ıentariis tam veterum, quam recentiorum
ıterpretum. — *Emericus Cruceus* recenſuit
: nouo commentario *Statii ſiluas* illuſtrauit.
aris. 1618. 4. II. voll. Crucei opera ſperni-
ır ab eruditis. De lite inde orta v. *Saxii*
nomaſtic. part. IV. pag. 269. —

Melior, ſaltem eruditior, eſt editio *Ian.*
aſperii Geuartii cum eius libris quinque
ıpinianarum lectionum. Lugd. B. 1616. 8. —
atii ſiluae — et duo *Achill.* cum notis
arginalibus *Thomae Stephens.* Cantabrig.
551. 8. —

Quarta aetate eminuit *Io. Fried. Gronouius,*
ıi *Opera Statii* recenſuit et notis illuſtrauit.
mſtel. 1653. 12. — repet. eodem anno
auent. 8. — *Opp.* cum notis *Franciſci*
uieti, Audini, *Io. Peyaredi*, Aquitani, et
orum: opera *Mich. de Marolles,* cum eius
rſione gallica. Lutet. Paris. 1658. III. voll.
— *Opera* cum operoſo commentario
ıſp. Barthii, ſcholiaſte Lutatio, e codd.
ıendatiore etc. poſt mortem illius a *Chriſt.*
aumio edita. Cygneae 1664. 4. III. voll. —
ım notis variorum ſelectis, Gronouii dia-
be etc. ed. *Io. Veenhuſen.* Lugd. B. 1671. 8.
hei exempli orae adſcripſerat Cortius varias
quot codicum lectiones.) — *Statii Siluarum*

 libri

libri V. ex vetuſtis exemplaribus recenſuit et notas atque emendationes adiecit *Ier. Markland.* Londini 1728. 4. — *Opera* Warringtoniae 1778. II. voll. 12. — *Opera*, ad optimas editiones collata, praemiſſa notitia litteraria Biponti 1785. 8. vbi quoque pag. XXIII. ſqq. verſiones enumerantur.

5. Splendidum, at luxurians in carminibus eſt ingenium: ſtilus magnificus; ſed inconſtans, ſaepe nimium audax et tumidus. In *ſiluis* magis natiuus, quam in reliquis operibus. Icari ſimilis ſumma ſaepe petens Statius, in infimum paene cadit repitque. Quot virtutibus illuminata ſunt carmina; tot paene vitiis obſcurata. Quare cum Virgilio, cuius quidem tumulum ſumma cum veneratione frequens adiit, et quem tamquam exemplum quod imitaretur, ſibi propoſuit, haud comparandus eſt.

6. *Dodwelli* annales Statiani cum annal. Vellei. Oxon. 1698. 8. — *Chriſt. Adam Klotzii* Animaduerſſ. in Statii Thebaida: in Miſcellaneis criticis c. 13. — *Io. Frieder. Gronouii* in P. Papinii Statii ſilvarum libros V diatribe, Hagae Comitum 1637. 8. — C. *Mitſcherlichii*, nouam parantis editionem, animadverss. criticae in Statii Achilleida, ſubiunctae illius Epiſtolae criticae in Apollodorum, Goettingae, 1782. 12. — *Saxii* Onomaſt. I. pag. 273. *Quirinum* de Brixiana litteratura, vol. I. pag. 135 ſqq.

§.

§. 6.

Marcus Valerius Martialis.

1. Ab anno Chr. 40. vsque ad an. 101. a viuis ſuit.

2. Natione Hiſpanus, Bilbili, oppido Celberiae, ortus. Imperante Nerone, iuuenis omam venit atque plurimam operam et dili- entiam ad ſcribenda epigrammata, quibus oſtea ſub Tito, praeſertim Domitiano, inter mnes maxime excelluit, ſuique memoriam adidit poſteritati, grauiter contulit. Quam arus fuerit Domitiano, inde poteſt intelligi, uod ab eo tribunatus honorarii dignitatis equeris, iurisque trium liberorum munere ornatur. Eundem tamen imperatorem, vel pous tyrannum mortuum ſub Nerua et Traiano roſcidit, et amaris epigrammatibus lacerauit. etate grandior in patriam rediit, et Marcelum, quae opulenta erat, in matrimonium uxit. Naturam nactus eſt fautricem, praerea verſutus atque adulator. Catullum, Peonem, aliosque in hoc verſuum fundendoum genere claros ſibi imitandos propoſuit.

3. Scripſit epigrammaton libr. XIV, quius praemittitur de ſpectaculo liber, cuius vero nus auctor Martialis non eſſe videtur; ſed colectio a variis poetis conſcriptorum, a Marale vero editorum ac locupletatorum carinum.

4. Magna eſt editionum copia: ego vero antiquiſſimas, aut meliores aut rariores, et quae parentes aliarum ſactae ſunt, enumerabo. Poſt Maittairium antiquiſſimas recenſet *de Bure* in Bibliographie inſtruct. vol. I. Belles lettres, pag. 365. ſqq. a num. 2813. — Princeps habetur *Veneta*, *Georgio Alexandrino* correctore, per Vindelinum Spirenſem, ſ. a. (circa 1470.) fol. — *Ferrariae*, ſine libro Spectaculorum, ex alio cod. ducta, valde diuerſo. 1471. 4. mai. ſ. min. fol. — *Audiffredo* tamen in Catalogo edd. rom. ſaec. XV. pag. 414 ſq. videtur edit. *Romana*, *Epigram.* libri XV. ſ. a. at ante a. 1471. 4. magno, princeps omnium et hucdum incognita fuiſſe. — Idem deſcribit pag. 128. edit. *Romanam* per Conrad. Schweinheym et Arnold Pannartz. 1473. fol. — *Domitii Calderini Commentarii in M. Valer. Martialem* (ex V. codd. recenſentur epigrammata.) *Romae*, per Io. Gensberg. 1474. fol. v. *Audiffredum* l. m. pag. 156. — repetit. eodem anno bis Venet. primum apud Iacobum de Rubeis, tum per Io. de Colonia. recus. 1475. fol. — cum *Domitii Calderini* comment. eiusque defenſione et recriminatione in calumniatorem (n. Nic. Perottum) commentariorum in Martialem, quos nondum ediderat etc. Venetiis 1480. fol.*) — — Mediolani per Vlricum Scinzenzeller. 1480.

*) Conf. cl. *Gemeiner.* Nachrichten etc. pag. 88 ſqq.

1480. fol. — cum *Domitii Calderini* et *Georgii Merulae* comment. Venet. 1482. 1493. et ſaepius fol — *Nicolai Perotti* Cornu Copiae, eſt commentarius in librum ſpectaculorum, Venet. per Io. de Tridino, alias Tacuinum, 1496. 1501. apud Aldum, 1499. fol. et crebro repetitum.

Non tam noua textus concinnatio eſt, quam ornatior editio *Aldina*, quae *alteram* claſſem duxit, Venet. 1501. 1510 1517. 8. — Florent. apud Phil. Iuntam. 1512. 8. — cura *Othmari Nachtgall*, Argentorati, 1515. 4. in aedib. Io. Knoblauch. — *Xenia et apophoreta*, Erffurd. per Io. Knapp. 1508. 4. min. — *Franc. Syluius* primus reſecuit epigr. obſcoena, Paris, 1514. 1535. 4. — Tum *Conrad Geſnerus Martialem* emendatiorem, at caſtratum, ab omnique verborum obſcoenitate repurgatum, cum *Iac. Mycilli* adnotatt. in Martialem edidit apud Froſchouer, Turici, 1544. 8. — cum *Mycilli* ſcholiis iam prodierant *Mart.* Epigramm. Baſil. apud Heerwagen 1536. 8. — *Mart.* e caſtigatione *Io. Boulierii* ad fidem vetuſtiſſ. librorum. Lugduni 1560. 12. — At in his et reliquis huius aetatis edd. nec noua nec certa recenſio facta fuiſſe videtur. —

Meliorem lucem carminibus adtulit *aetas* III, in quibus primum eminet ſtudium *Adriani Iunii*, e cuius recenſione prodiit *Martialis*, Antwerp. 1566. 8. et 1579. 12. ex Plant. offic. Ille *Iunius* quaedam *Martialis* antea inedita e

cod. msto. vulgauit lib. V. Animaduerss. cap. XVII. — *Mart.* ex fide vetuſtiſſ. exemplarium cum adnott. aliquot virorum. Lugduni, apud Anton. Gryph. 1567 12. — Cum ſcholiis variorum, in primis *Adr. Iunii,* ibid. 1584. —

Plus praeſtitit *Theodor. Pulmannus*, qui *Martialis* Epigramm. poſt Adr. Iunium recognouit, notis ſuis addidit Iunianas et Chriſtoph. Coleri ad quaedam loca caſtigationes. Indicem plenum adiecit *Ioſeph. Langius*, Argentorat. 1595. 12 — Ex *Iani Gruteri* iam adcuratiori ad MSS. Palatinos et edd. vett. recenſione, Francof. 1596. 12. 1602. 12. —

Quartam aetatem auſpicatus eſt *Matthaeus Raderus*, qui *Martialem*, omiſſis obſcoenis, nouis doctisque commentariis illuſtratum edidit Ingolſtad. 1602. fol. 1611. tertium cum commentt. nouo ſtudio confectis ad omnes *Martialis* Epigrammatum libros curis tertiis emendatos etc. Moguntiae, ſumtibus Ioan. Kinckii, bibliopolae Colonienſis. 1627. fol. —

Noua tamen recenſio facta eſt a *Petro Scriuerio*, cuius *Martialis* editio, (hucusque optima, melior tamen eſt exſpectanda,) cum eius, *Gruteri*, *Brodaei*, *Turnebi* etc. notis ex praelo exiit. Lugduni Batauor. 1619. 12. — et poſtea ſaepe, ac quaſi reliquarum, ſaltem plurimarum baſis. — *Farnabii* editio, ad quam ornandam aliquot codd. ille vſus erat, primum Londini, cum notis 1615. 8. et deinceps ſaepiſſime. — Addidit *Schreuelius* Farnabia-

nablanis notas variorum ſelectas, Lugd. B. 1656. 8. 1661. 8. in qua editione acceſſerunt notae *Io. Frid. Gronouii*, non alibi inueniendae, 1670. 8. — Venuſta eſt editio cum paraphraſi et notis variorum, quam in vſum Delphini curauit *Vincentius Colleſſo*, et numismatibus exornauit *Lud. Smids.* Amſtelod. 1701. 8. At ridiculum eſt, quod editio videtur caſtrata, obſcoenis epigrammatibus ſuo loco motis; in calce autem ſeparatim poſitis, et coaceruatis. In quibusdam exemplis deſunt tabulae aeneae. — Epigrammata, Londini, 1716. 12. (edente *Maittaire.*) — Epigrammatum libri ad optimos codices recenſiti, et caſtigati. tom. I. II. *Paris.* 1754. 12. — *ibid.* typis Barbou, cum figg. 1754. II. vol. 12. — *Bipontii*, II. vol. cum adpendice epigramm. Martiali ſiue vere ſiue perperam ſuppoſitorum, et ſubiunctis diuerſorum poetarum in Priapum luſibus, ex edit. a. 1781. ſine l. et impreſſoris nota, praemiſſa notitia literaria. 1784. 8. Epigrammate, quod *Leſſing* in: Vermiſchten Schrifften, tom. I. de Martiale §. 4. primus protulit, auctus eſt numerus. — Epigrammata in Caeſaris Amphitheatrum et venationes, multis in locis emendata illuſtrataque adnotationibus, auctore *Theodore Marcilio*, Lutetiae, 1584. 8. confer Voſſium ad Catullum p. 126. ſq.

5. Poſt Catullum, (de quo vide ſupra ſuo loco,) Epigrammatum ſcriptorum princeps iure habetur. Multum in eius dictis eſt ſalis, face-

facetiarum, ingenii atque acuminis: labe tamen ſaeculi ſui non caret, et interdum nimis acutus eſt. *Plinius*, (lib. 3. ep. 21. vbi v. Gesner et Cortium) iam de eo optime iudicat. Multa quoque habet ſcurrilia atque obſcoena.

6. *Franciſcus Syluius*, et poſtea *Conr. Gesnerus*, *Raderus*, *Vincentius Colleſſo*, etc. quae loca in Martiale parum honeſta neque pudica ſibi videbantur, omiſerunt, huncque auctorem truncatum atque mutilatum ediderunt. At, bone Deus! quamnam vtilitatem religio illa horum virorum nimis ſuperſtitioſa adfert reipublicae litterariae, qui ſi omnia librorum loca, quae aures modeſtas paullulum laedere videantur, velint amputare, ſecent, vrant et ſaeuiant vel in libros ſacros. — *Hadriani Beuerlandi* lection. variae et notae ineditae ad Martialem MSSti, quae memorantur in Nouellis reipubl. litterariae a. 1699. tom. I. pag. 468. poſtea euulgatae ſunt in *Stoſchii* Muſeo critico; part. I. faſcicul. I. no. IV. pag. 48. ſqq. — *R. M. v. G.* (h. e. *Goens*,) Epiſtola critica de locis quibusdam M. Val. Martialis. Traiecti ad Rhenum. 1764. 8. — *Anton de Rooy* Animaduerss. criticae in M. Valerii Martialis Epigramm. libb. XIV. nec non diuerſorum poetarum ſpectacula. Harderuici 1788. med. 8. — *Morin* de Anchialo Martialis XI. ep. 95. in Memoires de l'Acad. royale. Paris. des I. et B. L. vol. II. pag. 343. ſqq. — *M. Georg. Sigismundi Greenii* diſſ. de Anchialo ad Martial.

tial. lib. XI. epigr. 95. Witteberg. 1697. 4. — De verſionibus atque imitationibus v. editorem Bipontin. pag. XXXVII. ſq. quibus addas: *M. Valer. Martialis in einem Auszug; lateiniſch und deutſch aus den poetiſchen Ueberſetzungen verſchiedner Verfaſſer, geſammlet von Karl Wilhelm Ramler.* Leipzig. I. II. part. 1787. 1788. 8. — In *Fueßli Sinngedichten der Deutſchen* (quae collectio etiam habet inſcriptionem: *Allgemeine Blumenleſe der Deutſchen*, pars VI.) Tiguri 1788. 8. ſunt circa LXX. Epigrammata Martialis ab Opitio, Kuh et Ramler quondam verſa. — *Saxii*, V. C. Onomaſt. I. pag. 276. et 579. — De *Perotti* cornu copiae, v. *Goetzii* Memorab. Biblioth. Dresdenae tom. III. pag. 57. ſq. et *Noltenii* Adparat. tom. II. Lexici Antibarbari, pag. 363. ſqq. — De Catullo et Martiale perite iudicant *Leſſing* l. m. et *Vauaſſor* de ludrica dictione cap. VI. pag. 236. edit. Kappii. Lipſ. 1722. 8. — *Ioſeph Rodriguez de Caſtro* in Biblioth. Hiſpanica; Madrit 1786. fol. vol. II.

§. 7.

C. Silius Italicus.

1. Natus eſt a. Chr. 25. vita defunctus a. Ch. 100.

2. Romanus erat; alii eum *Italica*, vrbe in Hiſpania ſita, ortum fuiſſe, indeque *Italicum* dictum, contendunt; alii negant. v. *Suri-*

tam

tam et *Weſſeling.* ad Antonini Itinerarium, pag. 413. ſq. — Orator et poeta ſuo tempore clariſſimus ſummumque magiſtratum ſub Nerone obtinuit. Suadentibus vero amicis, annis grauis Campaniam deceſſit, vbi inedia vitam finiit, ad ſupremum diem beatus et felix. Multum valebat Romae et opibus, et auctoritate. Magnus cultor erat Ciceronis, cuius Tuſculanum poſſederat, et Virgilii, praeſertim poſterioris, cuius diem natalem religioſius, quam ſuum celebrabat. De carminibus illius quid iudicet *Plinius*, v. ep. VII. libr. 3.

3. *Bellum Punicum II.* libris XVII. decantauit.

4. Primum prodiit Romae, vna cum *C. Calpurnio* et *Heſiodo.* 1471. fol. — eodem anno *Romae* ex recognitione *Pomponii* 4. mai. — tum ibid. 1474. et 1480. fol. (vide de his quatuor editt. rom. *Audiffredi* Catal. editt. rom. ſaec. XV. pag. 74. 88. 172. 239. adde *de Bure* Bibliogr. inſtructiv. B. L. tom. I. num. 2792. ſqq. vbi plura vetera recenſentur exemplaria, *Creuennae* catal. tom. III. pag. 230.) — Bonas habet lectiones edit. *Mediolanenſis*, e recognitione *Petri Iuſtini Philelfi*, 1481. fol. apud Anton. Zarothum. — cum commentariis *Petri Marſi*, Venet. 1483. 1492. 1493. fol. Paris 1512. fol. — ex recenſione *Martini Herbipolenſis*, cum argumentis *Hermanni Buſchii.* Lipſiae 1504. fol. — Ab

arte

arte et diligentia critica laudatur edit. *Damiani Beneſſae*, Lugduni, 1514. 8. —

Non tam nouam recenſionem fecit, quam contaminauit et corrupit textum *Ambroſius Nicander*, qui inconſiderate mutauit multa loca in editione Florentina, apud Phil. Iuntam 1515. 8. — repet. Venet. apud *Aldum* et *Andream Aſulanum* (qui verſus dubiae fidei libri octaui a vers. 145 — 225. primus inuexit,) 1523. 8. —

Nouam inſtituerunt recenſionem, ſaltem e codd. peruetuſtis emendarunt feliciter *Ludou. Carrio* in Emendatt. et antiquarum lection. libris Antwerp. 1576. 8. etc. in primis *Franc. Modius* in Nou-antiquis lectionibus Francof. 1584. 8. etc. atque *Daniel. Heinſius*, qui totum Silium ad easdem Modiani membranas recenſuit, in Crepundiis Silianis, additis editioni *Silii*, in qua verſus ſpurii ſunt eiecti, ac legitimi ſubſtituti; Lugd. B. 1600. ex officina Plantin 24.

Altera igitur aetas illorum virorum diligentia eſt orta. Heinſii quidem atque Modii aduerſarius fuit *Claud. Dausqueius*, Sanctomarius, in edit. ſua Paris 1615. 4. (hoc anno ſignatum exemplar fuit in Biblioth. *Pinell.* tom II. pag. 373. alia autem exempla notata ſunt a. 1618. quaſi noua eſſet editio;) enimuero, iudice *Nic. Heinſio*, glandes ſemper ſectatur. — Barthius quoque in Aduerſariis, ope codicis Oxonienſis, multa Silii loca emendare

dare adgreſſus eſt. — Poſtea *Chriſt. Cellarius* a *Fried. Benedicto Carpzouio* nactus *Dan Heinſii* editionem, cui filius illius, Nic. Heinſius, plures *Ioſ. Scaligeri* coniecturas atque emendationes, (quas Cellarius perperam adtribuit Nic. Heinſio,) adſcripſerat, bonam et parabilem curauit editionem, et ſuperiorum criticorum opera vſus, notis et tabulis geographicis ornauit. Lipſiae 1695. 8. —

Nouam adeoque *tertiam* concinnauit recenſionem textus et optimam pleniſſimamque curauit editionem *Arnold. Drackenborch*, cum excerptis ex Franciſci Modii nou-antiquis lectt. et Caſp. Barthii Aduerſariis, tum *Dan. Heinſii* crepundiis Silianis, et poſtumis notis *Nic. Heinſii* nunc primum editis; Traiecti ad Rhenum. 1717. 4. cum figg. aeneis. In praefatione diligenter et accurate agitur de editionibus aut conatibus ſuperiorum criticorum. — Textus *Drackenborchii*, nec tamen vbique, ſeruatus eſt in edit. *Io. Petri Schmid*, qui gloſſarium latinitatis adiecit in eoque notas Heinſii, Drackenborchii, aliorumque retulit. Mitauiae, 1775. 8.

Nouam quaſi *aetatem* auſpicari, et nouam plane recenſionem, (ſi diis placet,) facere tentauit, quibusdam e codicibus atque editionibus feliciter reſtitutis, multis autem corruptis, et adunco naſo ſpreuit merita Heinſii, Drackenborchii et aliorum, *Le-febure de Villebrune* in editione: *C. Silii Italici de B. Punico poema, ad*

ad fidem veterum monumentorum caſtigatum, fragmento, (n. verſibus 34. poſt verſum 27. libri XVI. qui tamen ſunt ex Petrarchae carmine *Africa*.) *auctum. Operis integri editio princeps. Curante Io. Baptiſta Lefebure de Villebrune*, Paris, 1781. 8. Plura vid. de hac edit. in notitia litteraria, editioni Silii *Bipontinae*, 1784. 8. pag. XVII praefixa, cuius editor textum Drackenborch. ſequutus, ſubiecit varias editionis Pariſienſis lectiones. — Idem *Lefebure*, Silii carmen vi et praeſtantia ſuperare Virgilii Aeneida, temere cenſuit; cuius iudicium examinauit *Clement* in Eſſais de Critique ſur la Litterature ancienne, et moderne, tom. I. cap. 1. Amſterdam et Paris 1785. — Nouam Silii editionem parat *Georg. Alexander Rupert*, Rector Gymnaſii Stadenſis, qui promulſidem dedit in progr. quo C. Silii Italici de B. Punico II. libr. I. verss. 1. — 154 varietate lectionis et perpetua adnotatione illuſtrat. Stadae, 1788. 4.

5. Quum arte, quam natura plus valeret, omnia naturae inſtrumenta ad carmen heroicum perficiendum adhibere non potuit. Multa tamen ſunt in illis libris, quae antiquitati hiſtoriaeque haud parum luminis adferant. Notationes morum ſunt aptae et nobiles, ſententiae elegantes et graues, deſcriptiones audaces et bene compoſitae. Sed furor ille poeticus, neruus et color, ipſaque dictio lectorem Virgilii et Homeri

ſublimitati adſuetum non ſatis commouebunt atque pellicient.

6. *Chr. Cellarii* Diſſ. de C. Silio Italico in Diſſ. eius collectis pag. 71. et cum Silio Drackenborchii.

§. 8.

TERENTIANUS MAURUS.

1. Martialis aequalis fuiſſe putatur: eruditi enim in notione eius aetatis diſſentiunt. v. *Saxii* Onom. I. p. 272.

2. Quum ſenex eſſet, ſcripſit de litteris, ſyllabis, pedibus, et metris carmen.

3. Princeps eſt editio, quae cum Auſonio. Mediolani, ed. *Georgio Galbiato*, apud. Vdalr. Scinzenzeler 1497. prodiit — tum edit. a *Nicol. Briſſaeo*, Paris apud Colinaeum, 1531 4. — a *Iac. Petrecino*, Venet. 1533. 8. — cum Mario Victorino. Geneuae 1684. 8. — Eſt quoque inter grammaticae latinae auctores a *Putſchio* collectos. Hanou. 1605. 4. — in Collect. *Piſaurenſi*, Piſauri, 1766. 4.

4. Carmen eſt elegans et multa eruditione refertum.

§. 9.

DECIMUS IUNIUS IUVENALIS.

1. Natus eſt a Chr. 38. mortuus a. 119.

2. Ex Aquino, Volſcorum oppido, ortus ad mediam aetatem declamauit; poſtea vero ingenium, atque maioris forſan gloriae cupi-

ditas

ditas eum ad poeſin, praecipue Satiras conſcribendas abſtraxit a ludo foroque. Nominis tamen fama maxime floruit ſub Hadriano, a quo cum cohorte ad extremam Egypti partem ablegatus eſt. *Dodwellus* quidem in Annal Quinctiliani §. 37. ſqq. *Iuuenalem* principatui Hadriani adſerit; contra cl. *Saxius* in Onomaſt. I. pag. 274. ad Domitiani tempora refert *Iuuenalis* aetatem, quod hic Paridem, hiſtrionem et Pantomimum, Domitiano carum, Satyr. VII. 87. notaſſet.

3. Sedecim *Satyras* conſcripſit.

4. Quod Iuuenalis cum Perſio frequenter edi ſolet, potiores tantum enumerabimus editiones. *Princeps* habetur *Romana*, cum *Perſio*, apud Vdalricum Gallum, ſ. a. (circa 1470. v. *Audiffredi* Catal. editt. rom. ſaec. XV. pag. 39. in cuius exemplo deſunt *Perſii* Satirae) — cum *Perſio*, Brixiae, iubente *Presbytero Petro Villa*. 1473. fol. (v. *Morelli* notam ad Pinelli Catal. voll. II. p. 333. vbi quoque memoratur perrara vtriusque poetae editio absque vlla nota, ſaec. XV. fol) — adde *Quirinum* de Brixiana litteratura vol. I. pag. 127 ſqq. et illuſtriſſimi Com. *de Reviczky* Catal. p. 97. — *Iuuen. et Perſii ſatyrae.* Ferrariae, per Andr. Gallicum. 1474. 4. — *Calderini Domitii* Commentarii in *Iuuenalem* cum defenſione Martialis aduerſus Brotheum (h. e. Perottum) ex recenſione *Calphurnii Brixienſis* absque vlla nota, ſaec. XV. (Vene-

tiis per *Antonium Moretum*) fol. (v. cel. *Morellium* ad Pinelli Catalog. pag. 334 ſq.) — Cum Commentariis *Domitii Calderini.* Brixiae, 1475. *) fol. — cum comment. *Georgii Merulae.* Venet. 1475. fol. — *Iuuenalis Satyrae* cum commentario *Domitii Calderini,* Venet. 1480. fol. et Vicentiae 1480. fol. In hac, quam ipſe habeo, editione, in vltimae paginae fine legitur inſuper: *Domitii Calderini Veronenſis* — in Satyras Iuuen. — editi Romae, quos ibi publice profiteretur — 1474. — *Georgii Merulae Satyrae Iuuenal.* item aduerſus Domitii comment. in Martial. etc. *Taruiſii,* per *Barthol.* de *Confoloneris* 1478. fol. et ſaepius. — *Iuuenalis* per *Leonhard. Pachel* et *Vld. Scinzenzeller.* Mediolani 1483. 1491. fol. — *Iuuen.* cum comm. *Domitii Calderini* et *Ge. Vallae* ib. 1492. fol. — 1494. fol. (v. *Lengnich* Nachrichten. I. p. 120.) — et Anton. Mancinelli nec non Merulae comment. auct. Venet. 1498. (v. *Gemeiner* loco in infima ora memorato.) — Prius tamen *Iuuen.* cum ſolo *Georg. Vallae* commentario prodiit Venet. per Mag. Anton. de Strata, Cremonenſem, 1486. fol. quam editionem habeo, nec ab aliis memoratam vidi. —

Altera

*) Cl. *Gemeiner* in Nachrichten etc. pag. 257. Iuuenalem, ſcribit, cum Calderini commentario primum prodiiſſe Romae 1474. principem autem Iuuen. Satir. editionem eſſe *Romanam,* 1469. cum Laire in Specimine, p. 135. arbitratur.

Altera aetas ducitur ab edit. *Veneta* cum commentar. Io. Britannici. 1499. fol. — repet. cum ſcholiis veterum. Brixiae, 1501. fol. et ſaepius — *Iuuenal.* et *Perſii* Satyrae. Venet. apud *Aldum.* 1501. 8. bis eod. anno cum diſcrimine quodam. v. cl. *Morellium* ad Pinelli Biblioth. II. p. 335 ſqq. vbi quoque memoratur exemplar ex edit. *Aldina* absque vlla nota, ſaec. XVI. 8. adde *Solgeri* Catal. Bibl. tom. III. p. 278. nr. 1833. — *Iuuen.* adnotatt. et marginalibus MSS. ab anonymo quondam vetere ornatus. Lipſiae emendat. diligentia *Baccalarii Martini Herbipolenſis*, 1504. fol. — *Iuuen.* et *Perſius* e recognit. *Mariani Tuccii*, Florent. 1513. 8. — *Iuuen.* per *Io. Knoblauch.* Argentin. 1518. 4. — *Iuuen.* Venet. in aedibus *Aldin.* 1535. 8. — Paris, apud Robert. Stephan. 1544. 8. cum ſcholiis antiquis —

De *Iuuenale* bene meruit *Theodor. Pulmannus*, qui tres codices ad textum emendandum adhibuit notasque *Hadr. Iunii* in margine poſuit, Antwerpiae apud Plantinum 1566. 8. — cum *Perſio* et cum *Theodor. Pulmanni* adnott. ibidem 1585. 24. —

Poſt Pulmannum et Iunium praeclarus extitit Iuuenalis ac Perſii medicus *P. Pithoeus*, *tertiam* aetatem condens, qui ex antiquiſſimo codice Budenſi ſanauit vulnera, et commentarium in *Iuuenalem* ex vetuſto exemplari in lucem protulit, ediditque *Perſii* Satyr. libr. I. *Iuuenalis* librr. V. et *Sulpiciae* Satyram I. cum notis.

Lutetiae apud Mamert. Pattiſſonum. 1585. 8. — recus. (quibusdam tamen mutatis,) Heidelbergae (Genevae) 1590. 8. v. editorem Bipontinum pag. XXXII. — *Iuuenal. Satyrae.* lib. V. ex duobus MSS. exemplaribus et vetuſtiſſimo commentario plus quam ducentis locis correcti. Praeter ea *A. Fl. Perſii Flacci* Satyr. liber vnus cum analyſi et commentariis *Eilhardi Lubini.* Hanou. typis Wechel. 1603. 4. — rec. ib. 1619. 8. — *Iuuen.* cum veteris ſcholiaſtae et *Io. Britannici* commentariis; acceſſerunt Pithoei, Caelii Secundi Curionis et Theod. Pulmanni notae, item *Sulpiciae* Satyra. Lutetiae. Cl. Morellus 1603. 1613. 4. — De editione *Bernardi Autumni*, v. ſupra in recenſione editionum *Perſii.* — Praeſtans eſt edit. *Iuuen.* cura *Nicol. Rigaltii*, cum eiusdem de Satyra Iuuenalis diſſertat. Paris. ex offic. Rob. Stephani. — repet. noua edit. et notis Rigaltii ad calcem ſubiectis, adduntur aliquot notae repetitae lectiones: inſunt nonnullae codd. MSSt. variae lectiones, cum *Sulpiciae* Satyra. Paris 1616. 4. apud Rob. Stephanum. (v. *Pinelli* Biblioth. II. pag. 328. nr. 4597.) — *Iuuen.* cum comment. *Ioſ. Grangaei* (boni doctique interpretis,) *Bern. Autumni* et *Dom. Calderini* Pariſiis, 1614. 4. — *Iuuen.* et *Perſius.* Paris. e typogr. regia. 1644. fol. —

Ope Cl. Salmaſii, duos codd. ſuppeditantis, et veterem interpretem, multis in locis ſua manu emendatum, vltro offerentis *Cornelius*

Schre-

Schreuelius emendatiorem Iuuenalis textum euulgare inſtituit: *Iuuen. et Perſii Satyrae cum veter. Scholiaſtis et variorum commentariis accurante Cornelio Schreuelio* (qui aetatem *quartam* conſtituit,) Lugd. Batau. 1648. 8. quae editio ſaepe repetita eſt: — praeſtat tamen edit. a. 1684. Amſtelod. apud I. H. Wettſlen. quia *I. G. Graeuii* et *Ferrarii* notae et ad textum hinc inde emendatum, et ad ſcholia adceſſerunt. At enim vetus Pithoei ſcholiaſtes non integer eſt, et Pithoei adnott. ſunt neglectae.

Pleniſſima, at minus commoda, eſt editio: *Iuuen. ſatyrae, ſcholiis veterum et fere omnium eruditorum, qui ex profeſſo in eas ſcripſerunt, commentariis tam antea vulgatis, quam nouis — — Omnia ſigillatim recenſuit, concinnauit, et ſua illis ſpecilegia adiecit Henric. Chriſtian. Henninius*, (Prof. in Vniuerſit. Duisburg.) Vltraiecti. 1685 4. Textum Schreuelianum et poetae et ſcholiorum veterum expreſſit. — Nouum tantum titulum, et *Perſium* Caſaubonianum adnexum et ex edit. Londin. 1647. recens. recuſum accepit edit. Henniniana Lugd. B. apud Petrum van der Aa, 1695. 4. ita vt nihil differat ab editione priore a. 1685. additis tantum lucri cauſa aliquot laminarum ahenearum picturis. — ad vſum Delphini, Paris. 1684. 4. — rep. at ſplendidiore habitu, Dublin. 1734. 4. — *Iuu.* et *Perſ.* Amſtelod. apud Wetſtein. 1735. 24. — Londini.

Brindley. 1744. 16. — Paris: Couſtelier. 1746. 12. — cum chreſtomathiis *I. P. Milleri*, Berol. 1749. 8. — Glasguae 1750. 12. — Cantabrig. Sandby. 1763. cum figg. 8. max. etc.

Iuuenalis ſuum adhuc exſpectat Aeſculapium, qui cum contextum, collatis exemplaribus, a reliquis vulneribus liberet, tum in primis ſobrium iudicium, copiam litterarum antiquarum et hiſtoriae, ſenſum pulcri rectique et ſolertiam adferat ad legitimam rectamque poetae explicationem: neque vero facilis atque vno quaſi profligandus ictu labor eſt. — *Satyres de Juvenal* traduites par Ms. *Duſaulx* ed. II. Paris 1782. cum commentario de latinis ſatyricis. — *Die Satyren des Decim. Iun. Iuuenalis* in einer erklärenden Ueberſetzung. Nebſt einem Fragment von der Satyre der *Sulpicia*. Berolini et Lipſiae, 1777. 8. — *Iuuenal* überſetzt, und mit Anmerkungen für Ungelehrte verſehen von D. *C. F. Bahrdt*. Halae et Deſſau 1781. 8. — *Iuuenals* und *Sulpicia's* ſämmtliche Satyren, nebſt beyder Leben und Summarien nach dem beigefügten Henniniſchen Text, in Verſe überſetzt, und mit Anmerkungen begleitet von *Friedr. Gottfried Abel*. Lemgo 1785. 8. — Adde notitiam litterar. praemiſſam editioni Perſii, Iuuenalis, Sulpitiae etc. *Bipontinae*, 1785. 8. — cl. *Lengnich* Beiträge II. p. 133. de edit. Henninii atque edit. Iuuen. et Perſii Gryphiana. Lugduni, 1538. 8.

5. Iu-

5. Iuuenalis diligentia ſatyra ad ſummam paene perfectionem veniſſe videtur. Vehementia, vi atque ingenio, cenſentibus quibusdam criticis, a quibus alii iure diſcedunt, praecipue ſi oeconomiam ſpectes, praeſtat Horatio in Satyris: grauitate autem, perſpicuitate et grato ornatu Perſio. At enim genus ſcribendi Horatianum eſt vberius et elegantius. Horatius leniter et ridendo verum dicit, et vrbanitate ſermonis mitigat acrimoniam, condit ſales ac lepide delectat. Iuuenalis contra aeui ſui ac ſingulorum hominum vitia perſtringit, fremit et cum vehementia animi atque orationis inſurgit indignabundus. At maiorem ſubtilitatem atque campum ampliorem requirit vtriusque poetae comparatio. Stilus Iuuenalis eſt purus, ſaepe luxurians atque obſcoenus. Non ſolum poeta delectat oratione ſale felleque condita: ſed etiam mores corrigit prauos et docet lectorem. —

6. In Biographia claſſica et in *Gerberi* diſput. de artis poeticae apud Romanos ortu et progreſſu (Ien. 1754.) eleganter comparantur Iuuenalis et Horatii Satyrae; et *L. Cruſius* in libro: the lives of the Roman poets, Iuuenalem bene defendit a licentiae libidinisque coniiciandi crimine. *A. du Chesne* notae ad Iuuenalis et Perſii ſatyras, gallice. Paris 1617. 8. — *Io. Chriſtian Iahn* progrr. nonnullae variae Iuuenalis lectiones. Culmbaci, 1780. sqq. — *M. Vlr. Sebaſtian. Beckii* obſſ. philologi-

logicae in Satyras Iuuenalis duas priores. Altorf. 1732. 4. — *Heinſius* de Satyra Horat. pag. 59. ſq. — *Io. Anton. Vulpius* de Satyrae latinae natura et ratione eiusque ſcriptoribus — eiusdem paraphraſis et comm. in X. Sat. *Iuuenal.* Patau. 1744. 8. — *Burgeſs* edidit Londini 1788. in 8. *Tractatus varios latinos:* (vide ſupra, ad *Tacitum*, §. 19.) in his Rigaltii diſſ. de ſatyra X. Iuuenalis, et indicem MSS. editionum et variarum lectionum Iuuenalis.

§. 10.

SULPITIA.

1. Imperante Domitiano floruit.

2. Nobilis Romana matrona, quam amor fidesque in maritum Calenum non minus, quam doctrina, amor poeſeos, elegantia leposque ingenii commendarunt.

3. Supereſt *Satyra de corrupto ſtatu reipubl. temporibus Domitiani.*

4. Primum edita eſt cum Auſonio a *Thaddaeo Vgoleto.* Venet. 1499. vel 1500. 4. — Comparet plerumque inter Iuuenalem et alios poetas: — elegantiſſime autem inter poetas latinos a *P. Burmanno* adornatos. Leidae 1781. 4. in altero vol. pag. 408. ſqq. et in *Wernsdorfii* Poet. latin. min. tom. III. p. 83. ſq. coll. Prolegom. pag. LX. ſqq. Separatim, in vſum ſcholae, *Sulpiciae ſatyram* excudi fecit *Schwarzius*, Altorf. 1721. 8. eiusque com-

commentarium in illam, manu exaratum, in ſcriniis meis ſeruo.

5. Ab elegantia, ſtili dexteritate et numerorum compoſitione laudatur hoc poema.

6. v. *Barth.* Aduerſar. lib. XXVIII. c. 13. *Brouckhus.* ad Tibul. IV. 12. Epiſtolae *Richterianae* in Mantiſſa Epiſtolarum ep. V. p. 769.

7. De *Veſtritio Spurinna* vide meam Introductionem in notit. litteraturae roman. II. pag. 476. ſq. et celeber. *Wernsdorf* in poetis latin. minor. tom. III. p. 325. ſqq. ac tom. IV. pag. 840. ſqq.

CAPUT

CAPUT VII.

DE VEGETA LATINAE LINGUAE SENECTUTE

AB OBITU TRAIANI USQUE AD PRINCIPATUM HONORII IMPERATORIS ET ROMAM A GOTHIS EXPUGNATAM.

Ad ſenectutem, linguae latinae aetas delabitur omnemque florem, vim roburque ſenſim amittere atque exſpirare coepit. Fuerunt quidem ſplendentia huius aetatis decora, quae litteris iuſtum ſtatuerent pretium priſtinamque dicendi gloriam ſuſtinere et recuperare vehementer ſtuderent; nec pauci Imperatores fuerunt litterarum ſoſpitatores: ſed inteſtina bella, confluxus hominum, qui ex aliis prouinciis cum imperatoribus peregrinis Romam veniebant, inquinateque loquebantur, ſuperſtitio, neglectus praemiorum, quibus homines maxime ſolent excitari ad omnes labores exantlandos, inſolentia nouandorum vocabulorum, perſequutio et furor exſtirpandae religionis chriſtianae, multaeque aliae cauſſae retardarunt adoleſcentes, praeſertim chriſtianos, a ſtudiis litterarum atque linguae latinae rite colendis. Multa verba mutabantur in prouinciis, quae *gentilia* adpellabantur. vid. *Weſſeling* ad itinerarium Hiero-

Hieroſolymitanum, p. 585. in veteribus Romanorum itineribus. Barbarorum denique irruptio et imperii vaſtatio peſtem vltimam atque interitum linguae adtulerunt.

§. 1.

CALPURNIUS FLACCUS.

1. Sub Hadriano et Antonino Pio Imperatoribus vixit.

2. Rhetor Romanus.

3. Superſunt LI. excerptae rhetorum minorum declamationes.

4. *P. Pithoeus* primus eas in vulgum edidit, Quinctiliani minoribus declamationibus ſubiectas. Paris. 1580. 8. Poſt plures cum Quinctiliani declamationibus editiones; etiam nouiſſime *Burmannus* notis ſuis atque aliorum in tomo II. ſui Quinctiliani eas illuſtrauit.

5. Parum in illis ineſt eloquentiae, multo minus elegantiae.

§. 2.

IUSTINUS FRONTINUS.

1. Sub Antoninis vixit. v. *Saxii* Onomaſt. I. p. 309.

2. In quibusdam codicibus manuſcriptis vocatur *M. Iunianus Iuſtinus.* Trogi Pompeii, qui ſub imperatore Auguſto vixerat, hiſtoriam Philippicam ſiue Macedonicam in compendium redegit.

3. In-

3. Inſcribuntur autem illa excerpta: *hiſtoriarum Philippicarum et totius mundi originum et terrae ſitus ex Trogo Pompeio excerptarum, libri XLIV. a Nino ad Caeſarem Auguſtum.*

Cum *Floro* ſaepius editus eſt *Iuſtinus.* v. ſupra cap. VI. §. 22. — *Principem* fuiſſe editionem ſ. l. et anni nota litteris rotundae formae elegantibus multisque ſcripturae compendiis expreſſam et in Bibl. Manhemenſi ſeruatam, pronuntiat doctiſſ. editor Bipontinus in indice editionum *Iuſtini*, pag. XI. — Quondam princeps habebatur edit. *Romana* per Vdalr. Gallum, ſ. anni nota, 4. mai. ſiue fol. min. (circa ann. 1470. v. *Audiffredi* Catal. edition. roman. pag. 61. qui anno 1471. illam adſignat.) — Venet. 1470. 4. per *Ienſon.* — repet. *Mediolani* per Anton. Zarothum. 1474. — cum Floro, *Romae*, (ex alio codice,) apud Schweynheim et Pannarz. 1472. fol. — *Iuſtin.* per *Chriſtoph. Waldarfer*, (e cod. perbono,) Mediolan. 1476. fol. — ſine loco, anno et typographi nomine (Brixiae, circ. a 1480.) F. v. *Com. de Reviczky* Catal. bibl. p. 120. —

Exeunte ſaeculo XV. primus critica ratione contextum *Iuſtini* recenſuit *M. Anton.* (*Coccius*) *Sabellicus*, cuius primae editt. in Italica ſ. a. praelo exierunt. (v. editor. Bipont. l. m. p. XIII. ſqq.) — Ab *Auguſtino Bechario*, Mortarienſi, Venet. 1510. 8. —

Nouam

Nouam claſſem (II) duxit atque ex libris ſcriptis editisque et de ingenio paſſim textum vulgatum mutauit *Andr. Aſulanus*, cum *Aemilio Probo*. (i. e. Cornelio Nepote,) *Venet.* in aedibus Aldi 1522. — repet. *Florent.* in officina Iuntarum, 1525. — Antea *Vindobon.* cum indice *Camertis* curante *Vdalrico Fabri*, Thornburgenſi, prodiit *Iuſtin.* 1517. 4. (v. *Denis* Wiens Buchdruckergeſchichte pag. 165. ſq.) — ex caſtigatione *Georgii Maioris*, (edd. et codice vſi,) cum praefat. Philip. Melanchthonis. Hagenoae, 1526. 4. 1533. 4. Colon. 1533. 8. 1549. 4. — cum *Sithardi*, (qui Iuſtinum primum ediderat Baſil. 1526. 8. apud Cratandrum.) caſtigatt. et adnotatt. *Maioris*. Colon. 1549. 8. —

Miſſis exemplaribus *Gryphianis* ad *quartam*, eamque feliciorem, progredior aetatem. *Iuſtin.* ex emendatione *Iac. Bongarſii*, (qui ſex contulit codices, multaque in textu bene, quaedam peius mutauit:) cum eiusd. notis ac varr. lection. et tabulis chronologicis. Paris apud Duval. 1581. 8. — Feliciter ſucceſſit *Franciſcus Modius*, qui Bongarſianam recenſionem recognouit, et ad MSS. item librorum, Fuldenſium maxime, fidem ex integro emaculauit, et ſuas Bongarſiique notas adiecit. Francof. apud. Io. Wechel. 1587. 12. — repet. ibid. 1591. 12. 1616. 12. — Vtilis et critica eſt editio a *Matth. Berneggero* curata ſecundum Bongarſio-Modianam recenſionem,

cum

cum Modii, Bongarſii, Strigelii, Freinshemiique notis. Argentorati. 1631. 8. — auctis notis ibidem. 1653. 8. 1662. 1666. 8. — cum notis criticis et hiſtoricis *Is. Voſſii.* Lugd. Batau. apud Elzeuir. 1640. 12. et aliquoties deinceps —

Io. Georg. Graeuius quintam aetatem firmans, primum Aldinam lectionem reduxit, ſaepius reſecta Bongarſiana, et cum notis ſuis edidit *Iuſtinum*, Vltraiecti. 1668. et 1669. 12. et ſaepius. — poſtea iterum maiore cum diligentia, collatis pluribus editt. curauit editionem cum variis ſuisque notis. Lugd. Bat. 1683. 8. 1701. 8. — e recenſione et cum notis *Io. Vorſtii* et indice Freinshemii auctiori. Berolini, 1673. 8. — cum notis *Io. Schefferi*, Vpſaliae, 1678. 8. et Hamburgi eod. anno. 8. — Inter *Oxonienſes* eminet edit. *Thomae Hearne*, e theatro Sheldon. 1705. 8. — Emendata et variis lectionibus auctior, Amſtelod. apud Ianſonio-Waesbergios. 1706. 16.

Pleniorem editionem cum notis variorum ſuisque curauit *Abraham Gronou.* Lugd. Bat. apud Theod. Haak. 1719. mai. 8. — at *idem* poſtea iterum recenſuit contextum et edidit multo emendatiorem, notas multum auxit et in praefatione longe curatius diſſeruit de ſubſidiis librisque tam ſcriptis quam editis. Lugduni Bat. apud Luchtmannios. 1760. 8. — Ex recenſione *I. G. Graeuii*, cum eiusdem et I. Fr. Gronouii animaduerss. Additus eſt praeter

prologos Hiſtor. Phil. Trogi, Iac Bongarſii libellus varr lectt. cum epiſtola Sigism. Friedr. Dreſigii ſuper locis quibusdam Iuſtineis; curante *Ioanne Friederico Fiſchero*, (qui in praefatione de editionibus priſcis docte diſſerit.) Lipſiae, 1757. 8. — Nitidae ſunt editiones *Michaelis Maittaire.* Londini apud Tonſon et Watts. 1713. 8. — *Nicol. Bailey*, latine et anglice. Londini, 1732. 8. — Paris apud *Ioan. Barbou*, 1770. 12. — Germanice vertit et notas ſubiecit cl. Ioan. *Fried. Oſtertag.* Francof. ad Moenum, 1781. 8. Nouiſſima editio eſt *Bipontina*, praemiſſa notitia literaria, et ſubiunctis Prologis in Trogi Hiſtoriam atque Iac. Bongarſii Exceptionibus chronologicis. 1784. 8.

5. Stilo vſus eſt *Iuſtinus* vltra aeuum ſuum eleganti, meliore ac puriore, quam Florus, ita vt Trogi ſui verba in plurimis retinuiſſe videatur. Veritatem interdum deſiderabis, ſiue Trogi, ſiue Iuſtini culpa id factum ſit.

6. *Molleri* diſſ. de Iuſtino. Altorf. 1684. — *Io. Chriſtoph Gattereri* docta commentatio: *Von dem Plan des Trogus und ſeines Abkürzers des Iuſtins*, eſt in: *Allgemeine hiſtoriſche Bibliothek* vol. III. p. 18. ſqq. Halae 1767. 8. — De Trogo Pompeio vide *Longchamp* in: *Entwurf einer Gelehrten-Geſchichte Frankreichs — aus dem Franzöſiſchen überſetzt* — I. vol. Halae Sax. 1770. pag. 53 ſqq.

Erneſti Fabric. Bibl. lat. libro III. cap. III. tom. III. p. 58 ſqq.

§. 3.

Lucius Apuleius. *)

1. Circiter a. Ch. 160. floruit, et a. Ch. 173. coram Claudio Maximo, Africae Proconſule, Magiae cauſam egit. v. cl. *Saxii* Onomaſt. I. p. 323.

2. Fuit patria Madaurenſis ex Africa, illuſtri genere natus. Vixit Carthagine, (vbi educabatur,) Athenis, Romae, vbi improbo labore ſuoque Marte linguam latinam arripuit, ac litteras et manſuetiores et ſeueras reconditasque, praeſertim philoſophiam Platonicam, ſummo cum ſtudio ac diligentia ſibi reddidit cognitas. Litterarum amore incenſus iter ſuſcepit, et myſteria ſacerdotum variarumque religionum ſacra, quorum multis in Graecia initiatus fuit, cognita ſibi reddere ſtuduit. In patriam redux, patris munus duumuiratum nactus, magiae, cuius etiam poſtea adcuſabatur, et ſacrorum optime gnarus, Carthagine, vbi ſummo cum plauſu docuit, ſacerdotium ſuſcepit in magnoque honore vbique habitus eſt

in

*) *Appuleium*, non *Apuleium*, ſcribendum eſſe oſtendit *Crenius* in Animaduerss. philol. part. XI ſub initium. adde *Oudendorpii* notam primam ad *Appuleii* Metamorph. pag. I. ac duplici *p* nomen in illa editione perpetuo eſt exaratum.

in foro cum laude verſabatur. Fuit orator et philoſophus ſuo tempore celeberrimus: et in Africa hinc inde ſtatuae in honorem illius ponebantur.

3. Multa graece et latine, multa oratione ſoluta et ligata commentatus eſt, quorum vero magna pars periit. Superſunt: De habitudine doctrinarum et natiuitate Platonis philoſophi, lib. III. De Deo Socratis liber vnus; de mundo liber ſingularis. Hermetis Triſmegiſti de natura Deorum ad Aſclepium allocuta, Apuleio interprete: (quae vero interpretatio male adtribuitur Apuleio.) Metamorphoſeon ſ. fabularum Mileſiarum de aſino libri XI.; in quibus ineptiae Magorum, ſacerdotum flagitia, furum cateruae etc. ſatirice perſtringuntur; de cuius libri argumento v. *Fabricii* B. L. tom. III. pag. 30 ſq. *Aureus* a recentioribus propter ingenioſam et iucundam inuentionem vocabatur *aſinus*. Apologia ſ. oratio de magia pro ſe apud Claudium Maximum, P. C. Florida ſ. orationum ſuarum excerpta. Ἀνεχόμενος vero aut ex Menandro de ponderibus et menſuris ac ſignis cuiusdam ponderis liber, et liber de herbis ſ. de nominibus ac virtutibus herbarum; et Ratio Sphaerae Pythagoricae, valde recteque dubitatur, num Apuleium habeant auctorem. vid. *Erneſti Fabricii* B. L. III. pag. 41 ſqq.

4. *Apuleii* opera, Romae 1469. fol. Non Beſſarionem, vt Maittarius aliique putarunt,

runt, ſed Io. Andream, epiſcopum Alerienſem, fuiſſe editorem, docuit *Hamberger* in: zuverläſsig. Nachricht. etc. tom. II. p. 342 ſqq.*) in primis v. Illuſtriſſ. *Com. de Reviczky* Biblioth. pag. 118 ſq. et *Audiffred.* Catal. edit. rom. p. 17. ſqq. et p. 102. de ed. *Romana.* 1472. fol. — Repetita eſt illa editio Vincent. per Henr. de S. Vrſo 1488. fol. — Venet. 1483. et per Phil. Pinz 1493. fol. et Mediolani per Leon. Pachel 1497. fol. — Primus critica ratione conſtituit alteram aetatem et tractauit libros Metamorphoſeon *Philippus Beroaldus,* de cuius commentariis paullo poſt agemus. — *Apuleii Opp.* curante *Mariano Tuccio,* Florentiae apud Iuntam. 1512. 8. —

Nouam operam contulit, et aetatem *tertiam* conſtituit *Franciſc. Aſulanus*, qui praecipue *librum de mundo* ad fidem cod. antiquiſſimi reſtituit, et Iſagogicum librum Platonicae philoſophiae per Alcinoum philoſophum graece ſubiecit, *Venet.* in aedibus Aldi et Andreae ſoceri. 1521. 8. —

Opera. cum varr. lectionibus in margine poſitis, praemiſſa epiſtola *Albani Torini,* ſcripta Baſileae Cal. Ian. 1533. *Baſileae,* excud. Henricus Petrus, ſ. a. in 8. — *Opera.* in primis vero de aſino aureo libri XI. cum eruditiſſimis *Phil. Beroaldi* commentariis et *Gode-*

*) Adde *Bandini* Catal. codicum latin. Mediceorum, tom. II. pag. 655.

Godeſcalci Stewechii in *L. Apuleii Opera* omnia, quaeſtionibus et coniecturis, nec non aliorum doctiſſ. virorum in eumdem emendationibus. Demum totus Apuleius ab innumeris mendis non ſolum vindicatus, verum etiam cum vetuſtiſſ. codicibus collatus, notis marginalibus lucidior eſt redditus. *Baſileae*, per Sebaſtian. Henric. Petri. ſ. a. cum epiſtola dedicatoria *Marci Hopperi*, ſcripta 1560. 8. (cuius editionis exemplar habeo, cui pars III. deeſt.) — repet. ibid. 1597. 8. et 1620. 8. III. partt. occurrit in hac edit. etiam *Aſclepius* et liber de medicaminibus herbarum. —

Quartam aetatem condidit *Petrus Coluius*, codice vſus et edd. priſcas conferens; *Apuleii — Opera emendata et aucta, cura Petri Coluii*, Brugenſis, cum eiusdem ad omnia vberioribus notis. Acceſſit nunc primum inter alia lib. περὶ ἑρμηνείας ex Bibl. *Frid. Nanſii.* Lugd. Bat. ex offic. Plantin. apud. Frid. Rapheling. 1588. 8. — Ex *Bonau. Vulcanii* recenſione, apud Raphelengium 1594. 12. Amſterdam. 1628. 12. — *Opp. Io. a Wower* ad veterum librorum fidem recenſuit, infinitis locis emendauit, nonnullis auxit. (Hamburgi) e bibliopolio Frobeniano. 1606. 12. — Wowerium acerbius perſtringit *Caſp. Scioppius* in Symbolis Criticis, primum Auguſtae Vindel. 1605. 12. editis, tum Lugd. Bat. 1644. Amſterd. 1664. 8. rec. in edit. *Apuleii* cum Beroaldi comm. in Metamorph. *Is. Caſauboni*

ſcholiis in Apologiam, *Io. Pyrrhi* variis lection. *Fr. Roaldi* et *Iani Gruteri* ſuſpicionibus. Lugduni 1614. 8. —

Quinta aetas ortum ducit ab editione *Geverharti Elmenhorſtii*, qui *Apuleii Opp. ex MStis, et vett. codd. recenſuit, librumque emendationum et indices adiecit.* Francof. in offic. Wecheliana. 1621. 8. Habeo exemplar, quod Cortius cum VI. MSS. ſedulo contulit. Elmenhorſt autem multis locis notas Lindenbrogii margini ab illo collationis MSStorum Florentinorum adſcriptas pro ſuis venditauit. — E recenſione *Petri Scriuerii*, Lugd. Batau. 1624. 12. Eſt bona editio. Atque *Scriuer.* in Epiſtola ad Th. Canterum, in *Antonii Matthaei* ſylloge Epiſtolar. p. 81. iudicat, in Vulcanii editione nihil boni eſſe praeſtitum. Adde *Pontani* Epiſtol. ad Scriuerium, ibid. p. 269. ſq. — *Opera omnia* — ad *Bonauenturae Vulcanii*, *Petri Colvii*, ac aliorum editiones recognita et emendata. Ex officina Plantin. Rapheling. 1660. 12. Typographus in praeſ. gloriatur, ſe dare Apuleium nouum, aut renatum verius, et editionem prioribus plane diſſimilem. — *Opp.* in vſum Delphini cum interpretatione et notis *Iul. Floridi*. Paris. 1688. II. voll. 4. — cum variis lectionibus Colvii, Stewechii, Brantii, Puteani et Elmenhorſt. Altenburg. 1778. II. voll. 12.

Nouam operum recenſionem inſtituerat *Franciſcus Oudendorp*, ſed morte illo abſumto,

Meta-

Metamorphoſ. tantum edidit *Ruhnken* V. C. de qua editione paullo poſt agemus. —

Separatim autem libri ſinguli lucem viderunt: Commentarii a *Philippo Beroaldo* conditi in *aſinum aureum Lucii Apuleii*, Bonon. 1500. et Venet. 1501. fol. — Lutet. expenſis Lud. Homken et Gottfr. Hittorp per M. Io. Philippum. 1512. — *Metamorphoſes* ex Woweri rec. cum annotationibus *Io. Pricaei*, Goudae 1650. 8. Meo exemplo Cortius adſcripſit. V. L. trium quatuorue codd. alii exemplari idem adleuit lectiones cod. Dorvilliani. Apologiam *Iſ. Caſaubonus* recenſuit 1594. 4. et *Scipio Gentilis* cum Meurſii caſtigationibus, Hanou. 1607. 8. — *Apologia*, recognita, et nonnullis notis ac obſeruatt. illuſtrata a *Io. Pricaeo* etc. Paris 1635 4.

Epitome de mundo, ſeu coſmographia ductu *Conr. Celtis.* Meminingen, 1494. fol. — Liber de Deo Socratis e recenſione *Ioſ. Merceri*, Lutet. 1625. 12. — — *Floridorum* libr. IV.; de dogmate Platonis liber vnus; de philoſophia liber vnus — (editore *Nicol. Gerbelio*) Argent. 1516. 4. — Herbarium *Apuleii* Platonici ad Marc. Agrippam, *Romae*, apud Io. Philipp. de Lignamine. 4. ſ. a. (circa 1480 — 1483) v. *Audiffredi* Catal. edition. rom. ſaec. XV. pag. 381 ſq. adde de libro et editione ſequente *Stolle* in: Nachricht von den Büchern, von deren Urhebern in der Stolliſchen Bibliothek. vol. II. pag. 408. ſqq. Liber

de herbis ſiue de herbarum virtutibus, vere aurea et ſalutaris hiſtoria — in volumine de re medica et cura *Albani Torini.* Baſil. Andr. Cratandr. 1528. fol. — idem liber, cum *Galeno* de Plenitudine, interprete *Io. Guinterio.* Paris. 1528. fol. Huius editionis, a Baſileenſi mire diuerſae, auctor *Ioan. Philipp. de Lignamine*, eques Siculus, fuiſſe dicitur: adeoque ed. romanae exemplum videtur. — de medicaminibus herbarum liber I. cum commentar. Gabr. Hummelbergii: additus eſt libro Anton. Muſae ſuppoſititio de herba betonica, Tiguri. 1537. 4. idem liber; inter medicos latinos antiquos. Venetiis apud Aldum 1547. fol. — Recentiſſima eſt editio: Parabilium medicamentorum ſcriptores antiqui; Sexti Placiti Papyrienſis — liber. *L. Apuleii de medicaminibus herbarum liber:* ex recenſione et cum notis *Io. Chriſtiani Gottlieb Ackermann.* M. D. et Profeſſoris Altdorfini. Norimbergae et Altdorf. 1788. 8. in praefatione docte agitur de auctore libri et editionibus. —

Oudendorpii editio ſic inſcripta eſt: *Appuleii Metamorphoſeon libri XI.* cum notis integris P. Colvii, Io. Wowerii, Godeſchalci, Stewechii, Geverh. Elmenhorſt. et aliorum: in primis cum animaduerſionibus hucusque ineditis *Franc. Oudendorpii.* Praefationem praemiſit *David Ruhnkenius.* Leidae. 1786. mai. 4. Oudendorp habuerat IX. codd. mſtorum V. L. Textus eſt Pricaeanus ſecundum Oudendorpii emen-

emendationes et Ruhnkenii opiniones ita conſtitutus, vt verba in notis Oudendorpianis ſaepe haud reſponderent lectioni in textum a Rhunkenio receptae. Variae lectiones ex codicibus quibusdam excerptae interdum differunt ab iis, quas Cortius ex iisdem exemplaribus orae ſuorum, quae poſſideo, exemplorum adſcripſerat. — Ratio Sphaerae Pythagoricae; in *Barthii* Aduerſar. libro XXX. c. 7. — Der goldne Eſel von Apuleius, von *Auguſt Rode.* II. part. Deſſau. 1783. 8. Adſperſae ſunt notae criticae in textum latinum.

5. Beroaldus et quidam alii dicendi genere Apuleii mire delectati ſunt: ego vero metuo, ne de Apuleio liberalius ſenſerint. Nam non modo Apuleius haud eſt immunis a vaniloquentia et adulatione ſuperiorum; ſed etiam ſtilus eſt varius, turgidus et vere Africanus, multis meteoris, ineptis metaphoris et vocabulis, non tam inſolentius fictis, quam ex libris vltimae aetatis ſumtis*) obfuſcatus, vt iſta antiquitatis adfectatio ſit moleſta lectoribus: more aeui per ſcholas rhetoricas iam corrupti proſaicam ſcribendi rationem miſcet cum poetica: captat igitur formulas poeticas inſolitas obſoletasque voces, et flosculos potius verbaque, quam res ſenſumque clarum curat. Vbique fere adfectat eloquentiam: proprietatis tamen

Ii 5 ſatis

*) Conf. cl. *Ruhnkenii* praefat. ad Appuleii metam. pag. III. ſqq.

ſatis amans et diligens veteris latinitatis conſeruator: res tractat eruditas lectuque haud indignas: attamen in *Apologia* ſibi temperauit, et vacuus eſt ineptiis illis ſcholaſticis, et caſcae vetuſtatis oſtentatione.

6. *Molleri* diſſ. de L. Apuleio. Altorf. 1691. 4. In *Gasper. Schoppii* ſuſpectarum lectionum libr. V. (Noribergae 1597. 8.) — in Miſcell. obſeruatt. in Auct. vol. I. — V. paſſim; — in cel. *I. Fried. Herelii* Epiſtola critica, (Altenburgi 1767. 8.) multa Apuleii loca tentantur atque emendantur. — *Le Beau* Comment. ſuper aſinum aureum Apuleii, in Hiſt. acad. Paris. Inſcr. et B. L. vol. 34. Paris 1770. pag. 48. — *L. Apuleium* Aegyptiis myſteriis ter initiatum, praes. *Ier. Iac. Oberlino*, Logic. et Metaphys. P. P. O. ſollemni eruditorum examine ſubiicit auctor *Io. Iac. Iaegle.* Argentorati. 1786. 4. Ad explicationem *aſini aurei* multa erudite adferuntur: conſilium Apuleii in conſcribendo illo opere id fuiſſe putat auctor, vt imminuta Myſteriorum auctoritas firmaretur, vt Chriſtiani illa vituperantes irriderentur, atque opinio artioris cum deo conſuetudinis atque Magiae certior fieret atque corroboraretur. Hinc philoſophi illius ſectae initiationes atque magiam diligenter commendare ſolebant.

§. 4.

§. 4

Sextus Pomponius.

1. Poſt ann. Ch. 161. adhuc in viuis fuit.

2. Clarus Iuris Conſultus Romanus; et philoſophus, et Papiniani, laude auctoritate aliisque virtutibus inſignis ICti, diſcipulus atque aequalis habetur.

3. In Digeſtis Iuſtinianeis pauca ſuperſunt fragmenta. Maxima autem illa ſunt, quae *enchiridion* inſcribuntur: alterum conſtat vno libro, cui breuis iuris hiſtoria praemittitur, alterum autem duobus.

4. *Chriſt. Adami Ruperti*, hiſt. Prof. olim Altdorfini, ad Enchiridion Pomponii IC. de origine iuris eiusque interpret. libri III. Animaduerſionum, ſecunda elaborati cura, cum rerum ac verborum largo indice. Ienae 1661. 12. — *Pomponii enchiridion*, cum notis Arnoldi Vinnii nunquam antehac editis et ſelectis I. Cuiacii, Hier. Cagnoli, Gerardi Coccaei et S. Leewii, in *S. Leewii* auctoribus de orig. et progreſſu I. C. R. Lugd. Batau. 1671. 8. — *Enchiridion* cum Commentario *Cuiacii*, animaduerſionibus *Ch. Ad. Ruperti*, praetermiſſis *Corn. van Bynckershoek* recens. praetermiſſorum *Chriſt. Friedr. Waechtleri*, in *Vhlii* opuſculis ad hiſtoriam iuris, Halae 1735. 4. — hiſtoria de origine iuris commentario *Wilhelmi van der Muelen* cum euisdem exercit. in tit. Digeſt.

Digeſt. de iuſt. et iur. Traiecti ad Rhen. 1723. 4. — *Pagenſtecher* in Sexti Pomponii ICti ad Sabinum de re teſtamentaria et de bonorum poſſeſſionibus libros IV. commentarius. Lemgou. 1750. 4.

5. *Bern. Heinr. Reinoldi* or. de Sexto Pomponio in Opuſc. pag. 502. *Hamberger* zuverläſige Nachrichten. vol. II. pag. 357. ſq. *Saxii* Onomaſt. I. p. 302. ſq.

§. 5.

CAIUS.

1. Circa id temporis floruit.

2. In iure magna erat auctoritate.

3. Plurima eius ſcripta interierunt: inter alia quoque *inſtitutiones* conſcripſit, quarum vero, quod Alaricus Rex Viſigothorum in compendium redigere Anianum iuſſit eas, habemus epitomen, ſed interpolatam. *Boethius* quoque particulas de ritu mancipationis, et de in iure ceſſione, ab interitu vindicauit, in comment. in Topicam Ciceronis.

4. *Titi Gaii* inſtitutionum, *Iuliique Paulli* ſententiarum, cum titulorum omnium indice, in easdemque praefatione recens opus, etc. (*Petrus Vidoueus* excudebat Lutetiae an. 1525. 4.) rariſſima haec eſt editio. — Ex *Caii* inſtitutionum libr. IV. quae ſuperſunt — cum commentariis Hieronymi Alexandri iunioris et Iac. Oiſelii notis, quibus addidit ſuas *Anton.*

Anton. Schulting. in eius iurisprudentia Ante-Iuſtinianea. — *Ger. Mermanni*, Icti, Specimen animaduerss. criticarum in *Caii*, Icti, Inſtitutiones. Accedit earumdem *Caii* inſtitutionum Summarium a *Petro Aegidio*, Antwerpienſi, primum publici iuris factum, a. 1517. nunc vero iterum et emendatius quidem in lucem editum. Mantuae Carpetanorum. 1743. 8. — ſecundis curis auctius. Lutetiae Paris. 1747. 8.

5. *Franc. Car. Conradi* obſeru. de aetate Caii Icti, in Actis Erudit. Lipſ. a. 1727. pag. 59. ſqq. — vindiciae obſſ. in eiusdem parergis. p. 279. — *Hambergeri* Zuverl. Nachr. II. p. 360. ſqq. *Saxii* Onom. I. p. 303.

§. 6.

A. Gellius.

1. Sub Antonino Pio maxime floruit, a. Ch. 146.

2. Ex illuſtri Romana familia ortus, Romae et Athenis omne tempus litteris tribuit. Poſtea Romam quum rediret, rempublicam capeſſiuit.

3. Scripſit *Noctes Atticas*, XX. libris diviſas, quorum tamen totus VIII. et initium ſexti periit.

4. Princeps editio eſt, ex recens. *Io. Andreae*, quae a Schweynheim et Pannarz Romae 1469. adornata eſt: de qua copioſus eſt *Audiffre-*

diffredus in Catalog. editt. rom. ſaec. XV. pag. 19. ſqq. — repet. Romae per Conrad Schweynheim et Arnold. Pannarz, in domo Petri de Maximis. 1472. fol. v. *Audiffred.* l. m. pag. 96ſq. cl. *Lengnich* in Beyträgen zur Kentniſs ſeltner u. merkwürdiger Bücher. part. II. p. 7. et 124. ſq. et illuſtriſſ. *Comit. de Reviczky* Biblioth. pag. 114. ſqq. — *Romanam* 1474. fol. a Fabricio memoratam non admittit *Audiffredus* p. 172. — *A. Gell.* Venetiis per. Nicol. Ienſon. 1472. fol. v. *Reviczky* Bibl. p. 117. Venetiis ſaepius hoc. ſaec. XV. excuſae ſunt *Gellii* N. A. —

Brixiae, correctore *Marco Scaramucino*, de Palatiolo, per *Boninum de Boninis*, *de Raguſa.* 1485. fol. —

Alteram aetatem condidit et critica diligentia textum recognouit *Philippus Beroaldus*, Bonon. 1503. fol. — Tamquam accuratiſſima et libri VIII. capitibus, quae antehac numquam in lucem prodiiſſent, aucta iactatur in fronte ed. *Veneta*, *Freretrii*, 1509. fol. — *A. Gell. Noctes* e codice Medic. et aliis Msstis emendatae. Florentiae, arte curaque et ſumtibus *Phil. de Giunta.* 1513. 8. edente *Carolo Aldobrandino.* — *Cura Io Baptiſtae Egnatii*, apud Aldum. Venetiis 1515. 8. — Neque tamen hanc editionem a mendis foediſſimis liberam eſſe, conqueritur *Cratander*, qui, collatis exemplaribus, adiutus opera Beati Rhenani et Fabritii Capitonis ſe, profitetur, reſtituiſſe

tuiſſe ingenio mutila latina, pluries autem Graeca germanae puritati, Baſileae 1519. fol. — Ex hac fluxit emendatior, collatione diuerſorum codicum; adiuuante *Arnoldo Veſalienſi*, ed. Colonienſis ſumtu M. *Godefr. Hittorpii;* excudeb. Eucharius Ceruicornus. 1526. 8. et ſaepius:

Tertiam aetatem debemus *Ludouico Carrioni*, qui MSS. contulit, et *Henrico Stephano*, qui Gellium ab illo et a ſe caſtigatum cum notis, emendationibus et noctibus H. Stephani aliquot Pariſinis edidit. Paris. 1585. 8. ſed Commentarius Carrionis, licet in inſcriptione libri eſſet promiſſus, deeſt. — Aliquoties repetita eſt haec editio; in his praeſtat emendatior, cum notis variorum ſelectis ed. Aureliae Allobrog. (Geneuae) 1609. 12. —

Optime meruit de Gellio *I. Frid. Gronouius*, claſſem *quartam* ducens, e cuius recenſione prodiit *Gellius* Amſtel. apud Elzeuir. 1651. 12. ibid. 1665. 12. — cum notis et emendationibus *I. Frid. Gronouii*. Lugd. Bat. 1687. 8. — cum ſelectis nouisque commentariis et adcurata recenſione *Antonii Thyſii*, et, quum ille labori immortuus eſſet, *Iac. Oiſelii*, Lugd. Bat. 1666. 8. Oiſelium perpetuo carpit, eumque furti et compilationis incuſat *Iac. Gronouius*, qui optimam et e msstis. caſtigatam edit. curauit cum notis et emendationibus tam ſuis quam patris, Io. Friderici. Accedit *Gaspar. Sciopii* integra Msstor. duorum

rum codd. collatio; *Petri Lambecii* Lucubrationes Gellianae, (quae primum prodierant Paris 1647. 8. addita diſſ. de vita et nomine *A. Gellii*,) et ex *Lud. Carrionis* caſtigationibus vtilia excerpta: vt et ſelecta variaque commentaria ab Anton. Thyſio et Iac. Oiſelio congeſta. Lugd. B. 1706. 4. — Repetita eſt haec Gronouiana editio: praefatus eſt et excurſus operi adiecit *Io. Ludouic. Conradi* I. D. Pars I. II. Lipſiae 1762. 8. M. *Otho*, qui mendis typographorum tollendis praefectus fuit, obſſ. quasdam criticas Gronouianis ſubiecit. — ex recenſ. *P. D. Longolii* cum vtiliſſimo indice. Curiae Regnit. 1741. 8. — *Biponti*, praemiſſa notitia literaria. 1784. 8.

5. Quum in iis multa philologica, critica, hiſtorica, philoſophica aliaque ex innumeris libris tamquam flores ſparſos collegiſſet Gellius; ſtilus inde enatus eſt valde diuerſus; terſus quidem et interdum elegans, cui tamen ab iniuria et labente temporis barbarie multa verba inſolentia, atque obſoleta aliique naeui adhaereſcunt.

6. De auctore, eius nomine atque opere diligenter egit *P. D. Longolius* in praefatione ſuae editionis. — Adde *Fabricii* B. L. libr. III. c. I. tom. III. p. 3. ſqq. — *Saxii* Onomaſt. I. pag. 311. ſq. — *Phil. Caroli* animaduerss. in Agellium cum eiusdem in Curtium obſeruatis, poſt eius mortem editae a *Chriſtoph Arnoldo*. Noribergae. 1663. 8.

§. 7.

§. 7.

Caelius Aurelianus.

1. Ante CC. annum Chr. videtur inclaruiſſe: *Reineſius* libro III. variar. lectt. c. 17. et 18. pag. 645. ſqq. inprimis pag. 652. eum ſaeculo V. vixiſſe opinatus eſt: ſubſcribit Reineſii ſententiae cel. *Saxius* in Onomaſt. I. pag. 480.

2. Sicca, oppido Numidiae in Africa, ortus, medicinae laude floruit.

3. Ad tempora noſtra peruenerunt Tardarum, ſiue chronicarum libr. V. et celerum ſiue acutarum paſſionum libr. III. quos omnes e medicorum graecorum ſcriptis collegit, recenſuit, ac liberius concinnauit. *Soranus* autem verus habetur auctor: nec reperiri poteſt, Coelium de ſuo praecipuum aliquod addidiſſe, praeter paucos latinos verſus. *Soranum* Romae vixiſſe, ex laude vinorum et fontium ſalutis italicorum adparet: quando autem vixerit, difficile eſt coniectu: nec aetas *Coelii* certo poteſt definiri. opus tamen ipſum laudat *Hallerus* in praefat. ad hunc auctorem, vbi etiam de illo eiusque aetate agit.

4. Quam editionem *Theod. Ianſon ab Almeloveen*, e recenſione Io. Conrad Amman, M. D. cum eius, et ſuis aliorumque notis, addito Lexico Coeliano, Amſtel. 1709. 4. parauit, (repetita eſt 1722. et 1755.) ea optima habetur. — E recens. *Amman*, in Artis

 medicae

medicae principibus, tom. X. et XI. cum praefat. *Halleri.* 1774. — Eſſai ſur la maladie de Face, nommée le *Tic* douloureux, avec quelques Reflexions ſur le Raptus caninus de Caelius Aurelianus. Par M. *Pujol;* Medecin du Roi à l'Hôpital des Caſtres, Paris. 1787. 8.

5. Stilus redolet patriam: res autem, de quibus agitur, ab harum rerum peritis valde laudantur.

6. *Fabric.* B. L. IV. cap. 8. tom. III. pag. 531 ſeq.

§. 8.

Aemilius Papinianus.

1. Natus eſt circa an. 140. mortuus an. 212.

2. Italus Beneuento, aut, ut *Euerh. Otto* coniectat, Syrus, ſaltem genere Syrio ortus fuit, atque imperatoris Seueri adfinis. A Ceruidio Scaevola, qui tum ſumma valebat gratia atque auctoritate, iuris ſcientiam edoctus, eam nominis famam conſequutus eſt, vt adhuc ICtorum ſit oraculum. Praeterea graecae et latinae linguae et ſtoicae philoſophiae fuit peritiſſimus. His ſuis ingenii et doctrinae virtutibus illuſtris ab infimo ordine ad ſummos honoris gradus adſcendit, et ſub M. Antonino aduocatus fiſci, ſub Seuero autem, cui erat iucundiſſimus, magiſter libellorum, praefectus Praetorio et Caracallae Getaeque tutor

euaſit.

ſuaſit. Tandem a Caracalla ad ſupplicium raptus eſt, quod nefandum eius parricidium defendere noluit.

3. In Digeſtis multa fragmenta libr. XIX. reſponſorum; XXXVI. libr. quaeſtionum; II. libr. definitionum, et libr. II. de adulteriis a fato reliquorum eius librorum adſeruata ſunt.

4. Dictio eſt latina, et quidquid legislatoria gravitate profert, indolem ſapit Romanam. Vnus omnium maxime priſcorum in iure verborum adeo tenax fuit, vt cuſtos iurisprudentiae elegantioris merito haberetur.

5. *Strauchii* vita Aemilii Papiniani, inter eius programmata a Budero, Ienae, 1723. 8. edita. — *Cuiacius* de variationibus Papiniani, in Obſervatt. lib. II. cap. 37. — *Andr. Gryphii* Groſsmüthiger Rechtsgelehrter, oder ſterbender Papinianus, ein Trauerſpiel, in eius carminibus germanicis, Lipſiae. 1698. 8. pag. 367 ſqq. vbi quoque tabulae aeri inciſae reperiuntur, quas *Everhard Otto* poſtea repetiit. — *Everh. Ottonis* Papinianus, ſ. de vita Aemilii Papiniani diatriba repetitae praelectionis. Bremae, 1743. 8. — De natali Papiniani, ſeu ad §. 4. Conſtitut. Iuſtin. ad antec. Commentarius, — auctore *Chriſt. Hartmann Samuel Gatzert.* D. Gottingae, 1767. — *Papinianus*, ſeu optimi ICti et viri forma in Aemilio Papiniano ſpectata, et concioni ad ſpectandum propoſita, a *Bavio*

Voorda. Lugd. B. 1770. 4. — *Dominici Alfeni Varii.* I. C. de iure Reſponſum, ſ. commentarius in binas ſententias Aemilii Papiniani I. C. Quaeſtionum XIV. et XXIX. Venetiis, 1782. 8. — *Saxii* Onomaſt. I. pag. 337 ſq. — Multa lectu digna reperiuntur in *Chr. Ott. a Boekelen* de diuerſ. famil. veterum Ict. et in *Io. Philipp. Sleuogtii* progr. de Philoſophia Papiniani, quae cum aliis ſcriptis collegit *Gottlieb Sleuogt*, in Opuſculis de ſectis et philoſophia Iuris conſultorum. Ienae, 1724. 8. adde *Gottfriedi Maſcouii* diatrib. de Sectis Sabinianorum et Proculianorum in Iure ciuili. Lipſiae, 1728. 8. pag. 133 ſqq.

§. 9.

Quintus Septimius Florens Tertullianus.

1. Quando natus mortuusque ſit, et quam aetatem attigerit, non ſatis conſtat. Circa annum CCXXI. e vita diſceſſiſſe probabile eſt. Adde *Saxii* Onomaſt. I. pag. 339 ſqq. vbi multus eſt de noſtro, et oſtendit, eum diuerſum eſſe a *Tertulliano*, ICto, cuius fragmenta ſunt reſidua in Pandectis.

2. Carthagine primam lucem adſpexit, et adultus coetui Chriſtianorum nomen dedit. Antiquitatis et iuris romani eum peritiſſimum, multa doctrina inſtructum et vitae doctrinaeque ſeuerae ſtudioſum fuiſſe, plus denique ingenio,

genio, quam iudicio valuiſſe, ex ſcriptis illius ſatis adparet. Atqui, vitae morumque ſeueritas eum commouit, vt initio ſaeculi tertii doctrinam vitamque *Montaniſtarum* ſequeretur, nec eum ad priſtinum coetum rediiſſe, vlla adfirmandi idonea ratio eſt.

3. Multa ſcripſit: librorum vero quintuplex claſſis eſt: vel eorum, quos conſcripſit, antequam Montaniſtarum doctrinam amplexus eſt; vel eorum, quorum et aetas conſtat, et qui ab eo iam Montaniſta poſt annum CC ſunt ſcripti; vel eorum, quos, quamuis aetatis ſint incertae, tamen euictum eſt, exaratos ante eius defectionem fuiſſe; tum, quorum non niſi Montaniſmus certus eſt; denique, quorum et aetas et doctrina incerta eſt. Ordo igitur librorum hic erit: Ante ſuſceptam Montaniſtarum diſciplinam de oratione; ad Martyras; de ſpectaculis; de idololatria; Apologeticus; libr. II. ad nationes; de teſtimonio animae; de baptiſmo; libr. II. ad vxorem; (aduerſus Iudaeos.) Poſt defectionem ſcripſit de corona; de virginibus velandis; de cultu feminarum; de fuga in perſequutione; de exhortatione caſtitatis; de monogamia; de ieiuniis, de pudicitia aduerſus Praxeam; aduerſus Hermogenem; de anima; Scorpiacen; aduerſus Valentin.; aduerſus Marcion. libr. I.; de praeſcriptione haereticorum; lib. II — IV. aduerſus Marcionem; de carne Chriſti; de reſurrectione; lib. V. aduerſus Marcionem; de

pallio, (de patientia,) ad Scapulam; (de poenitentia) Quaedam ſcripta illi perperam adſcribuntur.

4. Opera, (nondum omnia, e. II. codd.) per *Beatum Rhenanum.* Baſil. 1521. fol. — ſcripta et plura, quam ante, et diligentius per induſtriam bene literatorum aliquot, ad complures veteres — codices — — non omiſſis Beati Rhenani annotationibus. Baſileae apud Hieron. Frobenium etc. 1550. fol. (editore *Sigism. Gelen.*) — recus. apud Wechel. Pariſiis 1566. 8. I. II. voll. — Ex editione *Iac. Pamelii.* Franequer. 1597. fol. — diligentia *Nic. Rigaltii*, 1635. fol. Pariſiis.

Quae cum notis *Rigaltii* aliorumque Pariſiis 1675. fol. prodiit, ea optima habetur editio. Recuſa, ita vt notae textui ſubiicerentur, auctae ex ed. Hauerkamp. Venet. 1744. fol. — Incepit cel. *Io. Sal. Semler* opera *Tertulliani* recenſere, addita lectionis varietate: volumen primum lucem adſpexit Halae ad Salam 1770. 8. ſequentibus annis vol. II. III. IV. V. 1773. vol. VI. —

Separatim vero liber de pallio, e recenſione et cum notis *Cl. Salmaſii.* Paris. 1622. recus. Lugd. 1656. 8. et tragoedias excitauit. *Petauius* enim, falſo nomine *Antonii Cercortii* adſumto, paſſim notauit animaduerſiones Salmaſii, qui vero more ſuo non ſiluit, ſed ficto nomine *Franciſci Franci* ſcripſit: *Confutatio animaduerſorum Antonii Cercoetii* ad

ad Claudii Salmaſii notas in Tertullianum de Pallio: auctore Franciſco Franco. Middelb. (Paris) 1623. 8. et *Refutatio vtriusque elenchi Circo-Petauiani; auctore Franciſco Franco.* Paris. 1623. 8.*) — *Liber de praeſcriptionibus* aduerſus haereticos, cum ſcholiis et notis *Chriſt. Lupi.* Bruxell. 1675. 4. — *Apologeticus* cum commentario *Deſiderii Heraldi;* cui adcedit *M. Minucii Octauius*, Lutet. Paris. 1613. 4. — *Apologeticus* — ſtudio *Sig. Hauerkampi.* Lugd. B. 1718. 8. — *Apologeticum* francice vertit *Giry* 1684. 8. ed. II. cum textu latino et critica disp. de Tertulliano eiusque operibus. Amſtel. 1701. 8. v. *Stolle* Nachricht von den Büchern und deren Urhebern in der Stolliſchen Bibliothek. tom. II. p. 421. — *Libri duo ad nationes*, ſtudio *Iac. Gothofredi.* Geneuae 1625. 4. — Opera poetica omnia — cura *C. Andr. Riuini.* Lipſiae 1651. 8. rara eſt editio. — Liber de oratione, in *Muratorii* Anecdotis. tom. III. pag. 1 ſq. v. Supplement. Actor. Erudit. tom. VI. ſect. X 1717.

5. Multa eruuntur ex antiquitate, quae incognita forent aut obſcura. Abundabat Tertullianus ingenio, et nimis procliui ad controuerſias et res atque opiniones inſolitas. Dicendi

*) Conf. de hac controuerſia et libris mutuis eriſticis Niceron. Memorias e vers. Baumgartenii, tom. I. p. 153. ſq. 243. tom. II. p. 406. ſq.

vero genus eſt aſperum, minus comtum, valde obſcurum atque inſolens, naturae ſuae vitaeque adcommodatum.

6. Vita Tertulliani a *Pamelio* deſcripta variis editionibus praefixa legitur. — *Theophilus Spizelius* in libro: Infelix literatus, Auguſtae Vindel. 1688. 8. pag. 498 ſqq. multus eſt de Montanismo Tertulliani, de odio, inuidia et contumeliis Clericorum, quam etiam cauſam fuiſſe, cur ad Montani dogma ſit delatus, *Hieronymus* in Catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum tradidit. — *Heineccii* diſſ. de ICtis Chriſtianis priorum ſaeculorum, eorumque in eccleſiam meritis. Halae. 1714. Agitur de Tertulliano, Minucio Felice, Cypriano, Ambroſio, Auguſtino, aliisque. — *Heumanni* Emendat. libri Tertulliani de praeſcriptionibus aduerſus haereticos, in Actis Erudit. Lipſ. 1715. mens. Iul. et Supplem. tom. VI. a. 1717. pag. 169. — *Io. Ioachim. Zentgrauii* Exercitat. hiſtorico-theologica de lapſu Q. Sept. Florent. Tertulliani ad Montaniſtas, ſaeculi II. Fanaticos: Argentorati 1706. 4. — *Moshemii* commentatio de aetate Apologetici Tertulliani eſt in eius Vol. diſſ. ad Hiſtor. Eccl. pertinentium, Alton. 1733. *I. G. Hoffmanni* diſſertationem, *Tertulliani*, quae ſuperſunt, omnia in Montaniſmo ſcripta videri, Wittebergae, 1738. eleganter docteque refutauit *I. A. Noeſſelt* in 3. diſputationibus, de vera aetate ſcriptorum, quae ſuperſunt, Tertulliani. Halae

Halae Magdeb, 1757. et 1759. quae coniun-ctim editae ſunt, et inſcriptae: *de vera aetate — n qua obiter ratio chronologica imperii Septimii Seueri Auguſti et multi loci antiquitatis, prae-ertim chriſtianae explicantur.* editio altera mendatior. Halae Magdeburg. 1768. 4. — De Septimio Tertulliano et S. Epiphanio diſ-ertt. duae theologico-criticae, in quibus An-hropomorphismo neutrum laboraſſe demon-ſtratur — a *Ios. Anton. Cantoua.* Milani. 766. 8. — *I. Sal. Semleri* Antiquitatum hermeneuticarum ex Tertulliano, quibus N. T. loca quaedam illuſtrantur, Specim. I. Halae 1765. — Eiusdem comment. breuis d locum Tertulliani de Carne Chriſti, cap. XIX. ibid. 1770. 4. — *Schütz* progr. ad Tertullianum de regula fidei, (h. e. ſumma rticulorum fidei per os traditorum,) Ienae, 780. et ad locum Tertull. de Praeſcription. Haereticorum, ibid. eodem anno. — *Ter-ullianus* Geiſtesfähigkeiten, Religionskennt-iſſe und Theologie, ein Verſuch, in III. Ab-andlungen — von *Henr. Chriſt. Ballenſtedt.* Helmſtad. 1785. 8. — Initium verſionis ger-manicae libri *Tertull.* de praeſcriptionibus XI. capita priora) reliquit *Gotthold Ephr. Leſſing*, edit. in eius Theologiſchen Nachlaſs. Berolini, 1784. 8. — Plures, qui de Tertul-iano egerunt, laudat *I. G. Walch* in biblio-heca patriſtica. Ienae 1770. 8. pag. 29 ſq. . 417. p. 278. — adde *Hambergeri zuverl.*

Nachricht. tom. II. p. 492 ſqq. *Io. Fabricii* Hiſtoria Biblioth. Fabricianae. tom. I. pag. 154 ſq.

§. 10.

M. MINUCIUS FELIX.

1. Circiter an. Ch. 230. vixiſſe videtur. conf. *Saxii* Onomaſt. I. pag. 361. ſq.

2. Afer natione et Romae cauſſidicus fuit: ſuperſtitione idolorum relicta adultus coetui et religioni Chriſtianorum ſe addixit.

3. Cauſſam Chriſtianorum defendit in libro ſ. dialogo, *Octauius* inſcripto: qui ante Hadrianum Iunium liber octauus *Arnobii* libr. aduerſus gentes habebatur: ideoque primum cum *Arnobio*, Romae. 1542. fol. editus eſt.

4. *Octauius* — ex recenſione *Franciſci Balduini*, Heidelb. 1560. 8. — Romae, cum Arnobio, a quo etiam *Fuluius Vrſinus* ſeiunxit, 1583. 4. — cum integris notis *Nic. Rigaltii*, (qui e codd. emendauit *Minucium*,) et *Phil. Priorii*, cum *Cypriani* operibus. Paris. 1666. Fol. — cum integris omnium notis et commentariis nouaque recenſione *Iac. Ouzelii* Lugd. Bat. 1672. 8. — *Octauius* et *Caecilii* liber de Vanitate idolorum, cum notis *Chriſt. Cellarii*. Halae. 1699. 8. et aliquoties. — cum notis variorum, e recens. et cum emendationibus atque explicationibus *Iac. Gronouii.* Accedunt *Caecilius Cyprianus* de idolorum vanitate, et *Iulius Firmicus Maternus* de errore profa-

narum

narum religionum. Lugd. Bat. 1709. 8. — cum notis variorum et *Io. Dauiſii.* accedunt *Commodiani*, aeui Cypriani ſcriptoris, inſtructiones aduerſus Gentium deos. cum obſſ. *Nic. Rigaltii*, ex recenſione et cum notis *Io. Dauiſii.* Cantabrig. 1712. 8. — cum notis variorum ſelectis ſuisque edidit, adiecitque *Caecilii Cypriani* lib. de vanitate idolorum, *Io. Gottl. Lindnerus.* Longoſaliſſae. 1760. 8. — ed. II. eaque melior, ibid. 1773. 8. in qua omiſſa eſt *Balduini* comment. de Minucio eiusque Octavio: at alia acceſſerunt — ex recens. Dauiſii, ſine notis, Glasguae. 1750. 4. — *Minucii* dialogus anglice verſus eſt, a D. *Dalrymple de Hailes*, additis notis criticis atque exegeticis. Edinburg. 1781. 8.

5. Elegantiae et concinnitatis eſt ſtudioſus: ſi cum ceteris ſcriptoribus eccleſiaſticis eum comparas, bonus eſt ſcriptor et elegans: at cum antiquis romanis aurei aeui auctoribus collatus, quantum diſtat! Stilus eſt inaequalis, ex floſculis oratoriis et poeticis quaſi collectus et plenus formularum loquendi ſuſpectarum: character et reliquae boni dialogi virtutes negliguntur; in refutandis a vero dei cultu alienorum erroribus Minucius declamat potius, quam vt ſolide apteque disputet. Res igitur leuiter perſtringit; non penitus perſcrutatur.

6. *Fr. Balduini* diſſ. de Minucio Felice praefixa eſt edit. Cellarianae. — *Ch. Ad. Klotzius* in Miſcellaneis criticis, (Traiecti ad Rhe-

Rhenum 1763.) auctorem noſtrum egregie emendauit et illuſtrauit. — *Io. Dan. ab Hoven* epiſtola hiſtorico-critica de vera aetate, dignitate et patria M. Minucii Felicis, vt et de natiuo ordine Apologiarum *Iuſtini Martyris*, adiectis Faſtis diuorum fratrum: in eius Campenſibus, ſiue Spicilegiis critico-antiquariis etc. Campen. 1766. 4. num. I. — *Heumanni* Emendationum Minucii Felicis fercula, in Miſcell. Lips. nou. vol. VII. part. II. pag. 247. ſq. part. III. pag. 421. ſq. vol. VIII. part. I. pag. 115. ſqq. et part. III. pag. 454. ſqq. — *Io. Fried Gruneri* Obſſ. critic. in Actis ſociet. lat. Ienenſis, vol. III. pag. 33. ſqq. IV. pag. 208. ſq. V. pag. 220. ſq. — *Fr. Th. Withoff* de Caecilio Minucii Felicis, in eius opuſculis philolog. hiſtoric. et theologicis. Lingae 1778. 8. nr. 11. putat docetque, *Caecilium*, qui perſonam pagani gerat, eſſe *Cyprianum*, vnde poſſit pobabiliter effici, et monſtrari, cur Cyprianus in libro ſuo, de idolorum vanitate, ex Minucii dialogo multa ſumſerit mutua — *Auton. de Rooy* epiſt. critica ſuper locis aliquot Minucii Felicis, Cypriani, Iulii Firmici, et Tertulliani, in I. Dan. van Hoven Campenſibus. Amſtel. et Campen. 1779. 4 nr. 2. — *Io. Chſt. Bremeri* Epiſtola critica ſuper aliquot Minucii locis. Quedlinburgi et Magdeburg. 1781. 4. conf. *Walchii* bibliothecam patriſticam pag. 35. et pag. 418. et pag. 277. — Anonymi animaduerſſ. in Minucium Felicem,

in

in Miſcellan. obſſ. in auctor. vet. et recent. vol. I. tom I. vol. II. tom. I. tom. II. et III. vol. VIII. tom. I. tom. II. et III.

§. 11.

DOMITIUS VLPIANUS.

1. Interfectus eſt circ. a. Ch. 228.

2. Tyrum in Syria habuit patriam. Delatus Romam Papiniani diſcipulus, deinde cum eo adſeſſor iudicii et magiſter ſcriniorum fuit. Ab Elagabalo vrbe expulſus, ab Alexandro Seuero autem reſtitutus atque honore Praefecti Praetorio mactatus eſt. Poſtea tamen, veterem diſciplinam ſeueriorem reducturus, in odium militum perditorum incurrit, qui eum in gremio imperatoris occiderunt. Vir fuit bonus, iuris peritus, diſertus, et Seuero, eius conſiliis vſo, cariſſimus: alii eum multis obnoxium fuiſſe criminibus arguunt, a quibus tamen ab Euerh. Ottone defenditur.

3. Inter ICtos prae ceteris eminuit. In Digeſtis multa ex eius ſcriptis ab interitu atque obliuione adſeruata reperiuntur. E libro *regularum* ſingulari epitome ſupereſt, quae inſcribitur, *Tituli* (29) *ex corpore Vlpiani*, aut *Tituli ex corpore regularum Vlpiani*, aut *Vlpiani regularum liber ſingularis*: a *Io. Cannegietero*, Traiecti ad Rh. 1768. 4. illuſtratus. Hanc epitomen confecit *Anianus*, regis Alarici Cancellarius.

4. *Vl-*

4. *Vlpiani* fragmenta cum Cuiacii et Ludouici Charondae et Schultingii notis in *Schultingii* iurisprudentia Ante - Iuſtinianea pag. 537. Primam editionem debemus *Ioanni Tilio*, qui eam a. 1549. aut. 1550. publicauit. Sunt quoque illa fragmenta in *S. Leewii* de origine I. C. auctoribus: cum ſelectis I. Cuiacii et Dionyſii Gothofredi notis. Lugd. Bat. 1671. 8. *Domitii Vlpiani* fragmenta libri regularum, vulgo Tituli ex corpore Vlpiani, in vſum praelectionum edidit et praefatus eſt *Guſtau. Hugo*, I. V. D. et Prof. Gotting. Goettingae 1788. 8. — *Philipp. Frieder. Weiſs* diſput. Domitii Vlpiani fragmenta nonnulla, quae ex libro IV. diſp. in Digeſta migrarunt. Marburgi 1789. 4.

5. In philoſophia et iure fuit eclecticus. Scribendi genere vſus eſt leni, facili, et, vt tempora illa erant, ſatis romano: a priſtina vero puritate atque elegantia diuerſo. Proprietatis verborum cuſtos fuit ad ſuperſtitionem; multa tamen vocabula et formulas loquendi nouauit.

6. *Heinecii* programma de Vlpiani ICti Hebraiſmis, cuius tamen argumenta frangere atque diluere ſtuduit *Dukerus* de latinitate ICtorum pag. 322. et 392. — *Christoph Wolfii* Epiſt. critica de hebraismis Vlpiani, ICti. Lipſiae. 1735. 4. — D. *Runde* über das Erbrecht der Götter bey den Römern, nebſt einem Commentar über *Vlpians* Fragmente, Tit. II.

§. 6.

§. 6. in Memoires de la Societé des Antiquités le Caſſel. tom. I. Caſellis 1780. — *Philippi Caulini*, Neapolitani, Progymnaſmata de veerum Iureconſultorum philoſophia, ad L. X. §. 2. de iuſtitia et iure. Neapoli 1779. 4. — De vita et ſcriptis Vlpiani oratt. duae *Iac. Lectii* n *Euerh. Ottonis* theſauro iuris rom. tom. I. ium. 4. — *Adrian. Stegeri* diſſ. de Domitio Vlpiano. Lipſiae 1725.

§. 12.

Iulius Paullus.

1. Vlpiano aequalis, vixit circiter a. 230.

2. Patria eſt incerta. Ex aliis vero moimentis comperimus, enm fuiſſe clariſmum Iureconſultum et Romae in magna uctoritate. Cum Vlpiano paria habuit muera et paene eadem fata. Seuero enim t Caracallae fuit a conſiliis; ab Elagaalo relegatus, ab Alexandro autem, ſub uo imperatore praetorio praefectus erat, reocatus. v. *Lamprid.* in Alexandro c. 26. et 28. e morte nihil conſtat.

3. Fuit *πολύγραφος*. Maxima autem criptorum pars interiit, praeter fragmenta in igeſtis, atque epitomen ex libr. V. receptaum ſententiarum ab Aniano excerptarum.

4. *Iulii Paulli* ſententiarum opus cum *Titi aii* inſtitutionum opere Pariſ. 1525. 4. — *Ilmaricus Bouchard* illas in MSSpto cum coice Theodoſii et Nouellis Valentiniani, co-

dice

dice Gregoriano, et Hermogeniano, Caiiqu Inſtitutionibus primus reperit et vulgauit. — *Receptarum ſententiarum* libr. V. cum ſelecti *I. Cuiacii* notis, in *S. Leewii* de Origine I. C R. auctoribus. Lugduni Bat. 1671. 8. — cum obſeruat. Iac. Cuiacii, Conradi Rittershuſi et Huberti Giphanii *Schultingii*que, in huiu *Iurisprudentia Ante-Iuſtinianea*: — cum noti *Petri Fabri* nondum antea editis, eiusdemqu obſſ. pariter anecdotis in notas Iac. Cuiacii a easdem Paulli ſententias in Ger. Meermann nouo theſauro iuris tom. VII.

5. Durior aliquando fuit in reprehendend et ſeuerior in ratiocinando. E graeca lingu iurisprudentiam ſaepe illuſtrauit. Stilus ver grauis eſt; ſed minutiarum plenus atque ob ſcurus, neque comtus, neque plane elegans.

6. Vitam eius enarrarunt *Nic. Rittershuſius* Norib. 1566. et *Strauchius*, inter programmata eius a Budero collecta. Ienae. 1723.

§. 13.

CENSORINUS.

1. Aetas illius fere incidit in imperium Gordiani, circiter ann. 238. v. *Saxii* V. C. Onomaſt. I. pag. 363. ſq.

2. Quis fuerit, ignorant Critici; eum vero ſub imperio Alexandri Seueri, Maximini et Gordiani fuiſſe grammaticum, cenſent. Romanum tamen ſe ipſe profitetur.

3. *De*

3. *De die natali* librum confecit doctum.

4. Princeps editio eſt, quae cum tabula [C]ebetis et aliis *Bononiae* per Benedictum He[c]torem e prelo exiit. 1497. Fol. — — A [T]*riſtano Calcho.* (Mediolani 1503.) 4. v. *Saxii* [h]iſtor. typogr. liter. Mediol. pag. 552. — ad[i]unct. *Macrobio* cum praef. *Io. Riuii.* Paris. [a]pud Badium. 1519. fol. quam editionem [H]auercampius principem opinionis errore ha[b]erat.

Alteram aetatem conſtituerunt Aldus et [Vi]netus. Prior edidit *Cenſorinum* ad calcem [M]acrobii. 1528. 8. et fragmentum de naturali [in]ſtitutione, olim *Cenſorino* tributum, et in [p]. edd. libro de die natali continenter additum, [e] antiquo libro auctius fecit pluribus capiti[bu]s.*) Poſterior, *Elias Vinetus*, Cenſorinum [em]endatum et animaduerss. illuſtratum cum [Ma]*ino* foras exire iuſſit. Pictauii 1567. 8.

At meliorem lucem adtulit *tertiamque* edd. [a]tem protulit *Lud. Carrio*, qui *Cenſorini* [te]xtum adcurate recenſuit, et capita poſtrema, [qu]ae viceſimum quartum inſequuntur, haud [pe]rtinere ad Cenſorini libros animaduertit pri[mu]s, atque ſeparatim, vt *fragmentum incerti* [ſc]*riptoris* ſubiecit, Paris. 1583. 8. — repet. [Lu]gd. 1593. 1603. 8. — Editio quoque

Roſto-

*) [D]e qua editione vide *Stolle* in: Nachricht von den Büchern und deren Urhebern in der Stolli[ſ]chen Biblioth. vol. I. part. VII. pag. 735. ſqq.

Roſtochienſis a. 1579. 8. emendata fuiſſe videtur, quoniam *Henr. Lindenbrogius* ex hac et Pariſienſi Carrionis edit. Cenſorinum recenſuit, variis locis emendauit doctisque notis illuſtrauit, Hamburgi. 1614. 4. — cuius notae paſſim emendatae et auctae ſunt in editione Lugd. B. 1642. 8. (12) — Hanc repetierunt *Cantabrigienſes* et adiecerunt *Petri Ioannis Nunneſii* in fragmentum notas, cum ſpicilegio adnotationum doctiſſimorum virorum, Salmaſii, Scaligeri, Barthii etc. Cantabrigiae 1695. 8. —

Pleniſſima, optimaque eſt editio: *Cenſorini liber de die natali*, cum perpetuo commentario *Henrici Lindenbrogii*, nec non notarum ſpicilegio collecto ex Scaligeri, Meurſii Salmaſii, Barthii aliorumque ſcriptis: vt et *C. Lucilii Satyrarum, quae ſuperſunt, reliquiae* cum notis et animaduerſionibus Franc. Ian. F. Douzae, ex recenſione *Sigeb. Hauercampi*, (qui varias lectiones cod. Voſſiani addidit, edit. a filiis illius, Euerhardo et Abrahamo, qui praefati ſunt, et Eliae Vineti animaduerſ. ad calcem libelli Cenſoriniani reiecerunt.) Lugd. Bat. 1743. 8. — *Cenſorin.* — ed. ab *Andrea Goetzio*. Altdorf. 1744. 8.

5. Liber ad antiquam hiſtoriam temporisque rationem vtilis. Stilus ſatis bonus eſt fereque nimium ſimplex, cui tamen vitia multa linguae ad ſenectutem labantis et paene properantis adhaerent.

6. Io

6. *Io. And. Mich. Nagelii* Progr. loca quaedam Cenſorini emendans. Altdorfii 1729. 4. *Valeſii* emendatt. cap. 14. pag. 116. cum ıota Burmanni II. — *Boivin* ſen. ad locum Cenſorini de die natali cap. 21. de tribus temporis diſcriminibus a Varrone traditis, in Commentar. academiae reg. Paris. Inſcript. vol. II. ›ag. 385 ſq. — *Erneſt - Fabric.* B. L. lib. III. ap. 4. pag. 73 ſqq.

§. 14.

Herennius Modestinus.

1. Circa an. 244. floruit. v. *Saxii* Onoıaſt. I. pag. 366.

2. Vnde ortus fuerit, non liquet. Papiiani vero diſcipulum atque Vlpiani aequalem, oſtea probatum iuris fuiſſe profeſſorem, et raecarum ac latinarum litterarum inprimis ıarum, monimenta veterum teſtantur. Carus ıit Seuero, et Maximini iunioris in iure diendo magiſter.

3. Fragmenta quaedam in Digeſtis repeuntur: praecipuum eſt illud de Eurematicis.

4. Cum commentario *Henr. Brencmanni* librum ſingularem περὶ ἑυρεματικῶν. Lugd. ıtau. 1706. 8.

5. De dictione idem adfirmandum eſt, ıod de reliquorum huius tempeſtatis ICtorum ribendi genere. In ſententiis fuit modeſtus, quus et cautus.

6. *Gottfridi Maſcouii* exercitatio iuris ciuilis, (nomine alius ſcripta,) ad Modeſtini caſus enucleatos, (§. VI. enumerantur alii commentatores, et §. VIII. quaedam de Modeſtino eiusque libris et fragmentis adferuntur,) Lipſiae. 1727. 4. rec. in *Gottfr. Maſcouii* Opuſculis iuridicis et philologicis, editis a *I. L E Püttmanno.* Lipſiae, 1776. 8. pag. 31. ſqq. — *Ioan. van Niſpen* diſſ. ad fragmenta, quae in Digeſtis ex *Herennii Modeſtini* nouem libris differentiarum ſuperſunt. Lugd. Bat. 1752. — rec. in *Ger. Oelrichs* Theſauro disputationum iuridicarum, Bremae et Lipſiae, tom. I. pag 1. ſqq. a. 1768. 4. — *Pancirollus* de claris L. L. interpretibus libr. I. cap. 59. — *Guil Grotius* in vitis ICtorum. l. II. cap. 12. p. 196

§. 15.

1. Praeterea FLORENTINUS, LICINIUS, RUFINUS, CL. TRYPHONINUS, Q. VENULEIUS SATURNINUS, NERATIUS PRISCUS, CALLISTRATUS, AELIUS MARCIANUS, aliique hoc fere tempore honorati clarique fuerunt ICti, quorum fragmenta ſunt in Digeſtis.

2. De *Florentino* egerunt *Chriſt. Gottlieb Thiele* in diſſ. praeſide *And. Flor. Riuino* habita, qua Florentini Iurisprudentiae teſtamentariae reliquiae, in inſtitutionibus Imp. Iuſtini repertae notis illuſtratae exhibentur. Witteb. 1752. — *Chriſt. Godofr. Iaſpis* de Florentino

ino eiusque elegantiori doctrina. Witteberg. 753. — *Car. Frid. Walch* de philoſophia 'lorentini ICti, Ien. 1754.

3. *Venuleii* fragmenta ex libris IV. de officio Proconſulis, illuſtrauit *Hermann Ooſterⱶk.* Traiecti ad Rhenum 1755. 4. recus. in *Oelrichii* theſauro nouo diſſ. iurid. vol. II.

4. De *Neratio Priſco*, Iuriſconſ. diſp. eleans, praeſ. D. *Chriſtoph. Gottl. Richtero*, 'sp. *Io. Conrad. Sickel.* Lipſiae 1788. 4.

5. De *Aurelio Arcadio Chariſio*, vetere Cto (Magiſtro libellorum ſub Conſtantino M. ec. IV.) docta eſt disp. D. *Chriſtiani Rau*, pſiae, 1773. 4.

6. *Iani Steenwinkal*, I. V. D. de vita, ſtuis, honoribus et ſcriptis *C. Caſſii Longini*, 't. diſſ. Lugd. Bat. 1778. 4.

7. De *Calliſtrato* ICto ſingularia: auct. *ottl. Aug. Ienichen.* Lipſiae, 1742. Fragenta illuſtrauit *Edmund. Merillius*, et in ius Operibus. Neapol. 1720. 4. et in *Euerh. ttonis* Theſ. iur. tom. III. pag. 613. ſqq.

8. De *Claudio Tryphonino*, ICto Romano: ſp. *D. Rau.* Lipſiae 1770.

9. De vita, ſtudiis, honoribus et ſcriptis *lii Marciani* diſſ. *Gerhardi Oelrichs*, praee *Iac. Voorda.* Traiect. ad Rhen. 1754. — *c. Gronouii*, Abrahami fil. diſſ. ad quatuor gmenta, quae ex Aelii Marciani primo relarum libro in Pandectis ſuperſunt. Lugd. t. 1759. 4.

Videantur etiam *I. Gottl. Olearii* diſſ. de Biographis antiquorum ICtorum Witt. 1714. 4. *Gregorii Maianſii*, Generoſi Valentini, ad triginta Iuriſconſultorum omnia fragmenta, quae exſtant in iuris ciuilis corpore, commentarii cum indice legum in hoc opere illuſtratarum tom. I. II. Geneuae, 1764. 4. — *Menagi* Amoenitat. iuris ciuil. cap. 5. 7. 11. 12. 17. 23. 24. — *Cuiacii* Obſeruatt. libr. VII. cap. 2. — *Bynkershoek* de fato ICtorum, in Obſeru. IV. c. 5. — Authores et fragmenta veterum ICtorum de origine et progreſſu iuris ciuilis rom. cum notis variorum, cura S. *Leeuuii* Lugd. Bat. 1671. 8. — Vitae tripartitae Iuriſconſultorum veterum a *Bernandino Rutilio*, *Io. Bertrando* et *Guilielmo Grotio* conſcriptae. —— edit. a *Io. Chriſtoph. Franck* I. V. D. Halae Magdeb. 1718. 4. — *Saxii* Onomaſt. I. pag. 354. ſqq. *Erneſti - Fabricii* B. L. libr. IV. cap. VI. pag. 488. ſqq. adde *Euerhardi Ottonis* Theſaurum iuris romani etc. Lugd. Bat. 1726. IV. voll. — rec. Vltraiect. 1730—1735. V. voll. et Baſil. 1741. V. tom. fol. — atque *Gerardi Meermanni* Nouum Theſaurum iuris ciuilis et canonici etc. Hagae Com. 1751—1753. VII. voll.

§. 16.

Caius Iulius Solinus.

1. Quis dies natalis, quae patria, qui dies obitus fuerit, nondum ſatis eſt in aprico.

Omnia

Omnia, quaecumque de eius vita disputantur, in coniectura poſita ſunt. *Dodwellus* eum Cenſorino fuiſſe aequalem, coniicit: quare cel. *Saxius* in Onom. I. pag. 351. aetatem eius confert ad. a. Chr. 218. vid. *Hambergeri* zuverläſsige Nachrichten etc. tom. II. pag. 554.

2. Fuit Grammaticus.

3. Supereſt eius *Polyhiſtor*, ſ. collectanea rerum memorabilium, vti antea voluerat inſcribere: opus ex Plinii hiſtoria naturali maxima ex parte congeſtum et compilatum.

4. Cum *Mela* aliisque ſcriptoribus coniunctim ſaepe editus eſt: ſeparatim vero primum prodiit Venet. 1473. 4. magn. per Nicolaum Ienſon. — Eadem fere tempeſtate, abſque vlla nota, in 8. (*Romae* charactere romano rudi Ioannis Schurenneri de Bopardia,) ſaec. XV. in mai. 8. v. *Audiffredi* catal. editt. roman. ſaec. XV. pag. 385. et cel. *Morellum* ad Pinelli Biblioth. tom. II. pag. 365. Non multum poſt primam per Boninum Mombritium, — de mirabilibus mundi ſine nota loci, anni, et typographi. 4. probabiliter *Mediolani.* v. *Saxii* Hiſtor. litter. typogr. Mediolan. pag. 509. coll. p. 147 ſq. et *Hamberger* l. mem.— *Parmae*, Andr. Portilia. 1480. 4. paru. — *Venet.* 1498. 4. — *Brixiae*, ex recenſione *Bartholini Atrienſis.* 1498. fol. Conf. *Freytagii* Adparat. litter. tom. I. pag. 121. ſq.) — *Bononiae* 1500. 4. eſt critica edit. — cum *Vibio Sequeſt.* Piſauri, impreſſ. ab *Hieronymo*

Soncino, (quem, conlatis IV. exemplaribus antiquiſſimis, diuerſa ab exemplari Veneto, legiſſe ait *Goboardus Turcellanus* in epiſtola calci ſubnexa.) 1512. fol. — *Paris*, apud *Iodoc. Badium Aſcenſium*, (qui in epiſtola praemiſſa, multa a ſe ſanata, reſecta correctaque eſſe, profitetur.) 1512. — recus. *Spirae*, 1515. 4. (v. *Freytag*. l. mem. tom. II. pag. 1376 ſq.) —

Multis locis textum *Solini* emendatum dedit *Io. Camers*; cuius duplex exſtat editio; *Ioannis Camertis*, Minoritani, — in *C. Iulii Solini πολυίστωρα enarrationes.* Additus eiusdem Camertis Index. — Viennae Auſtriae, per Io. Singrenium. 1520. fol. (v. *Denis* Merkwürdigk. der Garelliſchen Bibliothek, pag. 271. et eiusdem Wiens Buchdruckergeſchichte pag. 211 ſq.) tum ex *Camertis* recenſione, *Solinus* ſine commentario. ibid. eod. anno. min. 4. (v. *Denis* Wiens Buchdruckergeſchichte. pag. 212.) — Prior edit. Camertis repetita eſt, addito *Pomponio Mela*, Baſileae apud Mich. Iſengrin. et Henr. Petri, 1538. fol. (v. *Freytag*. l. m. tom. III. pag. 649 ſqq.) —

Nouam textus recenſionem ex antiquis Burdegalenſium Dominicanorum codicibus fecit et ita reſtitutum eſſe *Solinum* ſcripſit *Vinetus*, vt nunc primum natus et editus videri poſſit. Accedunt indices tres, in quibus multa monuit de varia ſcriptura, nonnulla etiam explicuit,

plicuit, dum exemplaria conferret *Elias Vinetus.* Pictauis. 1554. 4. —

Nouam editionem poſtea concinnauit e cod. Lipſii, *Martin. Anton. Delrius*, (qui Camertem, quem tamen ſaepe ſequitur, crebro vituperat; at quoque a *Salmaſio* reprehenditur ad Solinum p. 182. et nulla laude dignus habetur,) Antwerp. 1572. 8. — *Dionyſii Alex.* et *Pompon. Melae* ſitus orbis deſcriptio, *Aethici* a Coſmographia, *C. I. Solini* Polyhiſtor — in Solinum emendationes Martini Antonii Delrio. Excudeb. Henr. Stephanus. 1567. fol. min. — *Sol.* ex Delrionis caſtigatione, cum Mela Aethicoque. Lugd. Batau. 1646. 12. — a *Iac. Graſſero*, Baſileenſi, ex codd. msst. et editis emendatus, et hiſtoriis ſimilibus ac diſſimilibus illuſtratus. Geneuae. 1605. 8. Paris. 1621. 12.

Optime autem de Solino meritus eſt *Salmaſius* in Plinianis exercitationibus in Caii Iulii Solini Polyhiſtora — Paris. 1629. Tom. I. II. recus Traiect. ad Rhen. 1689. Fol. Alteri huic editioni, a *Samuele Pitiſco* multa cura diligentiaque correctae, acceſſerunt Salmaſii de Homonymis Hyles Iatricae exercitationes antehac ineditae, nec non de Manna et Saccharo: quibus acceſſionibus factum eſt, vt priori Pariſinae, admodum rarae, haec poſterior praeferretur. Theſaurus eruditionis vt immenſae, ita perquam confuſae, ineſt his exercitationibus. Tres Heidelbergens. duoque

 Paris.

Paris. codd. contulit, habuitque excerpta VI. codd. — Nouiſſima eſt editio — e rec. Cl. Salmaſii, accurante *M. Andrea Goezio* Lipſiae, (Noribergae) 1777. 8. min.

5. Multa congeſſit non ſine plagii ſuſpicione, nec trutina rationis vbiuis adhibita: ſaepius enim ne Plinii quidem mentem adſequutus eſt; ſtilo vero nimium adfectato, inculto, atque vltimam linguae romanae aetatem prodente vſus.

6. *Dan. Guil. Molleri* diſſ. de Solino. Altorf. 1693. 4. et *Salmaſii* Prolegomena ad exercitatt. Plinianas. — *Erneſti Fabricii* B. L. lib. II. cap. 13. tom. II. pag. 239. ſqq.

§. 17.

Coelius Apicius. *)

1. De eius vita fatisque nihil paene certum compertumque habemus.

2. Liſtero, cuius praefationem conferes, videtur fuiſſe Afer, qui medio 3. Saeculo vixit, *Coelius* cognominatus.

3. Sub eius nomine feruntur *de opſoniis et condimentis*, ſiue *arte coquinaria*, libri decem.

4. In

*) *Apicii* nomen non hominis, ſed argumenti popinarii notam et indicem eſſe, credunt *Voſſius* Inſtitut. orator. cap. XII. ſect. VII. *Liſterus*, *Fabric.* in B. L. lib. II. cap. 25. p. 365. ſq. et *Saxius* in Onomaſt. I. pag. 361.

4. In lucem editi ſunt Mediolani per *Blaſum Lancilotum* 1490. — ibid. per *Guilerm. Signerre* 1498. 4.*) — cum *Cenſorino* et *Suetonio* de claris rhetoribus. etc. Venetiis, per Bernardinum Venetum. ſ. a. 4.**) — *Apitii Celii* de re coquinaria libri decem. etc. Venetiis, per *Ioann. de Cereto de Tridino*, alias Tacuinum 1503. 4. de qua editione vberius diſſerit *Freytag* in Adparatu litterar. tom. I. p. 97. ſq. et obſeruat, lectiones huius editionis ſaepe differre ab iis, quas Liſterus reſcripſit. —

Nouam e MSto et de coniectura confecit editionem ſ. recenſionem *Albanus Torinus*: *Caelii Apitii* — de re culinaria libri X. recens e tenebris eruti, et a mendis vindicati, typisque ſumma diligentia excuſi. Praeterea *P. Platinae* — de tuenda valetudine. — — Ad haec *Pauli Aeginetae* de facultatibus alimentorum tractatus, *Albano Torino* interprete. Baſileae 1541. 4. (vide *Goetzii* Memorabilia Biblioth. Dresd. tom. I. pag. 394.) — recus. eod. anno Lugduni apud Gryphium. 8. — Eodem tempore in *Apicio* recenſendo verſatus eſt,

*) Hanc *Ioſ. Ant. Saxius* in Hiſtoria litt. typogr. Mediolanenſi pag. DCIV. ex Maittario, in Indice v. *Signerre* tantum nouerat.

**) Conf. cl. *Gemeiner's* Nachrichten etc. pag. 274. ſq. cui editio Mediolanenſis per Lancellotum ſuſpecta eſſe videtur. Neque *Ioſ. Ant Saxius* in Hiſt. litt. typ. Med. eius meminit, at varias ex illa edit. lectiones reddidit Bernhold.

eſt, et multa ex MSStis et ingenio feliciter emendauit et notis illuſtrauit *Gabriel Humelbergius.* Tiguri. 1542. 4. — cum annotationibus *Martini Liſteri* et notis ſelectioribus, variisque lectionibus integris Humelbergii, Casp. Barthii et variorum, Londini, 1705. 8. (rariſſima haec eſt editio, quod tantum priuatis ſumtibus 150. exemplaria typis exſcripta ſunt.) — cum notis *Liſteri* variisque lectionibus integris Humelbergii, Barthii, Reineſii, A. van der Linden, et aliorum, vt et variarum lectionum libello. Editio ſecunda, auctior et emendatior. (ab *Th. Ianſ. ab Almeloveen*) Amſterd. 1708. 8. — Nouiſſima nitidaque editio eſt cl. *Bernholdi*, Marcobreit excud. Io. Val. Knenlein 1787. 8. calci adhaerent Lectiones variantes collectae ex editione Blaſii Lanciloti: poſthaec Apicii collatio cum cod. Vaticano, ex edit. Amſtelodam. tum lectiones variantes ex adnotatt. Humelbergii deſumtae: denique lectiones differentes editionis Liſterianae ab Humelbergiana. Sequitur index ſ. clauis Apiciana.

5. Stilus eſt varius et conciſus: ſed coqui noſtri eius praecepta non ſequentur, nec dapes Apicii omnium palato erunt.

§. 18.

Thascius Caecilius Cyprianus.

1. An. 258 imperante Valeriano ſupplicio mortis adfectus eſt.

2. Afer

2. Afer fuit, et rhetoricam cum laude docuit. Atque poſtquam puram Soteros noſtri doctrinam ſectari coepit, ſummus tandem praeſul ſacer coetui Chriſtianorum Carthagine praepoſitus eſt. Vir erat diligens, ſuae aetatis facundiſſimus, nullius laboris impatiens, cautus, probus, et conſtans: dignitatis tamen epiſcopalis incontinens fautor ac defenſor. De Anabaptiſmo cum Stephano, praeſule Romanorum ſacro, habuit controuerſiam.

3. Scripſit *epiſtolas*, antiquitatum eccleſiaſticarum theſaurum; de idolorum vanitate librum; de vnitate eccleſiae; de oratione dominica; librum ad Demetrianum; de mortalitate; de opere et eleemoſynis; de patientia librum; de zelo et liuore; epiſtolam ad Fortunatum de exhortatione martyrum; teſtimoniorum libr. III. aduerſus Iudaeos; concilium Carthaginienſe; ſententias epiſcoporum LXXXVII. de haereticis baptizandis; (librum de ſpectaculis;) librum de laude martyrum. Alia perperam ei adſcribuntur.

4. *Cypriani* epiſtolae edit. peruetuſta ſ. l. et aliis notis *) — *Epiſtolae et opuſcula.* Romae

*) De hac editione, cuius typi valde ſimiles eſſe dicuntur iis, qui ſunt in Moguntina edit. Cic. de Officiis a. 1465. v. Catal. biblioth. Ducis de la Valliere, tom I. nr. 411. pag. 151. ſq. — Alia edit. vetuſtiſſima: *Incipiunt libri Caecilii Cipriani*, memoratur a doct. *Strauſſio* in Monum. typograph. Bibl. Rebdorf. pag. 50.

Romae 1471. e rec. Io. And. epiſc. Aleriens. 275. exemplaria tantum e prelo exierunt: de qua edit. vide *Goetzii* Memorab. bibl. Dresdens. tom. I. pag. 26. ſq. et *Audiffredi* Catal. edd. rom. ſaec. XV. pag. 72. ſqq. — *Epiſtolae*, per *Vindelinum Spirenſem.* Venetiis. 1471. Fol. In cl. *Schnizeri* erſten Anzeige der Kirchen-Biblioth. zu Neuſtadt an der Ayſch. (Norib. 1782. 4.) inter MSSta chartacea pag. 19. memoratur. *D. Caecilii Cypriani libri et epiſtolae*, ſine loco et anno. Incipit tabula materiarum MSta et additus eſt Epiſtolarum liber tertius cum multis aliis Cypriani libellis MSStis. 1470. continet 76. epp. Cypriani — *Epiſtolae* et *Opuſcula* — *Venetiis* per Lucam Venetum, 1483. fol. — *Libri et Epiſtolae catholicae*, ſine anni et typographi nota, F. (exeunte ſaeculo XV. forſan Baſileae, v. *Freytagii* Adparat. litterar. I. pag. 626. *Schnizer* l. m. part. II. pag. 21. ſq.) — *de fide catholica* contra Iudaeorum et gentilium errores. editio antiquiſſima, ſine l. et a. (v. cl. *Lengnichii* Beyträge etc. II. pag. 36.) —

Alteram edd. claſſem duxit *Deſiderius Eraſmus*, qui primus critica ratione tractauit contextum, alios Cypriani libellos ex vetuſtis exemplaribus in lucem protulit, et ſemouit ſpurios. Baſil. apud Frobenium 1520. fol. recus. ibid. 1521. fol. (v. *Hambergeri* Zuverläſs. Nachrichten, etc. II. pag. 599.) — Baſil. apud Heruag. 1558. fol. (de qua ed. vide

Goetz.

Goetz. l. m. p. 37. ſq. adde *Freytagii* Adpar. litt. I. pag. 626. ſqq. vbi de editt. Erasm. et Cypriano diligenter agitur.) — Textus ab Erasmo concinnatus, eſt repetitus, Lugduni apud Seb — Gryphium 1550. 8. II, voll.—

Paullus Manutius Romae 1563. fol. et *Wilh. Morellus* in ſuis edd. quoque auxerunt numerum libellorum Cyprianeorum. — Quo facto *tertiam* condidit *Iac. Pamelius*, qui *Cypriani Opera* recognouit, edd. Manutii et Morelli cum exemplaribus vetuſt. contulit, doctas adiecit adnotatt. et vitam Cypriani ex eius ſcriptis collectam. *Editio altera*, priori caſtigatior. III. tom. Paris. apud Sebaſt. Niuellium 1603. F. (v. *Goetz.* l. m. pag. 38. ſq.) — *Nic. Rigaltius* denuo ad codd. fidem recognouit docteque explicuit *Cypriani opera*, (neque tamen ſuae eccleſiae aſſeclis ſatisfecit, ſed eorum potius bilem mouit,) Paris. 1648. fol. — *Rigaltii* tamen editio cum illius adnotatt. Pamelii et aliorum commentariis repetita eſt; accedunt *Min. Felicis* Octauius, *Arnobii Afri* aduerſus gentes libri VII. *Iulii Firmici Materni* de errore profanarum religionum, *Commodiani* inſtructiones aduerſus gentium deos: cum Rigaltii notis integris et variorum commentariis. *Ph. Priorius* argumenta et notas in libros omnes de nouo adiecit. Paris. 1666. fol. (v. *Goetz.* l. m. pag. 39.) — Multos poſtea codd. et edit. Venet. 1471. contulit atque egregiam curauit editionem *Io. Fell*, epiſcopus Oxonien-

nienſis. — Opera per *Iohann. (Fell.)* — Accedunt Annales Cypriani — per *Iohan. (Pearſon)* Oxon. 1682. et Bremae 1690. Fol.

Quartam condidit aetatem atque optimam reliquit edition. *Steph. Baluzius* — *Cypr. Opera* — ſtudio et labore *Baluzii*. Abſoluit poſt *Baluzium*, ac praefationem et vitam S. Cypriani adornauit vnus ex monachis Congregationis S. Mauri (*Prudentius Maranus.*) Pariſiis 1726. Fol. — repet. Venet. 1728. — De idolorum vanitate liber cum *Minucii Felicis* Octauio a Cellario aliisque editus eſt. — *Cypriani* et aliorum quorumdam ad ipſum vel in ſimili cauſſa ſcriptae epiſtolae LXXXIII. editae ſtudio *Lucae Friederici Reinharti*. Altorfi 1681. 4. — *Exhortatio ad poenitentiam*, cum notis *Io. Chryſoſt. Trombellii*, inter Trombellii opuſcula vet. Patrum Latinorum, Bonon. 1751. 4. pag. 3. ſq.

Cypriani carmen ad Felicem ex cod. Corbeyenſi, qui vltra ann. 900. cenſetur, in *Martene* collectione vett. ſcriptor. tom. IX. nr. I. ſed id vel ſuppoſititium eſt, vel ab alio Cypriano profectum. — *Cypriani paſſionum hiſtoria*, ab eius Diacono, Pontio, ſcripta contra Rigaltium acerbe defenditur in Actis Sanctorum, mens. Martii, Antwerp. 1684. fol. vol. I.

5. In tradendis praeceptis quaedam habet ſingularia; molliori autem atque elegantiori ſtilo vſus eſt, quam *Tertullianus*.

6. *Io.*

6. *Io. Pearſon* annales Cypriani, praef. Felli ed. — Litteras S. Firmiani Papae I. de non iterando haereticorum baptiſmo *Rug. Miſſorius* in diſſ. criticis Venet. 1733. fraude Donatiſtarum fictas eſſe arbitratus eſt, cuius tamen argumenta refutarunt *I. G. Walchius* in diſſ. quadam Ien. 1738. habita, et *Io. Henr. Sbarelea* in libro ſingulari. Bonon. 1741. 4. — *Henrici Dodwelli* diſſ. Cyprianicae. Oxon. 1684. 8. — Vindiciae, quibus Firmiani et Cypriani Epiſtolas aduerſus Stephani I. Papae decretum de haereticorum baptismo, nec falſas, nec ſuppoſititias eſſe, firmis probatur argumentis contra Raymundum Miſſorium auctore M. G. G. P. O. Franc. et Lipſ. 1743. 4. — Acta inter *S. Cyprianum* et Stephanum in disceptatione de haereticis baptizandis collecta, vindicata et animaduerss. illuſtrata, edita a *Fried. Eberhardo Boyſen.* Lipſiae et Quedlinburg. 1762. 4. — Num *Cyprianus* editus ſit per Vdalricum Gallum et Nicol. de Luca. Romae. 1474. fol. penes Loeſcherum, illam editionem nominantem, ſit fides, nec certi quid dicere poteſt *Audiffred.* in Catal. etc. pag. 149. — Vitam *Cypriani* gallico ſermone enarrauit *Dom. Gervaiſe.* Paris. 1717. 4. v. Acta erudit. Lipſ. 1718. p. 298. — *Epiſtolas* gallice vertit cum notis hiſtoricis etc. *Lenfant.* Amſtel. 1688. 8. — anglice *Marshal,* Londini, 1717. v. Acta erudit. 1718. pag. 145. ſqq. — adde *Saxii* Onomaſt. I. p. 368. ſq. *Fabricii* B. L. mediae et infimae aetatis, ed.

Io. Dominici Manſi. tom. I. pag. 443. ſq. *Io. Fabricium* in Hiſtoria biblioth. Fabricianae, tom. I. pag. 164. ſqq. *I. G. Walchii* biblioth. patriſt. pag. 37. et pag. 418.

7. Adiungi poteſt *B. Marcus*, Leontinus Monachus. a. 253. conf. *Mongitoris* Biblioth. Sicul. tom. II. pag. 31. ſq.

§. 19.

M o d e s t u s.

1. Sub imperatore vixit Tacito, circiter an. 275.

2. Imperatoris *Taciti* iuſſu ſcripſit *de vocabulis rei militaris librum*, qui ſi genuinus eſt.

3. — cum Ciceronis de natura Deorum libr. III. de diuinatione etc. Venet. per Vindelin. Spirenſem (1471.) — *Modeſti* libellus de vocabulis rei militaris ad Tacitum Auguſtum. Impreſſus *Romae*, per Eucharium Frank, alias Silber, 1487. cum *Vegetio*, *Aeliano* de inſtruendis aciebus a Theodoro Theſſalonicenſi latine facto, et *Sexto Iulio Frontino*, quibus in vnum volumen colligatis epiſtola Io. Sulpitii, Verulani, praemittitur. v. *Audiffredi* Catal. edition. roman. ſaec. XV. pag. 278. ſq. — *iidem, ibidem*, per eumdem Eucharium Silber, alias Frank. 1494. 4. v. *Audiffred.* pag. 329. ſq. — *In hoc volumine continetur* (Modeſtus) *de re militari*, (Pomponii Laeti) *de magiſtratibus vrbis et ſacer-*

ſacerdoti et de legibus, libri. (Romae) ſ. a. et reliquis notis. mai. 8. v. *Audiffred.* p. 392. — *Sextus Iul. Frontinus* — de re militari. — *Flau. Veget.* de re milit. *Aelianus* de aciebus inſtruendis. *Modeſti* libellus de vocabulis rei militaris: Bonon. 1496. fol. v. *Gemeineri* Nachrichten etc. pag. 239. ſq. — inter veteres de re militari ſcriptores. Veſaliae, 1670. 8.

4. Stilus eſt putidus.

5. Diuerſus eſt a *Iulio Modeſto* grammatico, apud Suetonium de illuſtr. Grammaticis. cap. 20. v. *Saxii* Onomaſt. I. pag. 374.

§. 20.

Aelius Spartianus.

1. Vergente ſaeculo tertio vixit, poſt a. 291.

2. Primus fuit ſcriptorum hiſtoriae Auguſtae, et Diocletiano familiaris.

3. Ex vitis, quas promiſit, ſuperſunt vitae Hadriani, Aelii Veri, Didii Iuliani, Seueri, Peſcennii Nigri, Antonini Caracallae et Antonini Getae. Vitae tamen Caracallae et Getae a Dodwello in Praelect. Cambd. Prael. prooem. I. Iulio Capitolino adſcribuntur.

4. *Auguſtae hiſtoriae ſcriptores ſex* iunctim edi ſolent. Quare editiones hic recenſebimus potiores et antiquiores; quarum nonnullas iam ſupra in Prolegom. §. 4. plures vero in Introductione in Notitiam litterat.

Rom. vol. I. Proleg. pag. 76 ſq. et in Analect. pag. 398. ſqq. et vol. II. pag. 477. laudaui. Curate recenſent edd. cl. editores Bipontini in Notitia litteraria praemiſſa. *Principem* laudat *Salmaſius*, Mediolani. 1465. de cuius anni notatione, quum praeter Salmaſium nemo hanc viderit editionem, iure dubitant *Hambergerus* in zuverläſsig. Nachrichten. tom. II. pag. 604. atque *Erneſti* in Fabricii B. L. tom. III. pag. 98. ſq. et putant, eſſe editionem *Mediolani* MDLXXV. fol. III. voll. cuius titulus: *In hoc codice continentur C. Suetonius Tranquillus de XII. Caeſaribus, Aelius Spartianus, Iulius Capitolinus, Aelius Lampridius, Trebellius Pollio, Flauius Vopiſcus, Eutropius et Paullus Diaconus, de regum ac imperatorum roman. vita.* vide edit. Bipont. in notitia. pag. 26. ſq. *Saxium* in Hiſtor. typogr. litteraria Mediolanenſi, Proleg. c. 3. pag. 87. ſq. vbi principem edit. adſignat anno 1465. vnius Salmaſii teſtimonio aut errore fretus, quod etiam repetit vberius pag. 557. et 559. in Catal. edd. Mediolanenſium.

Idem *Saxius* diſſerit in Catal. p. 562. de vera *prima* Mediolanenſi edit. 1475. III. part. per Philippum de Lauagnia.*) — *Iidem* ſcriptores Venet. 1480. et 1489. per Bernardinum Nouanienſem, atque ibid. 1490. et 1499. per *Io. Rubeum.* —

Alteram

*) Vberiorem huius editionis notitiam dat cl. *Gemeiner* in Nachrichten etc. nr. 12. pag. 21—25.

Alteram aetatem auſpicatus eſt *Egmatius* in editione *Aldina*, Venet. 1517. 8. — rec. Florent. apud heredes Phil. Iuntae 1519. 8. — et auct. apud *Aldum*, Venet. 1519. 8. — cum *Suetonio* et reliquis ſcriptoribus hiſt. auguſtae, e cod. Morlacenſi et edd. Aldinis correct. cura *Des. Erasmi.* Baſil. apud Io. Frobenium. 1518. fol. — repet. (ſine Erasmi praefat. et ſylloge variarum lect.) Coloniae, in aedibus Eucharii Ceruicorni. 1527. fol. — emendatiores, et *Ammiano Marcellino* aucti — Baſil. in offic. Froben. 1533. fol. — accedente *Velleio Paterculo.* Paris. apud Robert. Stephan. 1544. 8. et ſaepius. vide quoque *Velleium Paterculum* et *Suetonium*.

Tertiam claſſem duxit *Iſaacus Caſaubonus*, qui *ſcriptores hiſtoriae auguſtae minores ſex* multo emendatiores edidit, et adiecit librum emendationum et notarum doctiſſimum. Paris. 1603. 4. — ſucceſſit *Ian. Gruterus*, qui *Hiſtoriae auguſtae ſcriptores latinos minores* — *Florum*, *Velleium Paterculum*, *Suetonium*, *Aelium Spartianum*, *Capitolinum*, aliosque, ex optima cuiusque editione comparatos confirmatosque ad codd. Manuſcriptos bibliothecae Palatinae etc. cum notis edidit. Hannouiae. 1611. fol. — *Hiſtoriae Aug. ſcriptores VI.* denuo ex veteribus libris recenſuit et librum notarum atque emendationum doctiſſimum, nec non notas, atque notas Caſauboni adiecit *Claudius Salmaſius.* Paris.

1620. fol. — repet. Londini per Rich. Twisden. 1652. fol. — Tum prodierunt, at male omiſſis praefationibus triumvirorum vtilibus atque indicibus locorum ex aliis ſcriptoribus multis emendatorum, atque explicitorum, ex officina Hackiana. — cum integris notis *Iſaaci Caſauboni*, *Claudii Salmaſii* et *Iani Gruteri*. tom. II. Lugd. Bat. 1671. 8. — cum notis *Vlrici Obrechti*. Argentor. 1677. 8. — *Iulii Capitolini Antoninus Geta* cum notis integris *Iſaaci Caſauboni*, *Iani Gruteri*, *Claudii Salmaſii* et *editoris*: Cuius accedunt de eodem imperatore, et de icuncula quondam M. Regis Alfredi diſſertationes. Iſcae Damnoniorum 1714. 8. (editor eſt *Wilhelm Musgrave*) — *Hiſt. Aug. ſcriptores VI.* cura *I. P. Schmid.* cum praef. Püttmanni, Lipſiae, 1774. 8. — Biponti 1787. 8.

5. Confuſus eſt et in notatione temporis et rebus narrandis: in repetitionibus earumdem rerum ineptus; ſtilus eſt inelegans, humilis atque neglectus, ſine vllo verborum delectu. Hiſtoriam Caeſarum, non eorum imperii, enarrat.

6. *D. G. Molleri* diſp. de Ael. Spartiano. Altdorf. 1687. 4. *Gottfr. Maſcouii* oratio de vſu et praeſtantia hiſtoriae Auguſtae in iure ciuili, cum notis Püttmanni, in *Maſcouii* Opuſculis iuridicis et philologicis, a Püttmanno editis. Lipſiae, 1776. 8. pag. 327. ſqq. — *Henr. Dodwelli* praelectiones academicae ad

initium

initium vitae Hadriani a Spartiano ſcriptae: acc. diurnorum vrbis e tabb. marmoreis fragmenta, cum notis. Oxoniae e theatro Sheldoniano 1692. 8. *Fabricii* B. L. tom. III. lib. III. cap. 6.

§. 21.

Claudius Mamertinus.

1. Circa an. 288. vixit.

2. Et imaginibus et meritis laudeque eloquentiae inſignis: diuerſus eſt ab alio *Claudio Mamertino*, qui vixit circiter ann. 361.

3. Duo panegyricos habuit in Maximinianum Herculeum.

4. Cum Panegyricis Plinii iun. reliquorumue coniunctim eduntur. Adde ſupra Prolegom. §. 4. et Introduct. in Notit. litter. rom. I. p. 59 ſqq. Editionibus Plinii, quibus addi ſolent, nunc praetermiſſis, reliquorum panegyrici primum per *B. Rhenanum.* Baſil. 1520. 4. promulgati ſunt. — Cum notis *de la Beaune.* Paris. 1677. 4. — e recenſione *Iani Gruteri*, cum ſuis, Laeuinei, Acidalii et Rittershuſii notis, Viennae Auſtriae 1694. 12. — cum annot. *Chriſt. Cellarii*, Halae, 1703. — cum notis *C. G. Schwarzii* doctisque *Wolfgangi Iaegeri.* Noribergae 1778. II. tom. 8. — *Chriſt. Gottlieb. Schwarzii* Obſſ. philologico - criticae ad panegyricum Cl. Mamertini Maximiano Auguſto dictum diſputat.

Altdorfii. 1739. et Spicilegium obſſ. ad eundem. ibid. 1740. — Eiusdem obſſ. ad *Cl. Mamertini* panegyricum genethliacum Maximiano Auguſto dictum. Altdorf. 1746. pars altera 1747. part. III. et IV. a. 1748. Textui ſubiectae ſunt obſeruationes.

5. Pro illius temporis ratione ſatis eleganter ſcripſit; nimium vero adulatus eſt.

6. *Mongitoris* Bibl. Sicula. tom. II. pag. 28. — *I. G. Walchii* diſſert. de panegyricis veter. in eius Parergis academicis, Lipſiae, 1721. 8. pag. 849. ſqq. at de ingenio atque virtutibus vitiisque ſcribendi panegyricorum Mamertini ac poſteriorum rom. curatius eruditiusque adhuc disputari poteſt. — *Longchampii* Entwurf einer gelehrten Geſchichte von Frankreich. a *Klotzio* edit. tom. I. pag. 160. — De altero *Mamertino* vide ibidem pag. 218. ſq.

§. 22.

ARNOBIUS.

1. Ineunte ſaeculo quarto coetum Chriſtianorum ornauit.

2. Sicca — Afer fuit: antequam ſuperſtitionem idolorum eiurauit, in patria docuerat rhetoricam, qua poſtea, tamquam validiſſimis armis, ad oppugnandam paganorum doctrinam, bene et feliciter vſus eſt.

3. Reliquit ſuae eruditionis luculenta teſtimonia, *diſputationum aduerſus gentes* ſ. vt

eſt

eſt in MSStis, *aduerſus nationes*, *libros VII.* — *Octauus* liber, qui in antiquiſſimis exemplaribus praeterea memoratur, eſt ille *Octauius*, quem a *Minucio Felice* conſcriptum ſupra indicauimus.

4. Primum typis exſcripti ſunt *Romae* (ſtudio Fauſti Sabaei, Brixiani) 1542. fol. Ita hoc anno 1542. in calce; *Romae in aedibus Franciſci Priſcianenſis, 1542.* praelo exiiſſe hanc editionem, teſtantur *Hamberger* in Zuverläſs. Nachricht. II. pag. 652. ſqq. vbi multus eſt de illa, *Maittaire* in Ann. typogr. III. pag. 334. (vterque autem adnotat, dedicationi ad Franciſcum I. regem Galliarum ſubſcriptum eſſe, *Romae e bibliotheca Palatina cal. Septembr. 1543. Priuilegium* vero obſeruat Hamberg. an. MDLXII. latum.) *Bure* in Bibliogr. inſtructive, Theol. n. 298. p. 228. et in Catal. Biblioth. Ducis de la Valliere, tom. I. p. 152. et alii.

— ex emendatione *Sigismundi Gelenii*, multa de coniectura audacius mutantis et interpolantis Baſil. 1546. 8. — ex bibliotheca *Theodori Canteri*, et cum eiusdem notis. Antwerp. 1582. 8. Canterus primus eſt, qui ſingulariter meritus ſit de Arnobio — — *Arnobii* . . . *M. Minucii Felicis* Octauius. Romana editio poſterior et emendatior. Romae, (curante et corrigente *Fuluio Vrſino*, qui emendationes Io. Bapt. Sighicelli, in primis Petri Ciaconii, nouae editioni parandae im-

mortui, partim in textum admiſit, partim in margine notauit.) 1583 4. — Bis bene meruit de *Arnobio* nouamque confecit recenſionem *Gebhard Elmenhorſt.* Prior editio inſcripta eſt: *Arnobii — libri VII. quibus acceſſit eiusdem argumenti dialogus M. Minucii Felicis Octauius. Geuerhard Elmenhorſt recenſuit et notis illuſtrauit.* Hanou. typis Wechel. 1603. 8. — Altera, a priore diuerſa, ad principem editionem et MSStos codd. caſtigata, cum adnotationibus, potiſſimum grammaticis, interdum hiſtoricis, et collectaneis variarum lectionum ſeparatim poſitis, inſcripta eſt: *Arnobii — libri VII. Gebhart Elmenhorſtius collatis diuerſis codd. recenſuit et obſeruationibus illuſtrauit.* Hamburgi. 1610. fol. — Interea ediderunt *Arnobium Godeſchalcus Stewechius* cum Electis. Antwerp. 1604. 8. et *Deſiderius Heraldus;* cuius praeſtans editio inſcripta eſt: *Arnobii . . . . libri ſeptem. M. Minucii Felicis Octauius. Editio noua, ad edition. roman. expreſſa, quibusdam tamen in locis e MS. reg. aucta et emendata. Des. Heraldi ad Arnobii libros VII. Animaduerſiones* (doctae, in quibus res et verba explicantur et paſſim alii auctores emendantur,) *et caſtigationes*: Paris. 1605. 8. Pag. 8. duo alios libros antiquos, quos conſuluit, laudat. — Cum Cypriano. Paris. 1666. v. §. 18. — cum integris omnium commentariis. Lugd. B. 1651. 4. et 1657. 4. Editor fuit *Salmaſius*, cuius maiorem commentarium obitus intercepit.

cepit. Inſunt autem in hac editione obſſ. Canteri, Stewechii, Elmenhorſtii et Heraldi. v. *Niceronii* Memor. virorum cel. tom. II. ex verſione germarica, pag. 420. ſq. et 425.

5. *Arnobius*, quod permulta ex antiquitate atque hiſtoria eruit explicuitque, Varro eccleſiaſticorum auctorum vocatur. In doctrina tamen ſacra tradenda ſaepe alucinatus eſt, rebus ſacris nondum recte initiatus. Scripſit enim hos libros, quod epiſcopus, antequam *Arnobius* in coetum Chriſtianorum reciperetur, publicum mentis bonae et ſincerae edere teſtimonium iuſſerat. Satis quidem habet eloquentiae, ſed inumeros quoque barbariſmos et ſoloeciſmos, atque orationem tumidam, aſperam atque incomtam.

6. *Ernſtii* notae ad Arnobium aduerſus gentes et ad B. Hippolyti libellos. Hafniae. 1726. 8. rarus lib. — *I. G. Walchii* bibliotheca patriſtica pag. 419. *Saxii* Onomaſtic. I. pag. 382. ſq.

7. Diuerſus ab eo eſt *Arnobius minor*, Gallus natione, circa an. 460. Semipelagianus. Scripſit commentarium in Pſalmos, editum ex recognitione *Deſid. Eraſmi.* Roterod. Baſileae ex officina Froben. 1522. fol. — Coloniae per Euchar. Ceruicornum. 1522. 4. (v. *Goezii* Memor. bibl. Dresd. tom. I. pag. 419.) — recens. auctum et emendatum per *Laur. de la Barre*, cum eiusdem *Arnobii* adnotatt. in Evangeliſtarum locos, in Bibl. P. P. maxima. Lugd.

Lugd. tom. VIII. p. 236. (ab Eraſmo enim adtribuebatur *Arnobio* maiori a Maddonato autem Fauſto epiſcopo.)

Eidem *Arnobio* minori vindicatur *Praedeſtinatus* ſiue *praedeſtinatorum haereſis* primum in lucem edita cura et ſtudio *Iac. Sirmondi*, Paris. 1643. 8. — ex edit. *Sirmondi*, cui ſubiuncta eſt eiusdem libri cenſura, in qua oſtenditur, nullam fuiſſe vmquam Praedeſtinatorum haereſin, auctore *Auvraeo*, (i. e. *de Barcos*) ſine loco impreſſ. 1645. 8. — *Altercatio cum Serapione de deo trino et vno, et duabus in Chriſto naturis*, Arnobio abiudicatur, edita primum cum notis *Franc. Feuardentii*, cum eiusdem Irenaeo. Colon. 1596. Lutet. Paris. 1675. fol.

Confer Hamberger Z. N. III. p. 197. ſqq. *Fabricii* B. L. med. et infim. aetat. tom. I. pag. 138. ed. Manſii, *Saxii* Onomaſt. I. pag. 516. ſq.

§. 23.

VULCATIUS GALLICANUS.

1. Ante a. Ch. 303. vixit.

2. Senator erat Romanus.

3. Deſcripſit *vitam Auidii Caſſii*: quam tamen ad Spartianum auctorem pertinere cenſet cl. *Saxius* in Onomaſtic. vol. I. pag. 378. ita quoque in cod. Palat. tribuitur illa *Spartiano*: ſecus vero ſentit *Hamberger* in Zuverl. Nachricht. tom. II. pag. 657.

4. Edi-

4. Editur cum reliquis ſcriptoribus hiſtoriae Auguſtae.

5. Stilus exſanguis atque inelegans.

6. *Molleri* diſp. de illo. Altorf. 1699. 4.

§. 24.

TREBELLIUS POLLIO.

1. Circa a. C. 290. ſqq. atque id fere temporis cum Vulcatio vixit. v. cel. *Saxium* in Onomaſt. I. pag. 380.

2. Superſunt vitae Valeriorum, Gallienorum, XXX. tyrannorum et Claudii.

3. Editur cum Spartiano.

4. Stilus ſcatet vitiis, ſuae aetati communibus; terſior tamen, quam eorum, quibus Trebellius erat aequalis. Minus diligens fidusque fuit in cuſtodienda veritate hiſtorica, v. *Vopiſcum* in Aureliano cap. 2.

5. *Molleri* diſput. de eo. Altorf. 1689. 4. *Dodwell.* Praelect. Cambd. P. Prooem. V. *Hamberger* l. m. II. pag. 659. ſq. *Baudelot* explicatio loci cuiusdam, in comment. academiae reg. Paris. Inſcr. vol. II. pag. 353. ſqq.

§. 25.

EUMENIUS.

1. Medio circiter tertio ſaeculo natus, a. Chriſti 310. adhuc in viuis fuit.

2. Auguſtoduno — Aeduus erat. In patria ſua artem rhetoricam, quaſi hereditate quadam

dam ab auo, Athenienſi, qui Romam, et inde Auguſtodunum (hodie, Autun) non, vt quidam opinionis errore putarûnt, Cliuiopolin ad Rhenum, transtulerat domicilium, illaque orandi arte excelluerat, acceptam et docuit et exercuit, omnibus, praeſertim imperatori Conſtantio Chloro, ſic probatus, vt eum in aulam vocaret, munere litterarum ſecretarum ſcribendarum illi iniuncto; quem quidem imperatorem in expeditionibus comitatus eſt, quamquam ipſe ſtipendia numquam meruerat. Ab officio quidem ſe abdicans in rus ſeceſſerat: poſtea tamen rogatu et liberalitate imperatoris, cui incrementum gloriaque ſcholae Auguſtodunenſis valde curae fuit cordique, commotus, in patriam rediit ad priſtinum munus capeſſendum, et non ſolum fama ſui nominis atque diligentia; ſed ſingulari quadam virtute, liberaliſſimum ſalarium in vſum floremque ciuitatis illius litteratae conuertendo, famam ſcholae reſtituit atque amplificauit. Statua Eumenio poſita, vna cum inſcriptione eſt recentioris fabricae monumentum adulterinum. v. cel. *Saxii* Onomaſt. I. pag. 382.

3. Reliquit quatuor orationes pro reſtaurandis ſcholis Auguſtodunenſibus: Panegyricum Conſtantio Caeſari Treueris Auguſtodunenſium nomine, recepta Britannia dictum; panegyricum Conſtantio Auguſto dictum Treueris; Gratiarum actionem Flauenſium, ſ. Auguſtodunenſium Conſtantio Auguſto dictam: de

de quibus vide *Erneſti-Fabricii.* B. L. tom. II. pag. 425.

4. Cum aliis panegyricis iunctim eduntur: ſeparatim autem, *Eumenii*, rhetoris, oratio habita ad V. P. praeſidem Galliae pro Menianis Flauenſium, ſ. Auguſtodunenſium ſcholis inſtaurandis. Paris 1605. 4. — Separatim quoque editus eſt *Eumenii* Panegyricus Conſtantio Caeſari recepta Britannia dictus, acceſſit eiusdem rhetoris vita breuiter expoſita, Altorphii. 1716. 8. (cum notis eruditis *C. G. Schwarzii.*)

5. Satis eloquentiae habuit, atque acuminis in laudandis principibus; tamen non erat tam effuſus et prodigus in adulando, quam Mamertinus. Multa in orationibus ſunt meliori aetate digna; plurima tamen a virtutibus atque nitore veterum oratorum non fucato valde diuerſa eſſe, labi veteris eloquentiae et illius temporis hominumque ingenio eſt condonandum.

6. Vide *Longchampii* Entwurf (ad §. 27. laud.) pag. 163. ſq. *Hamberger* Zuverl. Nachricht. tom. II. pag. 660. ſqq.

§. 26.

Flauius Vopiscus.

1. Poſt an. Ch. 313. adhuc vitam egit.

2. Syracuſa ortus.

3. Admodum iuuenis a. Ch. 291. vitam Aureliani; deinde vitas Taciti, Floriani, Probi,

Probi, Firmi, Saturnini, Proculi, Bonoſi, Cari, Numeriani et Carini enarrare inſtituit, publicis ſcriptis vſus.

4. Editur cum Spartiano.

5. De eo idem paene dicendum, quod de reliquis, qui in eodem argumento verſati ſunt: nam quum, vt reliqui hiſtoriae Auguſtae auctores, ex actis publicis notitiam hauriret, ratione maſculae latinitatis parum habita, interdum vel ad nauſeam vsque oratione adfectata, lectio eius et ceterorum ad hiſtoriam cognoſcendam potius, quam ad nitorem elegantiamque latinae linguae, tum valde corruptae, perſpiciendum conducit.

6. *Molleri* diſp. de eo. Altorf. 1687. *H. Dodwelli* praelectiones Cambdenianae Prael. prooemii V. §. 5. *Mongitor* in Bibliotheca Sicula, vol. I. pag. 198. ſq. ſub v. *Flauius*. *Saxii* Onomaſt. I. p. 381.

§. 27.

Aelius Lampridius.

1. Ortus, parentes, reliqua fata in tenebris ſepulta ſunt. Graecus natione fuiſſe videtur Mollero. Circa a Ch. 324. floruit.

2. Sunt, qui arbitrentur, Spartianum et Lampridium vnum eundemque fuiſſe ſcriptorem, et Spartiani integrum nomen: *Aelii Lampridii Spartiani.* vid. §. 20. *Saxii* Onomaſt. I. p. 378. *Hambergeri* Z. N. II. p. 672.

3. De-

3. Deſcripſit vitas Commodi, Antonini Diadumeni, Heliogabali, atque Alexandri Seueri.

4. Dictio valde humilis et parum ſincera. vide ſupra Vopiſci titulum.

5. *Molleri* diſp. de eo. Altorf. 1688. *Dodwelli* praelect. Cambdenian. prooem. 2.

§. 28.

NAZARIUS.

1. Circiter a. Ch. 321. celebris fuit.

2. Natione Gallus, Burdigalenſis.

3. Imperatorem Conſtantinum et huius inos filios Romae publice laudauit.

4. Panegyricus iungitur reliquis veterum anegyricis.

5. Hiſtoriam ſuae aetatis egregie illuſtrat.

6. In Abbatis *Longchamp chronologiſchen ud critiſchen Entwurf einer Gelehrten Geſhichte Frankreichs von den aelteſten Zeiten s auf das 18te Iahrhundert: aus dem Franeſiſchen überſetzt. Unter der Aufſicht und it einer Vorrede des Herrn Geheimen Rath lotz.* Halae 1770. 8. vol. I. pag. 178. de azario quaedam traduntur. — *Saxii* Onoaſt. I. pag. 394. ſq.

§. 29.

LUCIUS CAELIUS (al. CAECILIUS) LACTANTIUS FIRMIANUS.

1. Floruit Diocletiani et Conſtantini temporibus; circa an. 325. mortuus eſſe creditur.

2. Italus natione fuiſſe plurimis videtur. In Africa ab Arnobio litteris inſtitutus eſt, in iisque tam felices progreſſus fecit, vt praeceptorem ſuum eruditione et orationis ſuauitate atque elegantia longe ſuperaret. Sub imperio Diocletiani Nicomediae in Bithynia, vbi artem tradere rhetoricam iuſſus erat, in paupertate vitam egit, donec Conſtantinus M. eius fidei et diſciplinae filium Criſpum concredidit

3. Ex monumentis elegantiſſimi eius ingenii ſuperſunt: De opificio Dei ad Demetria num liber vnus; diuinarum inſtitutionum libr VII. de ira Dei ad Donatum liber vnus Epitome inſtitutionum diuinarum ad Penta dium fratrem; de mortibus perſequutorum*) ad Donatum confeſſorem; ſympoſium; Car men de Phoenice, (quod ab aliis *Lactantio* ab negatur, aliique tribuitur;) de paſcha, carme ad Felicem Epiſcopum: carmen autem d paſſione Domini ei perperam adtribuitur.

4. *Lactantii inſtitutiones* primum formu lis typothetarum excuſae ſunt, 1465. fol. i monaſterio Sublacenſi, per Conrad Schweyn heim et Arnold Pannarz. Inſunt quoq *Lactantii libri de ira et opificio.* de rariſſim hac et, non quidem prima omnium in Ital

formu

*) De cod. Colbert. e quo in lucem prolatus eſt *Baluzio* et de controuerſiis inde ortis, vi *Daniel Maichelius* de praecipuis bibliothe Pariſiens. part. I. cap. 2. et part. II. cap. 4.

ormulis typographicis deſcriptorum librorum, ditione, at ſub initium typographiae italicae acta, plures viri docti egerunt: iis, quos octiſſimi editores Bipontini in notit. literar. e Lactantio iam adtulerunt, addi poſſunt *ure* in Bibliogr. inſtruct. Theolog. n. 291. in Catal. libr. Ducis de la Valliere, tom. I. r. 413. vbi plures antiquiſſimae Lactantii litiones recenſentur, in primis *Audiffredus* Catal. editt. rom. ſaec. XV. pag. 1. ſqq. ii etiam reliquas *editiones romanas* illius ſaeli recenſet, n. pag. 20. edit. a. 1468. fol. r Schweynheim et Pannarz, cui in fine acſſere *Lactantii* poematia de Phoenice et de ſchate; tum pag. 58. *Lactantii* Opera, diuin. inſtitut. libri VII. de ira dei lib. I. opificio hominis lib. I. carm. de Phoenice de Paſchate, nec dum autem epitome diui. . inſtitutionum, quam Veneta Vindelini mum exhibuit,) ex recognitione *Io. Andr.* ſcopi Alerienſis; (plane diuerſa ab editione ma) 1470. fol. — pag. 85. de ed. ſpuria iaque a. 1471. nil praeter inſcriptionem ulit. et pag. 150. ed. per Vdalric. Gallum Symonem Nicolai de Luca: emendante *gelo Cneo Sabino.* 1477. fol. —

Antea tamen *Lact. Opp.* lucem viderunt *etiis* opera Adami 1471. fol. (v. doctiſſ. orem Bipont. pag. XIV. ſq. et *Schelhorn* Amoenitatt. literar. vol. I. pag. 312. ſq.) — *och.* 1476. fol. — Alias illius et ſequentis

Nn 2 ſaeculi

ſaeculi edd. a *Goetzio* in Memorab. biblioth Dresdens. vol. II. faſc. II. pag. 225. ſqq. edi toribus Bipontinis, Bünemanno aliisque me moratas, omittam. adde *Goetz.* l. m. vol III faſc. I. pag. 4. notabo tantum edit. vet. *de re ſurrectione*, ſ. l. a. et typogr. in *Meuſelian* Hiſtoriſch. litterariſch. typograph. Magazir part. I. pag. 81. deſcriptam, et edit. ſ. an. e loco, *Lact. de phoenice vnica aue Arabiae car men.* v. cel. *Wernsdorf.* loc. infra laudando.

Aetate altera praeſtant edd. *Pariſinae* cr ticae cum *Egidii Delphi* annotamentis etc. pr *Io. Petit* bibliopola, 1500. 4. — repet. 150 1513. — *Veneta*, correctore *Io. Petro V leriano Bolzanio*, ſ. *Io. Pierio*, Bellunenſ per Io. de Tridino, cognom. Tacuinum. 150 fol. — rep. caſtigatius per *Ianum Parrhaſiu* impreſſ. per I. de Tridino etc. ibid. 1509. fc v. *Freytagii* Adparat. litterar. II. pag. 850. ſq Parrhaſium multarum correctionum, quas pl rimi Aldo aut Tuccio adſcribunt, iam fuiſ auctorem, Bünemann adfirmat. — *Floren* ex *Mariani Tuccii* recognitione. 1513. 8. — *Veneta* ſ. *Aldina* I. corrigente *Io. Baptiſ Egnatio*, 1518 8. — quam correctiorem variis lectionibus auctam reddidit *Andr. Cr tander* Baſil. 1521. 1524. 4. 1532. fol. — *Lactant. de opificio dei, per Deſid. Erasmu Roterod.* (e cod. vetuſto et ed. Aldina corr ctus et) *recognitus ſcholiisque* (ad capitis d mum II. finem vsque) Baſil. 1529. 8. —

Tert

Tertia aetas enata eſt nutritore *Honorato* *Faſietelio*, qui e MSStis Caſſinenſibus *Lactantii* ibros dedit multis in locis emendatos auctosue, *Venetiis*, apud Aldum. 1535. 8. Vtraue Aldina, praecipue poſterior, baſis facta ſt in plurimis, fere omnibus, vsque ad *Xyſtum Betuleium*, qui *Opera Lactantii* comnentario illuſtrauit, et, (e codice, an de conectura? incertum eſt,) lectiones praebuit ſinılares, interdum Aldinis meliores. Baſileae. 563. fol. —

Poſtea *quartam* aetatem auſpicatus *Mich. Thomaſius*, qui vſus duobus codd. Bonon. et ptem Vaticanis, plurimas lectiones illorum margine poſuit, in notis praecipuas defent, rarius reſcripſit, *Lactantii Opp.* ementa cum notis edidit Antwerp. ex officina antin. 1570. 8. — rep. ibid. 1587 8 —

Eximia eſt editio, quam adiutus a Cuiacio, mparatis codd. excudendam curauit: *Lantii Opp. — omnia ex fide et auctoritate rorum MSStorum emendata. — Io Torneſius.* Lugd. 1587. 8 min. ſ. 12. ſaepius retita. — Ad illuſtrandum et reſtituendum *Lactantium* plurima contulit *Ioſ. Iſaeus*, Caeıas, qui *Lactantii Opp.* (praeter carmina,) *mma diligentia recognita et non modo ex tiquiſſimis MSS. codd.* (duobus Bonon. et I. Vaticanis,) *ſed etiam ex doctiſſimis ſcriptobus emendata et notis illuſtrata* edidit Caeınae, 1646. fol. — rec. mutato tantum

 titulo,

titulo, Romae. 1650. — Criticis ob adlatas V. L. vtilis eſt editio *Seruatii Gallaei*, Lugd. Bat. 1660. apud Hackium etc. mai. 8. —

Opera ad fidem MSS. (quinque) *recognita et comment. illuſtrata a Thoma Spark*, Oxonii e theatro Sheldon. 1684. 8. Carmina ſunt excluſa: eſt edit. eclectica. — *Opp.* ad fidem codd. impreſſ. et MSS. (quorum lectiones variae ſunt praemiſſae,) Cantabrig. 1685. 8. —

Vltima aetas nobilitata eſt ſtudio *Cellarii, Heumanni*, in primis *Bünemanni*, atque *Io. Baptiſtae le Brun* ac *Nic. Lengleti du Fresnoy.* — *Cellarius*, ſex codd. MSS. multisque edd. vetuſtis collatis, probabilem dedit editionem, notis ſuis aliorumque excerptis ornatam. Lipſiae, 1698. 8. — cum notis criticis Thomaſii et Cellarii ſuisque edidit, collatis pluribus editionibus, *Chr. Aug. Heumannus*, qui quidem textum Cellar. vt plurimum ſeruauit, epitomen tamen integram ad MSS. Taurin. et Bonon. in textu emendauit, multasque adtulit coniecturas. Gottingae, 1703. 8. — *Lact. Opp.* — ad LXXX. et amplius MSS. codd. editosque XL. collata atque notis vberioribus illuſtrata, *a Io. Baptiſt. le Brun*, et, (illo mortuo,) *Nicol. Lenglet Dufreſnoy.* Tom. I. II. Lutet. Paris. 1748. 4.

Optima editio eſt *Io. Lud. Bünemanni* cum magno adparatu critico, et illius, aliorumque ſelect. notis, Lipſ. 1739. 8. — *Opera* — cum notis et diſſert. *Eduardi a S. Xauerio*, tom.

tom. XIV. Rom. 1755—1760. 8. qui Eduardus a Sancto Xauerio Adparatum ad nouam L. Coelii Firmiani Lactantii operum editionem vna cum praefatione generali et duabus diſſertatt. praecipuis in ſpecimen ceterorum antea ediderat, Romae. 1751. 4. — *Opera*, ad optimas edd. coll. praemiſſa notitia litterar Bipont. 1786. II. tom.

— *Epitome inſtitutionum diuinarum* ad Pentadium fratrem — ex antiquiſſimo bibliothecae regiae Taurinenſis codice recenſuit, lucique publicae dedit — *Chriſt. Matth. Pfaff*, Paris. 1712. 8. (qui initium ex bibliotheca Taurinenſi ſuppleuit.) — repet. emendauit et animaduerſſ. illuſtrauit *Io. Dauis*. Cantabr. 1718. 8. — Liber de perſecutione ſ. de mortibus perſecutorum cum notis *Steph. Baluzii*. Pariſiis, 1679. 8. et in *Baluzii* Miſcellaneorum libro II. p. 46. — Idem liber cum notis variorum cura *Paulli Bauldri* — Traiect. ad Rhen. 1693. 8. —

L. Cecilii liber ad Donatum Confeſſorem, de mortibus perſecutorum, hactenus L. Coelio Firmiano Lactantio adſcriptus, ad Colbertinum codicem denuo emendatus. Accedit diſſertatio, in qua de huius libri auctore disputatur. — Opera *Nicolai de Nourry*. Paris. 1710. recus. 1715. in eius Adparatu ad Bibliothec. max. Patrum etc. —

Sympoſium cum ſuis aliorumque notis illuſtrauit *Chriſt. Aug. Heumannus*, Hanouerae

1722. 8. — cum Phaedro, ed. Funccii, Rintelii, 1765. 8. — Carmen de reſurrectione cum notis *Chr. Aug. Heumanni*, in eius Poecil. Tom. III. lib. II.

Lactantii diuinarum inſtitutionum liber V ſiue de iuſtitia cum notis *D. Dalrymple de Hayles*, Esq. Edinburgi, 1777. — idem anglice vertit, notisque vberioribus, etiam criticis, inſtruxit librum *Lact.* de Mort. perſecut. Edinburgi, 1782. 8. —

Lactantii carmen de Phoenice, cum notis criticis Cellarii ac Bünemanni ſuisque doctis edidit, eruditam comment. praemiſit de illo carmine, et praecipue de eius editionibus, ſimul de *Firmiano Sympoſio*, (quod, examinatis Heumanni argumentis, abiudicatur Lactantio,) cel. *Io. Chriſt. Wernsdorf*, in Poetis lat. minor. tom. III. pag. 283. ſqq. — *Heumanni* ſententiam quoque refutauit *I. Frid. Heynatz*, Lycei Francof. ad Viadr. Rector, a quo vulgata ſunt: *Centum aenigmata vetera*, diu ſub *Sympoſii* poetae nomine circumlata, deinde a nonnullis, tamquam *Sympoſium a Lactantio*, edita: recenſuit, illuſtrauit atque praefatus eſt *M. I. Fr. Heynatz*. Francofurti ad Viadr. 1775. 8. Nec *Moshemio* placuit Heumanni ſententia v. Theſaurum epiſtol. Lacrozianum. tom. I. pag. 293—295. adde ibid. tom. II. p. 165. iudicium *I. Chr. Wolfii* de editione et opinione Nourisiana, lege ibidem tom. II. pag. 49. pag. 52. 103. et 105. —

Lactan-

Lactantii Inſtitt. germanice verrit *C. G. Hergt*, Rect. quondam Quedlinburgenſis Gymnaſii. Quedlinburg. 1787. 8. —

Lactantii Elegia de Phoenice, vulgo *Claudiano* adſcripta, cum curis ſecundis Nic. Heinſii, (qui vet. codd. comparauit,) et adnotationibus *Petri Burmanni*, ad calcem *Claudiani* a Burmanno editi, Amſtelod. 1760. 4. pag. 1033. ſqq.

5. Propter concinnitatem ſtili, elegantiam et puritatem verborum, atque orationis nitorem copiamque vocatur Chriſtianorum Cicero, cuius quidem ſtili virtutes imitando ſatis feliciter conſequutus eſt, ſi a quibusdam naeuis atque barbariſmis, iſta aetate in talique argumento vix euitandis, diſceſſeris. Atque vt elegantia et orationis flumine omnes patres eccleſiaſticos antecellit; ita a multis eorum acumine iudicii in confirmanda Chriſtianorum veritate, perſpicacia et ſapientia doctrinae ſalutaris longe ſuperatus eſt.

6. *I. G. Walchii* diatribe de Lactantio eiusque ſtilo, praef. eius editioni — *Bünemann* in Miſcell. Lipſiens. tom. III. Obs. 59. pag. 115. ſqq. — *Aug. Mariae Cardin. Quirini*, eiusque adnotatoris *I. G. Schelhorn* comment. in libro: de optimorum ſcriptorum editionibus, p. 47. in primis p. 74. ſqq. — *Walch* in Misc. Lips. III. obs. 72. pag. 334. ſqq. — *Io. Aug. Krebſii* diſſert. de ſtilo Lactantii Firmiani, Halae Magd. 1702. — *Io. Ge. Gerit* iudicia va-

 riorum

riorum ſuumque de Lactantio eiusque Theologia recenſet profertque in Specimine examinis Theologiae Lactantianae de Deo abſolute conſiderato, filio et Spiritu S. Viteb. 1723. 4. — *Ioach. Iuſt. Rau* diatribe hiſtorico-philoſophica de philoſophia Lactantian. Ien. 1733. 8. — *Longchamp: Entwurf einer Gelehrten Geſchichte Frankreichs* — tom. I. pag. 171. ſqq. — *L. C. Lactantius* de vero Dei cultu, critica cenſura illuſtratus, praes. *Georg. Caſpar. Kirchmayero*, diſp. *M. Io. Balthaſar Beyſchlag*. Witteb. 1690. — *Lactantius* de falſa ſapientia, philologica cenſura illuſtratus, diſp. *Kirchmayeri* Witteb. 1697. — Ad Lactantii cap. III. de falſa ſapientia, difficiliora aliquot paralipomena adnotamentis illuſtrata, diſput. *eiusdem.* ibidem 1697. — *Anthologia Lactantii Firmiani*, elegantiſſimas ſententias easque tam pietate, quam doctrina illuſtres complectens, ab *Thoma Becano.* Lugd. 1508. — *C. A. Heumanni* Epiſt. ad. M. I. G. Walchium de discrepantiis quibusdam ſcripturis L. C. Lactantii, in *XLV. Oefnung des neuen Bücherſaals.* 1715. nr. 6. — Anaxagorae dictum: *coeli et ſolis videndi cauſſa natus ſum*, inepte a Lactantio reprehenſum, in *Gundlingii* Obſeruatt. ſelect. tom. II. obſeru. 14. —

Freytag in Adparatu litterar. tom. II. pag. 850. — 868. recenſuit quasdam editiones vetuſtas rarasque, atque de Lactantio eiusque editoribus, praecipue Thomaſio, quem eumdem

cum

cum Michaele Thoma Taxaquetio fuiſſe probat, atque de editione rariſſima: *Lactantii Firmiani, carmen de reſurrectione dominica:* 4. ſ. a *Frankphordie* per Conradum B. eiusque auctore etc. docte copioſeque diſſeruit. — *Io. Fabricii* Hiſtor. bibliothecae Fabricianae, Wolfenbüttel. 1728. vol. I. pag. 175. ſqq. *Io. Dieterici Winkleri* philologemata Lactantiana ſacra, variis locis tum ſacri codicis illuſtrandis, tum Lactantii explicandis corrigendisque inſeruientia. Brunſwigae 1754. 8. cuius doctam praef. confer. — Variantes lectiones, a *Io. Michael. Heuſingero* deſcriptae e codice MSto Gothano Lactantii. Accedunt animaduerſſ. et Heuſingeri et Heumanni, in Parergis Gotting. tom. I. libr. 3. pag. 189. — *I. M. Heuſinger* obſſ. criticae in Lactantium, in illius Emendationum libris ab init. — Alios plures laudant *I. G. Walchius* in Bibliotheca Patriſtica, pag. 57. et 280. *Bünemann* in praefatione ad edit. ſuam Lactantii, *Saxius* in Onomaſt. I. pag. 386. ſq. et 590. — et *Hamberger* in Zuverl. Nachrichten. tom. II. p. 675. ſq. adde *Fabricii* B. L. mediae et infimae aetatis, ed. Manſi. tom. IIII. pag. 226 — 235.

§. 30.

Iulius Capitolinus.

1. Circiter a. 290. — 335. vixit. v. *Saxii* Onomaſt. I. p. 379.

2. Ro-

2. Romanus hiſtoricus.

3. Sub nomine eius feruntur vitae T. Antonini, M. Aurelii, L. Veri, Pertinacis, Albini, Macrini, vtriusque Maximini, trium Gordianorum, Maximi et Balbini.

4. Vide, quae de Spartiano dicta ſunt.

5. Confuſus atque inelegans ſcriptor eſt.

6. *Molleri* disput. de Capitolino. Altorf. 1689. 4. *Henr. Dodwell.* Praelect. Cambden. Pr. prooem 2. et. 3. *W. A. K. van Citters* ſpec. iuridic. ad Iulii Capitolini cap. X. M. Antonini philoſophi, Lugduni. Batau. 1776.

§. 31.

Gregorianus codex.

1. *Gregorius*, illius, vt ferunt, auctor, circiter an. Ch. 336. vixit.

2. Praefectus praetorio fuit ſub Conſtantino M.

3. Collectionis cuiusdam legum Romanorum auctor eſſe putatur: *Anianus* autem codicem Gregorianum in epitomen redegit, cuius fragmenta ſuperſunt.

4. A *Io. Sichardo* Baſil. 1528. Fol. et a *Iacobo Cuiacio*, Lugd. 1566. et 1586. — cum codice Theodoſiano edita ſunt; — et cum notis in *Ant. Schultingii* iurisprud. Ante-Iuſtin. Lugd. Batau. 1717.

5. v. *Hombergeri* Z. N. II. pag. 699. et p. 700. de *Hermogeniano*, ICto ſub filiis Conſtantini

ſtantini M. ac *Saxii* Onom. I. pag. 399. ſqq. qui etiam p. 400. quaedam notat de *Aurelio Archadio Chariſio*, ICto et praeſide Syriae, et de *Iulio Aquila*, ICto.

§. 32.

Nonius Marcellus.

1. Sub Conſtantino M. circa an. 337. vixit: verius tamen vixiſſe eum ſub exitum ſaeculi II. docet cel. *Saxius* Onomaſt. I. p. 335. ſq.

2. Latinus fuit Grammaticus, Tiuoli ortus.

3. Scripſit compendioſam doctrinam *de proprietate ſermonum.* Liber diſtinctus eſt in 19. capita.

4. Editus eſt primum 1471. Fol. *) Venetiis per Nicol. Ienſon 1476. Fol. — De edit. *Parmenſi*, cum Varrone et Feſto 1480. fol. et ed. *Mediolanenſi*, cum iisdem, per *M. Leonardum Pachel* 1510. Fol. v. *Goetzii* Memorabilia Bibliothecae Dresdenſis vol. I. pag. 459. — Induſtria *Hadriani Iunii.* Antwerp. 1565. 8. — cum *Fulgentio Planciade* de Priſco ſermone ex vetuſtis codd. emendatiores: accedunt doctiſſimorum virorum notae et variarum lectionum libellus. Pariſ. 1583. 8. — de proprietate

*) v. ſupra ad Varronem cap. III. §. I. nr. 4. et Prolegom. §. 4. de quibusdam Nonii editt. et ad §. 34. ſect. 4.

prietate ſermonum et *Fulgentius Planciades* de priſco ſermone, innumeris locis reſtituti et locupletati, adiectis in eosdem notis *Dionyſ. Gothofredi.* Paris. 1586. 8. Hic annus citatur in Biblioth. Pinelli, tom. III. nr. 7235. et ſic ex Catalogo biblioth. regiae Paris. B L. tom. I. pag. 38. adfert *Hamberger* in Z. N. II. pag. 705. libri titulum. At *Goetz* in Memorab. B. Dresd. I. pag. 460. editionem *Nonii Marcelli* cum reliquis grammaticis vett. latinis, (cuius orae Taubmannus notas adſcripſerat,) a *Dionyſio Gothofredo* curatam, (Geneuae) apud Guil. Laimarium, 1585. mai. 4. plenius deſcribit: — et inter eiusdem auctores L. L. Geneu. 1595. et 1602. 1622. — cum *Fulgentio* de priſco ſermone, (cum notis *Ioſiae Merceri*,) Sedani, (in aliis exemplaribus *Pariſiis*,) 1614. 8. Mercerus codice, qui Pariſiis cuſtoditur, et ex quo reliqui omnes deſcripti videntur, vſus eſt.

5. Philologo et critico, ob cuſtodita multorum veterum fragmenta, quae is ab interitu vindicauit, vtilis eſt libellus et neceſſarius.

6. *G. I. Voſſius* de Philolog. cap. 5. *Saxius* in Onomaſt. I. p. 336.

§. 33.

Iulius (Villius) Firmicus Maternus.

1. Medio ſaeculo quarto in viuis fuit.

2. Siciliam habuit patriam: e parentibus paganis ſuſceptus, in foro verſatus eſt. Deinde tradu-

traduxit animum ab erroribus profanorum ad veritates chriſtianas et agnoſcendas et defendendas.

3. Scripſit libr. VIII. matheſeos, in quibus de aſtrorum ſignificatione egit: deinde, poſtquam inter Chriſtianos nomen profeſſus eſt, de errore profanarum religionum.

4. — *Matheſeos* libr. VII. (ed. Peſcennio Franciſco Nigro) 1497. Fol. (v. illuſtriſſ. *Comitis de Reviczky* Bibl. graec. et latin. pag. 124. ſq.) — *Aſtronomicorum* libr. octo — in aedibus Aldi. Venet. 1499 Fol.*) — cum reliquis graecis et latinis Aſtrologis: recus. Rhegii Lingobardiae 1503. Fol. (rarum exemplar.) —

De errore profanarum religionum — nunc primum in lucem editus ſtudio *Matthiae Flaccii*, Illyrici. Argent. 1562. 8. — De errore — ex recens. *Ioan. a Wowero*, ex bibliopolio Frobeniano 1603. 8. — cum Minucio Felici et Cypriano ſaepe editus eſt hic libellus. — cum notis variorum, Roterodami, 1743. 8.

5. Recondita eſt vbique doctrina, eruditio et eloquentia, quae in ea illius aetatis barbarie ſplendeſcit, et Lactantii vbertatem aliquo modo refert. Magno animi ardore cauſſam Chriſtianorum a ſuperſtitioſis idolorum cultoribus

*) Conf. cel. *Scheibelii* Aſtronomiſche Bibliogr. Sect. I. p. 40. et 44. ſqq.

ribus defendit, et imperatores ad exſtirpandam illorum gentem valde adhortatur.

6. *Hambergeri* Z. N. II. p. 718. ſq. *Saxii* Onom. I. p. 401.

§. 34.

Sextus (al. Iulius) Pompeius Festus.

1. Medio aut exeunte ſaeculo quarto in inueſtiganda vocabulorum latinorum origine et ſignificatione operam et diligentiam poſuit praecipuam. v. *Saxii* Onom. I. p. 463.

2. Excerpſit et in compendium redegit Verrii Flacci libros de verborum ſignificatione, libr. XX. quos deinceps *Paullus Diaconus* iterum excerpſerat, ita vt unicum tantum Feſti MSStum, quod ſupereſſet, in Illyria reperiretur, ex quo omnes editiones ortae et concinnatae ſunt. v. ſupra cap. III. §. 9. *Verrius Flaccus.*

3. *Feſtus Pompeius* de verborum ſignificatione. Mediolani 1471. Fol. *) — *Venetiis*, per Ioan. de Colonia et Ioan. Manthem de Gherretzen. 1474. mai. 4. — per *Ioſeph. Scaliger.* Paris. 1575. 8. — Fragmentum ex codi-

*) v. *Saxii* Hiſtor. typograph. literar. Mediolanens. p. CXVII. *Pinelli* Bibl. tom. III. pag. 244 ſq. et 247. *Freytagii* Adparat. litter. tom. II. pag. 1397. *Hamberger* Zuverl. Nachricht. II. pag. 723. ſqq. de reliquis editionibus, et ad §. ſequentem, ſect. 4.

codice Farneſiano deſcriptum. Ex bibliotheca *Fuluii Vrſini.* Romae 1581. 8. et Florent. 1582. 8. et de verborum ſignificatione libri XX. cum notis *Dionyſii Gothofredi*, inter eiusdem auctores L. L. Geneu. 1602. — *Feſti et Marci Verrii Flacci* de verborum ſignificatione libr. XX. notis et emendationibus illuſtrauit *And. Dacierius.* Lutet. Paris. 1681. 4. recus. (a *Clerico*) additis Ioſephi Scaligeri, Fuluii Vrſini, et Ant. Auguſtini notis integris; cum fragmentis et ſchedis, atque indice nouo. Amſtel. 1699. 4. — *M. Verrii Flacci*, quae extant, et *Pomp. Feſti* de verborum ſignificatione ex biblioth. Auguſtini. vol. VII. *Operum A. Auguſtini*, Archiepiſcopi Tarrac. Luccae. 1772. fol.

4. Ad adcuratam linguae latinae et antiquitatis intelligentiam multum facit Feſti lectio.

§. 35.

Aelius Donatus.

1. Medio ſaeculo quarto temporibus Conſtantii imperatoris floruit. v. *Saxii* Onomaſt. I. p. 408.

2. Litteras docuit Romae et in magna fuit auctoritate.

3. Ad nos peruenerunt de litteris ſyllabisque, pedibus et tonis ars, ſiue editio prima; de octo partibus orationis,

editio ſecunda. Grammatica haec, inquit *Meermann* libro mox memorando tom. I. pag. 127. media vel infima aetate per interrogationes ac reſponſiones in vſum ſcholarum concinnata, ex antiquo *Donati* opere magnam partem excerpta fuit, vnde et huic *Donati* nomen adhaeſit. — Inſuper de barbariſmo, ſoloeciſmo, ſchematibus et tropis; atque commentaria in quinque comoedias Terentii adſcribi ſolent Donato.

4. *Donatus de octo partibus orationis*; cod. membran. eſt in Bibliotheca acad. Erlangenſi, cuius notitiam dedit cel. *Auguſtus Frider. Pfeifer*, collega mihi amiciſſimus, in: Beyträgen zur Kenntniſs alter Bücher und Handſchriften. part. II. pag. 227. Curiae Regnit. 1784. 8. — *Funccius* et *Fabricius* memorant editionem *Harlemienſem* principem, tabulis ligneis inciſam. De hac Harlemienſi editione, quae famoſum *Speculum Belgicum* anteceſſerat, copioſius agit *Meermann* in Originibus Typographicis, Hagae Comitum 1765. tom. I. pag. 126. ſqq. et alibi; et Donatum *typo* prodiiſſe *mobili*, pag. 130. monet. Praeter ea *editionem ſecundam* et *tertiam*, typis Laurentianis expreſſam, recenſet tom. II. pag. 107. 218. et frequentius, ac trium harum edd. ſpecimina aeri incidi fecit tab. II. IV. et VI. dein *Moguntinam* per I. Fauſt. 1450. *Meermann* libr. memor. tom. I. c. V. §. 16. et VII. c. I. de editione

Donati

Donati impreſſa tabulis ligneis Moguntiae ſub initium epochae egerat: at in indice tertio, qui varios libros ſaeculo XV. excuſos refert, „ſcripſeram, ait, VII. I. c. illius editionis ſupereſſe etiamnum tabulam ligneam in bibliotheca Huberiana Baſileae. Et certe tabula haec ad me proprietatis nunc iure peruenit. At charactere illius penitius examinato, dubito vehementer, an ad tantam aſſurgere antiquitatem poſſit, vt pro Moguntinenſi hac editione haberi debeat.“ Idem ille memorat tom. I. cap. V. §. 16. etc. *aliam Donati* editionem tabulae inciſam in Belgio. ſ. a. et loc. circa annum 1500. 4. *aliam*, ſine anno circa vel paulo poſt 1500. Moguntiae per Ioan. Schoeffer. 4. —

Donatus pro puerulis. Romae apud Arn. Pannartz et Conr. Schweynheym, 1465. v. *Audiffredi* Catalog. libr. ſaec. XV. pag. 1. *Cardin. Quirini* librum de optimorum ſcriptorum editionibus etc. cum nota Schelhornii, pag. 233. ſq. —

Rariſſima eſt editio, cuius adcuratam dat notitiam cel. *Lengnich* in: Nachrichten zur Bücher- und Münzkunde, part. II pag. 91. ſq. *Quae hoc libro continentur Nonii Marcelli Peripathetici ad filium de verborum proprietate compendium. Sexti Feſti Pompeii Fragmenta per ordinem Alphabeti. Marci terētii varronis de lingua latina libri tres. De analogia libri duo. Venundantur ab Egidio de Gourmont* —

Impreſſum Pariſiis in Bellouiſu per Ioannem Marchant, Anno dom. 1511. min. fol. — Editur cum aliis grammaticis. Venetiis. 1495. et ſaepius; atque inter *El. Putſchii* Grammaticos veteres. Hanou. 1605. 4. — Ars de octo partibus cum commentario Buſchii. Lipſ. 1511. 4. de aliis vett. edd. v. *Hamberger* Z. N. II. p. 729 ſqq.

5. Homo multarum litterarum fuiſſe videtur: eius vero libri incuria atque inſcitia deſcriptorum et vario vſu valde truncata ſunt atque interpolata.

6. *Donatus*, qui in Virgilium et Terentium commentaria concinnauit, *Tiberius* cognominatus, a noſtro discernendus eſt. conf. Terentium et Virgilium: de edit. *romana*; *Ael. Donati commentarii in V. Terentii Comoedias*, apud Conr. Schweynheym et Arnold. Pañarz. 1472. fol. v. *Audiffredi* Catal. etc. pag. 101. ſq.

7. Ad a. 360. referendum eſſe, ſuſpicatur cl. *Saxius* in Onomaſt. literar. tom. I. p. 414. ſq. *Auctorem incertum* Itinerarii, quod vulgo ſub *Antonini Aug.* nomine circumfertur, et ab aliis *Iulio Honorio*, ab aliis *Aethico* etc. tribuitur, ab aliis opus habetur, quod ſub primis Caeſaribus natum, poſthaec ducum militarium commentariis curſuumque publicorum mappis conſarcinatum fuerit, et ſubinde locupletatum. Optime editum atque illuſtratum eſt a *Petro Weſſelingio*, cuius praefationem de

de auctore atque editionibus conferes. Inſcriptio autem haec eſt:

Vetera Romanorum Itineraria, ſiue Antonini Auguſti Itinerarium, cum integris Ioſ. Simleri, Hieron. Suritae, et Andr. Schotti notis. *Itinerarium Hieroſolymitanum* et *Hieroclis* grammatici Synecdemus; Curante *Petro Weſſelingio*, qui et ſuas addidit adnotationes. Amſtelaed. 1735. 4.

Adde *Erneſt.* — *Fabricii* B. L. tom. I. pag. 171. ſq.

§. 36.

GREGORIUS, BAETICUS.

1. Circa an. 359. vixit.

2. Epiſcopus fuit Eluirae in Hiſpaniis itae, et Arianorum ſectae ſe fortiter oppoſuit.

3. Scripſiſſe creditur librum *de fide ad Gallam Placidiam*, cuius tamen auctor *Fauſtinus* aliis eſſe videtur: deinde librum eiusem argumenti.

4. *Gregorii* liber de fide, ſiue confeſſio, nter opera S. Gregorii Nazianz. Tom. I. — t inter opera *S. Ambroſii* edit. Bened. in apend. Tom. II. — *Gregorii* (ſ. Fauſtini) *ber* de Trinitate ſ. de fide, nunc primum ditus ſtudio Achillis Statii. Romae, 1575. . — recus. Colon. 1577. 8.

5. *Hamberger* Zuverl. Nachr. II. p. 736. *Fabricii* Biblioth. Lat. mediae et inf. aetat. III. ag. 98. ed. Manſi. *Saxii* Onom. I. p. 408.

§. 37.

Fabius (Laurentius) Marius Victorinus.

1. Aetas eius fere incidit in medium ſaeculum quartum, eumque a. circiter 370. e vita migraſſe, *Caue* opinatur.

2. Africa ortus, Romae artem rhetoricam, imperatore Conſtantio, omnibus ita probatus docuit, vt ſtatua in foro ei poneretur. v. *Hieronymum* in Chronico ad A. D. 355. Ingraueſcente ſenectute, ad rectiorem viam ſanamque doctrinam lectione S. S. reuocatus eſt.

3. Scripſit expoſitionem in libros duo Ciceronis de inuentione; de orthographia et ratione metrorum libr. IV. qui tamen diuerſi ſunt a libris de re grammatica, ſiue orthographia; de carmine heroico, et de ratione metrorum, quorum auctor in nonnullis MSS. *Maximus Victorinus* nominatur: alii tamen eumdem noſtrum eſſe *Marium* arbitrantur. v. *Saxii* Onomaſt. I. p. 407. ſq. — Verſionem iſagoges *Porphyrii* de quinque vocibus; de generatione verbi diuini, contra Arianum Candidum; de S. S. Trinitate libr. IV. contra eumdem *Candidum*; aduerſus Iuſtinum Manichaeum contra duo principia Manichaeorum; de principio diei; de trinitate, ſiue de homouſio recipiendo hymni tres; carmen de ſeptem fratribus Manichaeis, quod alii *Nictario*, alii *Victorino* Petauionenſi, martyrium

tyrium paſſo a. Ch. 303. (de quo v. *Fabric.* B. L. med. et infimae aet. tom. VI. p 295. ed. Manſi.) adſcribunt, alii *Hilario*, Arelatenſi.

4. *M. Fabii Victorini*, Rhetoris in rhetoricis Ciceronis. Mediolani per Antonium Zarottum, Parmenſem. 1474. fol. — In rhetoricis Ciceronis. *) Mediolani. 1509. — Inter rhetores antiquos Latinos *Pithoei*. Pariſiis 1599. 4. pag. 79. ſqq. et *Caperonerii*, Argentorati. 1756. 4. pag. 102. ſqq. —

De enunciatione litterarum, *orthographia et metris*, inter rei Grammaticae auctores Baſil. 1527. 8. — De orthographia et ratione carminum libr. IV. inter *Putſchii* Grammaticos veteres, p. 2450. quibus etiam pag. 1937. inſerti ſunt de re grammatica liber; de carmine heroico; de ratione metrorum commentarius —

Hymni tres de trinitate et de generatione diuini verbi, confutatorium Candidi Ariani, inter ſanctas reliquias duorum Victorinorum.— cum notis *Andr. Riuini.* Gothae, 1652. 8. — libri quatuor *de ſanctiſſima trinitate* aduerſus Candidum Arianum, qui dialectico more valde obſcuri notantur; Baſil. 1528. et in biblioth. patrum Lugdunenſ. tom. IV. pag. 253. —

*) v. ſupra, Ciceronem, et *Freytagii* Adparat. litterar tom. III. p. 64 — 69. vbi multus eſt de hac editione et de Victorino. item *Hambergeri* Zuverl. Nachricht. tom. II. p. 741 ſqq.

Liber *de generatione verbi diuini* aduerſus eumdem Candidum, vna cum Candidi epiſtola de hoc argumento: princeps editio *Iac. Ziegleri* cum illius in Geneſin et Exodum commentariis, Baſil. 1528. 1540. fol. — *de generatione verbi*, cum opuſculo Candidi ex codice Auguſtano, in *Mabillonii* Analectis, tom. IV. p. 155. — contra Iuſtinum Manichaeum et de principio diei, in *Iac. Sirmondi* operibus, tom. I. pag. 409. Paris. 1630. 8. antea in *Sirmondi* opuſculis dogm. veter.

5. Stilus eſt obſcurus, et Victorinus melior fuit rhetor, quam theologus.

6. *I. G. Walchii* bibliotheca patriſtica, p. 307. 407. et 441. *Fabricii* B. L. med. et inf. aet. vol. VI. pag. 294. ed. Mansi.

§. 38.

VINDICIANUS.

1. Poſt an. Chr. 364. immo a. 372. adhuc vixit. v. *Saxii* Onom. I. p. 433.

2. Apud imperatorem Valentinianum comes fuit archiatrorum, artisque ſalutaris laudem et magnam nominis gloriam adeptus eſt.

3. Eius epiſtola ad Valentinianum praefigitur *Marcelli* libro de medicamentis, et reperitur in Medicis antiquis. Venet. apud Aldum, 1547. fol. in veterum quorumdam ſcriptorum libris de materia et re medica ab *Andr. Riuino* editis, Lipſiae, 1654. 8.

4. *Fabricii* B. L. med. et inf. aet. tom. VI. pag. 301. ed. Mansi.

5. De

5. De *Marcello* medico empirico, Burdegalenſi, v. *Hamberger* Zuverl. Nachricht. III. p. 31. ſqq. qui eius aetatem confert poſt ann. Ch. 408. atque cl. *Saxium* in Onomaſt. I. pag. 442. qui aetatem illius adſignat a. Ch. 381. et quos illi laudant. Eius librum *de medicamentis empiricis, phyſicis et rationalibus* cum Galeni libris IX. latine factis edidit primus *Ianus Cornarius*, Baſileae in officina Froben. 1536. fol. —

§. 39.

MAMERTINUS.

1. An. Chr. 367. in viuis adhuc fuit. vide ſupra §. 21.

2. Diuerſus eſt a *Mamertino* ſeniore, de quo ſupra egimus. Apud Iulianum tanta valuit auctoritate atque abſtinentiae exiſtimatione, vt eum aerario, dein adminiſtrandis Illyriae Italiae Africaeque praeficeret, et a 362 ad conſulatum eueheret. Praefecturas illas retinuit ſub Valentiniano, tandem vero eſt peculiatus ab Auitiano incuſatus a. 367.

3. Supereſt panegyricus in Iulianum, qui cum aliis panegyricis, ſaepe indicatis, iunctim edi ſolet.

4. Non omni quidem laude defraudandus eſt panegyricus; ſuam tamen aetatem, minime elegantem ſapit.

5. *Fabricii* B. L. med. et inf. aet. tom. I. pag. 387. Manſi. *Hamberger*. l. c. p. 760.

§. 40.

Hilarius.

1. A. Chr. 368. obiit.

2. Gallo-Pictauienſis fuit natione. Erroribus paganorum repudiatis veram doctrinam et ſalutarem amplexus, tandem ob eruditionem, quae in eo multa egregiaque fuit, aliasque virtutes in patria ſummam in ſacris prouinciam nactus eſt, in qua adminiſtranda contra Arianos acerrimum ſe et conſtantem praeſtitit defenſorem purae rectaeque diſciplinae: nec eius cauſſam deſeruit, quum a. 356. factione Saturnini, epiſcopi Arelatenſis, patria multaretur, et poſtea circa a. 360. in patriam reciperetur. In interpretanda S. S. maiore, quam Origenes, vſus eſt cautione.

3. Scripſit commentarios in Pſalmos, non omnes, et Matthaeum: libr. XII. de Trinitate; Librum de ſynodis; reſponſionem apologeticam ad reprehenſores ſuperioris libri; epiſtolam ad Abram; Hymnum matutinum ad eamdem: librum I. ad Conſtantium: librum II. ad eumdem; librum contra Conſtantinum; libr. contra Auxentium, epiſcop. Mediolan. Fragmenta libri, in quo hiſtoria Ariminenſis et Seleucienſis ſynodi continebatur. Fragmenta alia. In adpendice nouiſſimae editionis ſunt quoque carmen in Geneſin, quod quidam Hilario Arelatenſi tribuunt; liber de patris et filii vnitate, qui ab alio ex Hilarii libris, ſecundo

et

et nono de Trinitate, excerptus eſt; Liber de eſſentia patris et filii, etiam ex libris de Trinitate excerptus; Confeſſio de Trinitate, quae vero *Alcuini* libris de trinitate additur. *Trombelli* Hilario quoque Epiſtolam ſiue libellum, (ſecus tamen ſentiente *Manſio* ad *Fabricii* B. L. med. et inf. aet. tom. III. p. 254.) et ſermonem de dedicatione eccleſiae adtribuit.

4. Libr. XII. de Trinitate primus edidit aliaque *Hilarii* Opuſcula, et Auguſtini lib. XV. de Trinitate adiecit *Georgius Cribellus*, Mediolani. 1489. v. *Saxii* Hiſt. typogr. litter. Mediolanenſem. pag. 320. ſq. — Opera complura *S. Hilarii* — Parrhiſiis in aedibus Aſcenſianis. 1510. Fol.*) — Opera per Eraſmum Roterodamum. Baſil. 1523. Fol. et auctiora ibidem 1526. 1535. 1550. 1570. — Opera, ſtudio Monachorum ordinis S. Benedicti e congregatione S. Mauri, (auctore *P. Couſtant.*) Paris. 1693. Fol. — Opera (ſtudio *Scipionis Maffei,*) Veronae 1730. II. voll. Fol. — Opera omnia recudi curauit D. *Franc. Oberthür*. Würzburg. 1785. voll. II. 8. cum introductione in vitam Hilarii. Fundus eſt edit. Pariſina Benedictinorum et Veronenſis Maffei. Ex illis edd. repetita eſt commentatio de ſcriptis Hilarii genuinis, dubiis et deperditis. —

S. Hi-

*) Conf. *Freytagii* Adparat. litterar. tom. I. pag. 636. ſqq.

S. Hilarii aliquot Pſalmorum interpretatio, hactenus inedita, e MSto Acquicinctenſi, in *Martene* Collect. veterum ſcriptorum tom. IX. n. 3. conſ. *Baumgarten* Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek. part. 32. pag. 134.) — Epiſtola, ſeu libellus et Sermo de dedicatione eccleſiae, Hilario tributus, cum annotationibus *Io. Chryſoſt. Trombelii*; cum *Cypriani* aliorumque P. P. latin. Opuſcul. Bononiae. 1751. 4. pag. 38.

Geneſis, cum notis *Georg. Fabricii*, in eiusdem Poetis vet. eccleſ. pag. 303. — *Geneſis* cum notis *Io. Weitzii*. Francof. 1625. 8.

5. Fuit vir doctus graecae linguae haud expers; rudis vero hebraicae. Stilus eſt horridus atque obſcurus, multaque docentur, quae a ſacris praeceptis valde recedunt. Vehemens erat contra aduerſarios. Origenis, nomine illius diſſimulato, Graeca in latinum transtulit ſermonem in Pſalmorum interpretatione, homiliis in Iobum, et commentariis in Matthaeum: quod iam notauit *Hieronymus*, (qui eum alioqui nominat *diſſertiſſimum et latinae eloquentiae Rhodanum*,) de ſcriptorib. eccles. cap. 100. ſub *Hilario* atque alibi, adde *Iac. Thomas* de furto literato pag. 207 ed. 2. Forſan Hilarius id eo fecerat conſilio, vt Origeniani nominis euitaret inuidiam. Neque allegoriis aeque indulſit, ac Origenes.

6. *Pet.*

6. *Pet. Couſtant* Vindiciae MSStorum codd. a Reu. P. B. *Germon.* impugnatorum, cum appendice, in qua *S. Hilarii* quidam loci ab anonymo obſcurati et deprauati, illuſtrantur et explicantur. Paris. 1706. cui reſpondit *Barthol. Germon*, ſoc. Ieſu presbyter, de veteribus haereticis, eccleſiaſticorum codicum corruptoribus. Paris. 1713. 8. *Couſtant* ſuam cauſſam defendit in Vindiciis veterum codicum confirmatis, in quibus plures patrum atque conciliorum illuſtrantur loci — — et quaedam Pyrrhoniſmi ſemina nouiſſime ſparſa reteguntur et conuelluntur. 1715. de qua controuerſia agitur in *Baumgartenii* Nachrichten von merkwürdigen Büchern. tom. IV. pag. 157. ſq. adde p. 155. — *Io. Fabricii* Hiſtor. bibliothecae Fabricianae, tom. I. pag. 180. ſq.

De Hilarii vita, ſcriptis, meritis a Petro Couſtante eiusque ſociis in praefatione edit. Benedict. copioſe agitur. conf. *Longchamp. Entwurf einer Gelehrten-Geſchichte Frankreichs.* tom. I. pag. 208. ſqq. *I. G. Walchii* bibliothecam patriſticam pag. 208. 307. 351. 440. 459. etc. *Hambergeri* Z. N. tom. II. pag. 761. ſqq. *Fabricii* B. L. lib. IV. cap. 3. vol. III. pag. 413. ſq. *Saxii* Onom. I. p. 403.

§. 41.

SEXTUS RUFUS.

1. Circa an. Chr. 369. floruit.
2. Vir erat conſularis.

3. Scri-

3. Scripſit *Breuiarium*, Valenti, (non, Valentiniano) inſcriptum de victoriis et prouinciis P. R. Sub eius quoque nomine libellus de regionibus vrbis Romae fertur.

4. Princeps editio eſt cum vitis quibusdam Plutarchi parallelis, latine factis, Cornelii Nepotis Pomponio Attico etc. ſine a. l. et typogr. nota, (ante a. 1470.) in qua ed. vocatur *Liber Ruffi Sexti.* — haud ita multo poſt iidem, auctiores, alio ordine, vbi nr. 50. comparet: *Incipit vita Ruffi Viri clariſſimi*, eſt vero *Breuiarium* etc. ſine l. a. et typogr. indicio. — Easdem vitas continet ed. Ienſoniana 1478. ſed ordine immutato: de quibus editionibus copioſe docteque diſſeruit *Io. Henr. Schlegel* in Obſſ. criticis et hiſtoricis in Cornelium Nepotem. Hauniae. 1778. pag. 28. ſqq. et primam ed. coniicit a Ienſonio circ. a. 1462. ſecundam autem paullo poſt Pariſiis eſſe typis expreſſas: quod quidem neque comprobare auſim, neque pernegare.

Sexti Ruffi V. C. Valentiniano (ſic) *Auguſto de hiſtoria romana libellus incipit.* Romae ſine a. et typogr. emendauit *Angelus Tiphernas.* v. *Audiffredi* Catal. editt. rom. ſaec. XV. pag. 387. — ex eiusdem *Angeli Tiphernatis* recenſione et cum eius praefat. *Romae* per Eucharium, alias Franck. 1491. 4. v. *Audiffredum* pag. 303. — *Ruffi Sexti Geſtorum romanorum liber.* Romae, per Stephan Planck. 1492. 4. v. *Audiffred.* pag. 308. — cum Aurelio

lio Victore de viris ill. de hiſtoria Romana ſ. a. 4. (Neapoli circiter a. 1471.) impreſſ. per Sixtum Rueſinger. — *Breuiarium rerum geſtarum P. R.* cum variis lectt. cod. MS. Brugis, ex offic. *Hub. Goltzii.* 1565. 8.

Deinde: cum commentatio Io. Cuſpiniani, inter huius opera, Francofurth. 1601. Fol. — Cum notis *Cellarii*; accedit libellus prouinciarum romanarum, ex ſaeculo, vt videtur, Theodoſiano. Cizae. 1678. 8. et Halae 1698. 8. — recus. cum adnot. *Hauercampii* in eiusd. Eutropio. Lugd. Bat. 1729. 8. — Breuiarium rerum geſtarum P. R. cum integris Sylburgii, Cellarii, Hauercampii, et ſelectis aliorum adnotationibus, et ſex codicum MSS. conlationibus recenſuit, ſuasque animaduerſiones adiecit *Henricus Verheyk;* cum eiusdem Eutropio, Lugd. Batau. 1762. 8. — de regionibus vrbis Romae liber cum Onuphr. Panuinii comment. de rebus rom. in Graeuii theſauro antiquitt. Rom. tom. III. — Opuſculum de regionibus vrbis Romae e cod. Vaticano promulgauit *L. A. Muratorius* in Nouo theſauro inſcription. tom. IV. pag. 2125. — Ex Thes. Graeuiano recudendos fecit *Sexti Rufi* libr. ſ. Breuiarium de regionibus vrbis Romae et *Publii Victoris* librum de regionibus vrbis Romae, *Georg Chriſtian Adler* ab initio libri: Ausführliche Beſchreibung der Stadt Rom. Hamburg. 1781. 4.

5. Ob

5. Ob argumentum, non propter ſtili elegantiam, laudem quamdam meretur.

6. *Molleri* diſſ. de S. Rufo. Altorf. 1687. 4. *Henr. Verheyk* praefatio — *Erneſti-Fabricii* B. L. III. p. 156. ſq. *Hambergeri* Z. N. 769. ſq. *Saxii* Onomaſt. I. pag. 429.

§. 42.

PUBLIUS VICTOR.

1. Aetatis et vitae nulla fit mentio. circa a. Chr. 389. v. *Saxii* Onomaſt. I. pag. 449.

2. Reliquit libellum de regionibus vrbis Romae.

3. — cum Mela apud Aldum, 1518. 8. — auctus et emendatus cum Onuph. Panuinii commentar. de repub. rom. Francof. 1597. ſub *Petri Victoris* nomine, in Graeuii Thes. antiqq. rom. tom. III. pag. 37. — Libellus prouinciarum romanarum et ciuitatum prouinciarum gallicarum, cum notis *Andreae Schotti et Laurentii Theodori Gronouii* in *Abrahami Gronouii* variis Geographicis, Lugd. Batau. 1739. 8. pag. 15—62. adde §. antecedentem.

4. Non antiquae eloquentiae rom. ſed antiquitatis ſtudioſis liber eſt vtilis.

§. 43.

LUCIFER.

1. A. Chr. 371. mortuus eſt in inſula Sardinia.

2. Epi-

2. Epiſcopus fuit Caralitanus Sardiniae, ſectaeque Arianorum ita infenſus, vt neque iram Conſtantii imperatoris neque vllum periculum metueret et propter ſeueritatem nimiam, a. Chr. 356. in exſilium miſſus eſt, ſed, mortuo Conſtantio, a. Chr. 363. reuocatus, Caput fuit ſectae, *Luciferani*, dictae.

3. Publicauit pro Athanaſio ad Conſtantium imperatorem libros duo; de regibus Apoſtaticis; de non conueniendo cum haereticis; de non parcendo in Deum delinquentibus; moriendum eſſe pro filio Dei; epiſtolas.

4. *Io. Tillius* edidit *Luciferi* opuſcula. Pariſ. 1568. 8. — Exſtant quoque in Bibliotheca P. P. maxima. Lugd. 1687. ſed loca ſcripturae ſacrae crebro correcta ſunt ad lectionem, quae eſt in Bibliis vulgatis ſic dictis. Meliorem curam ac diligentiam adhibuit in reſtituendo contextu *Gallandi*, in tom. VI. Biblioth. P. P. iisque, quae *Latinius* in Bibliotheca ſacro - profana, pag. 157. et 163. atque *de la Cerda* in Aduerſariis Sacris cap. 163. pag. 404. 414. ad emendandum textum in multis locis haud temeraria, neque inutili opera adtulerunt, bene vſus eſt: codicum tamen ſubſidio fuit deſtitutus. — *Luciferi, Epiſcopi Calaritani, Opera omnia, quae exſtant, curantibus Io. Dominico et Iacobo Coletis*, Seb. filiis, 1778. fol. Vſi ſunt cod. Bibliothecae Vaticanae, et codice Veneti P. D. cuiusdam: at parum noui aut praeclari

protulerunt ex illis. Addiderunt è cod. Milano *Luciferi profeſſionem fidei*, quod quidem opuſculum idem eſt, quod *Quesnel* olim ediderat ſub titulo: *Fauſtini*, Presbyteri, *fides miſſa Theodoſio imperatori.*

5. Vt mores; ita ſtilus valde durus atque aſperus. Neque ad hiſtoriam rerum, neque ad hiſtoriam dogmatum theologicorum multum valet auctor: id tamen praeſtat vtilitatis, vt, quae latina multorum oraculorum ſacrorum interpretatio ante Hieronymum fuerit, ex larga illorum commemoratione poſſit cognoſci. Verum priores editores, id, quod praecipuum fuerat, minus diligenter tractarunt.

6. *Erhard Andr. Frommann* de Lucifero, Calaritano olim Praeſule. Coburg. 1767. 4. rec. in *Muſei Caſimiriani* particula prima. Coburgi 1771. 8. pag. 299. ſeqq. — *Dominicus Colleti* in praef. ad edit. de ordine temporis, quo ſcripſerit Lucifer libellos eiusque vita non ſatis intelligenter egiſſe arguitur. — Papebroch in Actis Sanctorum, menſ. Maio, tom. V. Antwerp. 1680. parcit Lucifero, Rufinum potiſſimum ſequutus. — *Fabricii* B. L. mediae ac infimae aet. tom. IV. p. 282. ſeqq. ed. Manſii. *Hamberger.* Zuverl. Nachr. II. p. 774. ſqq. *Saxii* Onom. I. p. 404.

§. 44.

§. 44.

[Flavius] Eutropius.

1. Ante a. Chr. 375. adhuc vixit.

2. Parum certi de eo conſtat. Sunt, qui arbitrentur, Eutropium fuiſſe Conſtantinopolitanum: alii cum Suida Italum Sophiſtam eum fuiſſe credunt: auctores hiſtoriae litterariae Gallo-Francicae (Hiſtoire litteraire de la France) tom. I. part. II. et *Longchamp* in: *Entwurf einer Gelehrtengeſchichte Frankreichs*, tom. I. pag. 236. 237. ex Symmachi epiſt. 53. libr. 3. eum in Galliis natum eſſe, coniiciunt. Graecum fuiſſe illum cenſet cel. *Saxius* in Onomaſtico I. pag. 419.

3. Scripſit *breuiarium hiſtoriae Rom.* in quod, cuius metaphraſin graecam *Paeanius* concinnauit, *Paullus Wanfridus*, Diaconus Aquileienſis, ſuis addidamentis foedando opuſculum, valde iniurius fuit. His vero ſordibus eiectis Augaeum ſtabulum purgauit *Anton. Schonhou.* ſiue antea, vt *Fabricius* iam memorat, *Io. Baptiſta Egnatius*, 1516. (cuius vero editio admodum rara eſt.)

4. *Eutropius* hiſtoriographus et poſt eum *Paullus Diaconus de hiſtoriis Italicae prouinciae ac Romanorum*, cum *Terentio Varrone* de L. L. Romae. 1471. 4. v. *Hambergeri* Zuverl. Nachricht. II. pag. 788. at ſine Varrone commemorant illam edit. *Bure* in Catal. bibl. Ducis de la Valliere tom. III. p. 135.

et in Bibliograph. inſtructive, Hiſtoire, nr. 4840 atque *Audiffredus*, in Catal. ed. rom. pag. 86. ſq.

— cùm *Suetonio et ſcriptoribus Hiſt. Aug.* Mediol. 1475. v. ſupra *Suetonium* et cl. *Lengnich* Beyträge, II. pag. 80. etiam in Catal. Valleriano III. p. 154. nr. 4935. conſtat illa editio duobus voluminibus: ſic ſaepius editus eſt cum ſcriptor. H. A. aut cum Paullo Diacono, vt *Cracouiae*, curante *Michaele Coccinio*, 1510. 4. etc. At hae edd. nec non, in *Hiſtoria Miſcella* libri vndecim priores, hos Eutropii libros exhibent interpolatos a Paullo.

Verum huius Paulli interpolationes primus ſeparauit, *alteram* edd. Eutropii claſſem ducens, *Io. Bapt. Egnatius* ad calcem *Suetonii* Venetiis apud Aldum 1516. et 1521. 1524. 8. repet. ab Iunta, 1517. 8. et a Colinaeo ſaepius. Pariſiis.

Tertiam aetatem condidit *Antonius Schonhouius*, Canonicus Bruggenſis, qui e cod. Gandauenſi *Eutropium* dedit purgatum, Baſil. 1546. 1552. 8. Plures ſordes abluit *Elias Vinetus*, qui ex MSto Burdegalenſi *Eutropium* emendauit notisque illuſtrauit. Pictauiis. 1553. 8. — Propter notas hiſtoricas laudem meret non minus quam ob reliquorum repetitas adnotationes ed. *Eutrop.* — hiſtoriae rom. breuiarium ab vrbe condita vsque ad ann. MCIX. cum notis *Ant. Schonovii*,

Eliae

Eliae Vineti et *Henr.Glareani.* Baſil. 1553. 8. apud Oporin. 1559. 8. Lectio Eutropiani contextus ſic purgata et correcta, eſt in pluribus ſqq. editionibus et hiſtoricorum rom. corporibus repetita: etiam a *Paullo Merula,* qui, vſus cod. ſcripto Fr. Nanſii, edidit *Eutropium* vna cum *Paullo Diacono*, 1592. notisque Eliae Vineti ac Henr. Glareani auctum, etiam Lugduni. 1594. 8. —

Tum *Frid. Sylburgius Eutropii* Breuiarium edidit ſic caſtigatum cum notis ſuis in ſcriptor. Hiſt. rom. Francof. 1588. tom. I. pag. 555. at idem *quartam* aetatem conſtituit, cum in tom. III. ſcriptor. hiſt. graec. minor. pag. 63. ſqq. non modo primus e Bibl. Franciſci Pithoei vulgauit *Paeanii* metaphraſin graecam; ſed etiam addidit e regione latinum *Eutropii* textum e MS. Fuldenſi caſtigatum, Francof. ad M. 1590. —

Quintam aetatem inchoauit *Chriſtoph. Cellarius* et ad maturitatem perduxit *Henric. Verheyk.* — *Eutrop.* — cum metaphraſi graeca *Paeanii*, *Chriſtophor. Cellarius* recenſuit, notis atque indicibus locupletauit. Cizae. 1678. emendatius 1698. Ienae, rec. ibid. 1715. etc. optimas conſuluit edd. et varias lectiones calci editionis adiecit. — in uſum Delphini, cum notis et emendation. *Annae, Tanaquilli Fabri* filiae. Paris. 1683. 1726. Pater illius *Tan Faber* ipſe ediderat *Eutropium* et *Aurelium Victorem* cum breuibus notis.

Salmurii 1667. 8. rec. 1672. et Londini 1705. 12 —

Sylburgii lectionem vt plurimum ſequutus eſt et praeter editiones ſeptem conſuluit MSS. codd. *Thom. Hearne*, qui *Eutropium* cum Paeanii metaphraſi gr. vna cum *Meſſala Coruino* de Augusti progenie, *Iulio Obſequente* de prodigiis, Anonymi oratione funebri gr. lat. in imperat. Conſtant. Conſtantini M. fil. cum variis lection. et annott. edidit, Oxonii, e theatro Sheldon. 1703. 8. — cum *Paeanii* metaphraſi, notisque integris Vineti, Glareani Fabri eiusque filiae, Hearni, ſelectis vero Sylburgii et Cellarii. Acced. *Sexti Rufi* breuiarium cum Cellarii notis; anonymi oratio fun. — ex MSStis (quatuor) Bibl. Lugd. Bat recenſuit *Siegebert Hauerkamp*, qui et ſua et *Chriſtoph. Aug. Heumanni* notas adiecit Lugd. Batau. 1729. 8.

Pubi ſcholaſticae adcommodauit *Eutropi* edit. *Laur. Reinhard*, 1728. 8. et ſaepius quam ex editionibus Gruneri atque Verheyki emendatiorem, vſuique aliorum aptiorem, rogante bibliopola, reddidi, notis criticis atque hiſtoricis auctam. Noribergae. 1778. 8. — Commodam et notis tam criticis quam hiſtoricis egregiis ornatam parauit *Io. Frid. Gruner* Coburgi. 1752. 8. repetita eſt, multis acceſſionibus et correctionibus tum in textu tum in notis factis, ibid. 1768. 8. — Hauercampum, in primis Cellarium, ſequutus edidi *Eutrop*

Eutrop. cum nonnullis tum ſuis tum aliorum breuioribus coniecturis, *I. D. van Hoven* Amſtel. et Campis 1738. 8. —

Optimam et pleniſſimam curauit editionem, collatis pluribus tam ſcriptis quam editis libris, denuo recenſuit et emendauit *Eutropium*, cum *Paeani* met. gr. et cum ſuis atque integris notis Vineti, Glareani, Tanaq. et Annae Fabri, Cellarii, Hearnii, Heumanni, Hauercampi et ſelectis Sylburgii. Acc. *Rufus Sextus* cum integris notis Sylburgii, Cellarii, Hauercampi ſuisque *Henricus Verheyk* Lugd. Bat. 1762. mai. 8. — *Eutrop.* Paris. Barbou. 1746. 12. — Inter ſcriptores hiſt. rom. Heidelberg. 1743. fol. — in vſum puerorum ſcholis Moguntiacis adornauit *Io. Caspar. Müllerus*, Mogunt. 1780. 8. — cum notis germanicis in vſum ſcholarum Noribergae, 1788. — cum obſeruatt. gallicis *Io. El. Bertrand.* Neoſchaftel. 1762. 8. — cum notis gallicis. Lezau. Paris. 1717. 12.

5. Stilus eſt conciſus, ſiccus quidem, nec tamen inelegans, ſi abſterſeris iſtius ſaeculi labes, et perſpicuus. Multa narrat Eutropius, quae in libris Liuii, quem valde amabat, et Saluſtii nunc deperditis tradebantur. Veritatem vt plurimum ſectatur, et quam mente complexus eſt, rerum conſtitutionem atque ordinem, bene et adcurate perſequutus eſt: iudicio ſe multum valuiſſe hiſtorico, ſatis declarauit.

6. *Molleri* diſſ. de Eutropio. Altorſ. 1685. 4. *Ern. Fabricii* B. L. tom. III. p. 130. ſqq.

§. 45.

Philargyrius.

1. Vixit tempore Valentiniani.

2. Scholia in Bucolica et Georgica Virgilii concinnauit.

3. A Fulvio Vrſino primum ex fragmento vetuſtiſſimo Seruiano et cod. Virgiliano Politiani, poſt Kalendarium Farneſianum in lucem prolata ſunt Romae 1587 poſtea variis Virgilii editionibus adiecta.

4. *Burmanni* minoris praef. ad Virgilium, ſtell. 7. plag. 2. ſq.

§. 46.

Theodorus Priscianus.

1. Sub Gratiano et Valentiniano II. vixiſſe circa a. 375. non ſine probabilitatis ſpecie colligunt critici.

2. Fuit archiater et diſcipulus Vindiciani.

3. Rerum medicarum libros IV. concinnauit, quos primus editor perperam putauit, a *Q. Octauio Horatiano* confectos eſſe. Ei quoque a Reineſio et *Fabricio* in B. L. tom. III. pag. 541. ed. Erneſti, adſcribitur liber *Diaeta*, ſiue de rebus ſalubribus.

4. *Octauii Horatiani* rerum medicarum libr. IV. per Hermannum comitem a Neuenar. Argent.

Argent. 1532. fol. quae vero editio audaciſſimis ſcatet deprauationibus, emendatius parata, nomine vero auctoris praefixo, a *Sigismundo Gelenio.* Baſil. 1532. 4. — inter antiquos medicos, Venet. apud Aldi fil. 1547. fol. — *Theodori* diaeta cum notis *Georg. Eberhard. Schreineri.* Hal. Sax. 1632. (al. 1638.) 8. et inter veterum quorumdam ſcriptorum libros de materia et re medica, ab *And. Riuino.* Lipſ. 1654. 8.

5. Dictio eſt paullo horridior, multis archaiſmis et nouatis vocabulis foedata.

§. 47.

Iulius Obsequens.

1. Aetatis incertae auctor, ante tamen an. Chr. 379. vixiſſe videtur. Probabilius vero confert cel. *Saxius* in Onomaſt. I. pag. 289. aetatem illius, Plutarchi temporibus aequalis, ad a. Ch. circ. 107. quod latinitas *Obſequentis* caſtior ſit atque incorruptior, quam vt ſaeculi IV. ingenium referat, aut ab Traiani Hadrianique temporibus debeat remoueri. adde *Hamberger*, qui Scaligeri rationes ſequitur, in Zuverl. Nachr. II. pag. 802. ſq. et *Erneſti-Fabricii* B. L. tom. III. pag. 70. ſqq.

2. *De prodigiis* libellum ſcripſit, cuius tantum fragmentum ad nos peruenit, ab A. V. 563. vsque ad Auguſtum.

3. — Cum *Plinii* epiſtolis. Venet. 1508. 8. apud Aldum — rec. Argentor. cum *Plinio*, (Aur. Victore,) de viris ill. ac *Suet.* de gramm. etc. cura B. Rhenani. 1514. 8. — addito *Suetonio* de grammaticis ac rhetoribus, Florent. per *Phil. Iuntam* 1515. 8. — tum per *Franciſcum Aſulanum*, Venet. 1518. et ſaepius Baſileae ac Lugduni.

Nouam quamdam recenſionem inſtituit *Rob. Stephanus*; at ex ingenio, non e cod. MSto plura emendaſſe dicitur, Paris. 1529. 1539. et 1544. 8. — per *Conradum Lycoſthenem*, (qui initium ex aliis ſcriptoribus reſtituere tentauit) ex officina Ioan. Oporini. 1552. 8. — cum notis *Ioan. Schefferi.* (nimis proni in corrigendo Obſequente,) Amſtel. 1679. 8. — —

Nouam aetatem edd. conſtituit *Thom. Hearne*, qui veteres edd. contulit, textum emendauit, *Obſequentem* cum Liuio comparauit atque illuſtrauit, adiunxitque ſuae *Eutropii* editioni, Oxonii, e theatro Sheldon. 1703. 8. —

Noua tamen cura expolita, cum animaduerss. *Io. Schefferi*, et ſupplementis *Conr. Lycoſthenis* variisque Ios. Scaligeri, Nic. Heinſii, Gisb. Cuperi et P. Burmanni Obſeruatt. prodierunt *Iul. Obſequentis, quae ſuperſunt, ex libro de prodigiis;* curante *Franciſco Oudendorpio*. Lugd. Bat. 1720. 8. — Recentiſſima commodaque eſt editio, ex edit. Oudendorpiana,

piana, at multis locis curatius meliusque correcta; *Iul. Obſeq. — cum animaduerſionibus Io. Schefferi et Franciſci Oudendorpii. acc. ſupplementa Conr. Lycoſthenis, curante Io. Kappio*, (qui in praeſenti ornat Gymnaſium Baruthinum, et doctas varii generis notas addidit,) Curiae Regnitianae. 1772. 8. Cel. *Herelius* in Ephem. Erfurtinis nr. 15. a. 1773. de hac editione iudicans, non ſolum acutas propoſuit coniecturas nouas; ſed etiam ſuſpicatus eſt, Obſequentem noſtrum forſan eſſe *M. Liuium Obſequentem*, qui in marmore apud Gruter. Inſcript. CCXLI. a tribu Succuſſana Veſpaſiano poſito, Tribulis reperitur, vocabulum vero *Liuius* in eo codice, qui ad nos peruenit, cum *Iulio* facile potuiſſe permutari.

4. Saeculi vitia in eloquutione quoquo modo euitauit: Liuium enim potiſſimum ſequutus, eius verba frequenter retinuit atque expreſſit.

§. 48.

Servius Maurus vel Marius Servius Honoratus.

1. Tempore Honorii et Theodoſii ſcripſit.

2. Fuit Grammaticus celebris.

3. Commentarios in Virgilium, in ſecundam Donati editionem de ratione vltimarum ſyllabarum, librum ad Aquilinum, et in artem de pedibus verſuum ſiue centum metris exarauit.

rauit. Ineditum quoddam et *Seruio* tributum opuſculum latinum in cod. regio Paris. 7530. indicatur in Nouveau Traité de Diplomatique tom. III. pag. 484. ſqq.

4. Prima editio eſt Romana, quae ſine nota anni (1471.) Fol.*) per Vldalricum Gallum curata eſt: deinde Venet. 1471. — Quae Florent 1472. prodiit, ea maximam partem ex manuſcipto Mediceo expreſſa eſt et reſtituta: de reliquis *Seruii* editionibus v. ſupra, *Virgilium et Erneſti-Fabricii* B. L. tom. I. pag. 319. ſqq.

In editione Virgilii Burmanniana commentarii ſunt emendatiores. — Interpretatio in ſecundam Donati editionem eſt inter *Putſchii* Grammaticos veteres pag. 1779. — duo libelli *de vltimarum ſyllabarum natura, et de centum metrorum generibus.* Viterbii 1488. 8. — iidem ex MSS. Bongarſii emendati, in *Putſchii* Grammaticis vet. pag. 1797. 1875. ſqq. — *Centimetrum*, cum Franc. Maturantii, de componendis carminibus, opuſculo. Venet. 1491. 4. — idem libellus cum Horatio. Venet. apud Aldum. 1519. 8. —

Separatim: *Marii Seruii Honorati Centimetrum* ex vetuſtiſſimis exemplaribus correctum, a *Laur. Santenio.* Lugduni Batau. 1788. p. 24. conſtat. — *Philippus Beroaldus* ſcripſit

*) De qua ed. v. *Audiffredi* Catal. editt. rom. ſaec. XV. pag. 71. ſq.

ſcripſit libellum contra Seruium grammaticum, in comm. in Virgilium, qui editus eſt (a Bembo) cum Marci Antonii Sabellici annotatt. veteribus et recent. ex Plinio, Liuio etc. Beroaldi annotationibus centum aliisque. Venetiis, 1502. F. fol. 17. b.) — 25. a)

5. Vir erat doctus, latinitatis ſtudioſus, atque infinitis Virgilii locis ex antiquitate et mythologia lumen adtulit: interdum nimis eſt ſubtilis in interpretando.

6. Vid. *Burmannus* iunior in praefat. ad Virgilium a patruo recenſitum. *Hambergeri* Z. N. I. pag. 501. ſqq. et III. pag. 85. ſqq. — Cel. *Io. Chriſtiani Wernsdorfii* disput. de pignoribus imperii romani locus Seruii Grammatici ad Virgil. Aen. lib. VII. v. 188. expenſus. Helmſtadii, a. 1786. 4.

§. 49.

Sextus Aurelius Victor.

1. Sub Conſtantio et Iuliano floruit, a. 358. et poſt. a. 379. v. *Saxii* Onomaſt. I. pag. 410.

2. Africanus eſſe videtur, qui, quamquam ignobilibus parentibus natus rureque educatus erat, ſuis tamen ipſius virtutibus nobilitatus propter hiſtoriae Rom. ſtudium ſummos honores conſequutus eſt. A Iuliano Pannoniae Secundae praefectus, et ſtatua aenea ornatus fuit.

3. Su-

3. Superſunt: *origo gentis Romanae;* (cuius quidem auctor diuerſus eſſe videtur ab eo, qui de Caeſaribus ſcripſit,) *de viris illuſtribus vrbis Romae;* (quem librum olim alii tribuerunt *Plinio*, ſub cuius nomine iſte saepius euulgatus eſt ſuperioribus ſaeculis, et cuius nomen multi quoque codices prae ſe ferunt, alii *Suetonio Tranquillo*, alii *Cornelio Nepoti*: hic etiam libellus alium habuit auctorem, ac de Caeſaribus libellus:) *de Caeſaribus* liber, hiſtoriae abbreuiatae pars altera, ab Auguſto Octauiano, i. e. a fine Titi Liuii usque ad conſulatum decimum Conſtantii Auguſti et Iuliani Caeſaris tertium: (hunc librum a noſtro Victore fuiſſe profectum, minus dubium hodie videtur:) *epitome de Caeſaribus*, (quae epitome ad ſeriorem et incertae aetatis auctorem eſt referenda.) vide *Erneſti-Fabricii* B. L. lib. III cap. 9. pag. 123 ſqq. *Gruneri* atque *Arntzenii* praefationes ad editiones horum libellorum, *Hamberger*. Z. N. II. pag. 812. ſqq.

4. Quum antiquiores *Victoris* editores libellos eius aliis ſaepe adſererent, factum eſt, vt editiones principes diuerſis modis inſcriberentur. Vniuerſorum ſcriptorum *Victoris* collectiones hae ſunt fere: *Sexti Aurelii Victoris* hiſtoriae Romanae breuiarium de viris illuſtribus; de Caeſaribus; de vita et moribus imperatorum epitome cum caſtigationibus *Eliae Vineti.* ex Bibliotheca *Andreae Schotti*, primi ſoſpitatoris Vict. *cuius* notae eruditiſſi-

mae

mae adiectae ſunt. Antwerp. 1579. 1582. 8. — e recens. *Frid. Sylburgii*, in tomo I. Hiſtoriae rom. ſcriptorum. Francof. 1588. fol. — cum notis *Iani Gruteri*, in tomo. II. hiſt. rom. ſcript. Hannou. 1610. fol. — — cum notis variorum, et *Annae Tanaquilli Fabri* notis, (parum eruditis,) et interpretatione, in vſum Delphini. 1681. 4. — cum notis variorum integris et iconibus, contextum recenſuit, commentarios diſpoſuit, et indices copioſiſſimos adiecit *Samuel Pitiſcus*, Traiecti ad Rh. 1696. 8. —

Pleniſſimam editionem et nouam recenſionem dedit *Io. Arntzenius*, ICt: *S. Aur. Victoris Hiſtoria romana*, cum notis integris Dominici Machanei, Eliae Vineti, Andr. Schotti, Iani Gruteri, nec non excerptis Fridr. Sylburgii et Annae Fabri filiae; curante *Io. Arntzenio* (MSS. vſo; hinc recedit aliquoties a lectionibus, ſiue coniecturis potius Schotti; et illius notae, vtut doctae, interdum laborant mole etc.) Amſtelod. et Traiecti Batau. 1733. 4. — Schotti exemplum ſequutus hiſtorice tractauit, docteque illuſtrauit aut emendauit, nec ab vſu critico abſtinuit *I. Frid. Grunerus: Aurel. Vict. Hiſtoria ex recenſione, et cum animaduerſionibus criticis atque hiſtoricis I. Fr. Gr.* Coburgi 1757. 8. — Huius recenſionem potiſſimum ſequutus, edidi *Vict.* cum animaduerſionibus. Erlangae. 1787. 8. —

Libel-

Libellus de viris illuſtribus diu ante Schottum et poſt illum cum ſeparatim, tum aliis iunctus prodiit. v. *Erneſti - Fabricii* B. L. loco mem. pag. 126. ſqq. — Principem illius editionem illuſtriſſ. *Comes de Reviczky* in B. Gr. et Lat. pag. 125. ſq. habet eam, quae ſub nomine *Plinii* ſ. l. et a. (probabiliter Romae 1474. 4. typis *Io. Gensberg.*) in lucem prodiit. Eamdem antiquiſſimam *Romanam* edit. ſ. a. ex recognitione *Angeli Tiphernatis* memorare videtur *Audiffredus* in Catal. editt. rom. pag. 387. at putat, rudiuſculo charactere rom. a *Georg. Sachſel* et *Barthol Golſch.* eſſe expreſſam. — Prima tamen editio habetur ab *Hambergero* l. m. p. 816. *De viris illuſtribus. Sextus Rufus* per *Sixtum Rueſinger* 4. ſine l. et anno. — *Plinii ſec.* liber Illuſtrium viror. Florentiae ex offic. S. Iac. de Ripoli. 1478. v. *Lengnichii* Nachrichten etc. I. p. 196. ſq. — *C. Plinii Secundi* iunioris liber illuſtrium virorum a condita vrbe. Argentin. 1505. 4. (editore *Iacobo Gottesheim*) — — De viris illuſtribus liber Philippi Praepoſiti Poncherii commentariis illuſtratus. Pariſiis. 1545. 4. et 1550. — *Vitae virorum illuſtrium*, auctoribus *Aemilio Probo* — cum annotatt. *Hieronymi Magii* - - *C. Plinio ſec.* de viris illuſtribus, cum comm. *Conr. Lycoſthenis.* etc. Baſil. 1563. fol. v. cl. *Hummel* neue Biblioth. I. p. 167. ſq. — *De viris illuſtribus vrbis Romae* liber falſo hacte-

nus

nus *Cornel. Nepoti**) et *C. Plinii Caecilio* inſcriptus — — auctior et emendatior cum notis *Andr. Schotti.* Duaci 1577. 4. — *Aemilius Probus* ſeu *Cornelius Nepos* de vita excellentium Imperatorum. *Sextus Aurelius Victor* de viris illuſtribus — opera *Nathanis Chytraei.* Bardi Pomeraniae 1590. 8. — De vita et moribus imperatorum rom. excerpta ex libris *Sexti Aurelii Victoris* a Caeſare Aug. vsque ad Theodoſium Imp. cum *Suetonio*, Venetiis apud Aldum, 1516. 8. fol. 181. ſqq.

Suetonio tribuitur in exempl. *Suetonii Tranquilli liber illuſtrium virorum. Iulianus Beſcus ſtudioſo iuueni. S. Qui cupis acta virum clarorum noſcere, paucis* etc. cum epiſtola nuncupatoria *Dominici Machanei* eiusque commentario. In vltima pagina legitur *Io. Thomae Sertorii* Cremonenſis epiſtola, in qua is, vti Machaneus, auctorem libelli nominat Cornelium Nepotem, ſcripta Taurini. 1508. — Denique: Argentorati, ex aedibus Mathie Schurerii, menſe April. M. D. XII. (1512.) 4.

5. Propter induſtriam in colligendis excerptis e vetuſtioribus libris, quorum interitum deploramus, propter veri amorem, et quod officio boni hiſtorici ab adulatoribus alieni ſatis perfunctus eſt, quamquam aberrat ſaepius a fide hiſtorica; non, propter venuſtatem, caſti-

*) Conf. *Schlegelii* diſſ. de Cornelio Nepote. p. 13.

caſtitatem ac nitorem et flumen orationis laudandus eſt Victor. Aut potius, quoniam diuerſi fuerunt libellorum parentes: diuerſa ſcribendi et narrandi ratio inde oriri debuit.

6. *Molleri* diſput. de Aurelio Victore Altorf. 1685. 4. et *Gruneri* Praefatio.

§. 50.

Z E N O.

1. Aetas non ſatis conſtat: intra an. 356 et 380. floruiſſe eum, euincere ſtuduerun recentiſſimi editores.

2. Fuit epiſcopus Veronenſis, nation Afer. Enimuero dubitatur, num *Zeno* hi vmquam vixerit, et epiſcopus fuerit Vero nenſis: magis adhuc dubium eſt, an non ho miliae, quae ſub nomine eius circumferuntu Rhapſodiae ſint ex operibus Hilarii et Baſilii.

3. Sermones 93. conſcripſiſſe dicitur.

4. Primum typis expreſſi ſunt cura *Guarin* Venetiis. 1508. —— nouiſſime autem, con ſultis pluribus codicibus, cum notis et diſſe tationibus Petri et Hieronymi fratrum Bal riniorum. Veronae. 1739. 4.

Le Opere di S. Zenone, volgarizzate da Marcheſe *Gio. Iacobo Dionyſi,* Canonico Ve roneſe. Veronae, 1784. fol. praefixa e *Zenonis* vita. Editio ſplendida. Interpres ſe mones reddit elegantiores, quam reuera ſun at num ſint genuinae, et num omnes de illarum

veritat

veritate conſentiant, nihil adfert: forſan fecit id, ne Veronenſes ſuos faceret dubios incertosque.

5. Ad cognoſcendam eccleſiae diſcipli-nam, quae tum fuerit, lectio illorum, non omni elegantia deſtitutorum, conducit. Fa-miliaritatem quamdam cum Latinis auctoribus priſcis, praecipue Virgilio, contraxiſſe vide-tur Zeno.

6. Praefatio recentiorum editorum multa habet de *Zenone* lectu et memoratu digna. lura vide in *Fabricii* B. L. mediae et infi-mae aetatis, vol. VI. pag. 333. ed. *Manſi.* cip. *Maffei* in Verona illuſtrata, part. II. pag. 26. *Hamberger* in Zuverl. Nachricht. II. pag. 818. ſqq. et quos ille atque cl. *Saxius* in nomaſt. I. pag. 428. laudant.

Addatur:

DAMASUS.

1. Patria Hiſpanus; dignitate epiſcopus manus ab anno 367 — 384., quo paene logenarius diem obiit ſupremum. Scripſiſſe citur *Epiſtolas* XIV. e quibus nonnullae ſunt uriae; *epiſtolarum* fragmenta ex Decreto-n collectionibus Gratiani et Guonis; *Car-na* XL.

2. *S. Damaſi* Opera, quae exſtant, et a ex codd. MSStis, cum notis *Martii Mi-* *Sarazanii*, Romae, typis Vaticanis. 38. 4. — cum praef. *Frderici Vbaldini:*

 prae-

praemiſſis teſtimoniis et quadruplici *Damaſi* vita e MSS. — rec. Paris. 1632. 8. et in Bibiioth. P. P. max. Lugdunens. tom. XXVII. pag. 55. — Opuſcula et geſta, iterum collecta, nunc vero primum aucta et illuſtrata diatribis duabus — Romae, (curante *Antonio Maria Merenda*,) ex typogr. linguar. oriental. Angeli Rotilii, ſumt. Venantii Monaldini. 1754. fol. — Epiſtolas et decreta poſt Vbaldinum diligentius ſelegit erudite que illuſtrauit *Petrus Couſtant* in tom. I. Epiſtolar. Pontificum, pag. 472. — Pauciora carmina dederunt *Georg. Fabricius* in Poetis eccl. vet. pag. 771. ſqq. et Collectores Bibl. patrum Lugdun. tom. V. pag. 635. et tom. VIII. pag 888. et *Andreas Riuinus*, cui quidem ed Romana fuit ignota. Is enim ſibi viſus eſt primum ſimul typis euulgaſſe *Damaſi* carmina ſacra, hymnos, elogia et epigrammata, quae ille, (n. Damaſus,) baſilicis, platoniis et conciliis SS. martyrum Romae fere inſcripſit. — emaculata et notis breuibus illuſtrata. Lipſiae. 1652. 8. —

Damaſus Hieronymo miſiſſe dicitur indicem epiſcoporum romanorum, (ab aliis, iisque variis, confectum,) quod adfirmatur in Actis Sanctorum, menſe Aprili, Antwerp. 1675. fol. vol. I. cui praemittuntur duo antiquiſſimi catalogi Romanorum pontificum cum variis ad illos obſeruationibus. Prior pertinet vsque ad Felicem IV. poſterior, quem Damaſus miſiſſe

miſiſſe fertur, vsque ad Liberium: at nondum ademtae ſunt dubitationes; praecipue quum Hieronymi ac Damaſi epiſtolae mutuae huc pectantes ab *Emanuele Schelſtrateno*, tom. I. Antiquitatis illuſtratae. p. 347. pro ſuppoſitiis ſunt declaratae.

3. Plura vide in *Fabricii* B. L. med. ac nfimae aetatis, tom. II. pag. 4. ſqq. et multos lios viros doctos, de Damaſo disputantes, audant cel. *Saxius* in Onomaſt. I. pag. 423. tque *Hamberger* Zuv. Nachr. II. p. 825. ſqq.

§. 51.

Flavius Vegetius Renatus,

Vir illuſtris et Comes.

1. Sub Valentiniano II. floruit, poſt an. 33.

2. Eum Romae commoratum ſacrisque hriſtianorum addictum fuiſſe, probabile eſt.

3. In quinque libris rem militarem tradit: inſcribuntur quoque *epitomae inſtitutorum rei militaris* ex commentariis Catonis, Celſi, Traiani, Hadriani et Frontini. — libro etiam de *mulomedicina*, ſiue *de arte veterinaria* nomen eius praefigitur. Atque *Hamberger* in Zuverläſsigen Nachrichten etc. n. II. pag. 822. cenſet, vtriusque libri, de militari et de mulomedicina, unum eumnque haberi poſſe auctorem; *Saxius* vero Onomaſtico I. pag. 442. ſq. diſtinguendum

eſſe, iudicat, Vegetium, rei militaris aucto-
rem, ab altero, veterinariae ſcriptore, cuius
quidem poſterioris aetatem definire non audet
Adde *Erneſti - Fabricii* B. L. tom. III. pag
173. ſqq. de vtroque.

4. Princeps editio eſſe videtur *Mermann*
de Origg. typograph. pag. 145. *Epitoma*
de re militari, Oxonii. (1468. forſan.) —
Romanae veteres editiones ab *Audiffredo* d
editt. rom. ſaec. XV. ſiue ex aliorum comme
moratione adferuntur, ſiue diligentius inſpe
ctae deſcribuntur: nimirum, pag. 228
Fl. Veget. Renati Epitome inſtitutionum r
militaris. 1478. 4. — pag. 278. *Veget*
Epitome inſtitutorum rei militaris ex commen
tariis Catonis, Celſi, Traiani, Hadriani
Frontini lib. primus, cum Aeliani Tacti
latine facta, Frontino et Modeſto, Aelian
et Onoſandro, ibid. 1494. 4. — *Veg*
ibidem 1497. 4. —

Vegetii libri IIII. curantibus *Sebaſtiano*
Raphaele de Orlandis. Piſciae per Sigism
Rodt de Bitſche. 1488. fol. min. v. *Goetz*
Memor. bibl. Dresdenſis II. pag. 36. — -
Cum Frontino, Aeliano Tactico et Modeſt
Bononiae 1496. 1504 et 1505. (de qua ed
tione vide *Goetzii* Memor. etc. loco excitat
et *Gemeineri* Nachrichten. pag. 239. de ed
tione Bonon. 1486. in primis a. 1496. qu
prioris repetitio habetur,) et alibi. — Cu
iisdem. Omnia diligenter ad codices antiqu

:t emendatos, maxime Budaei, collata ſunt:
d quod Aelianus teſtabitur a mendis complu-
ibus repurgatus. Paris. ſub ſcuto Baſileienſi, in
ffic. Chriſt. Wecheli. 1535. fol. 1553. fol. —
Caſtigatiores edidit *Vegetii* libros *Franc.*
Modius, additis notis, Colon. 1580. 8. *alteram*
laſſem ducens.

Haud ita tamen multo poſt *tertiam* aeta-
em conſtituit *Godeſchalcus Stewechius*, qui
ibris et ſcriptis et editis vſus, *Vegetii* contextum
am feliciter correxit, quam docte illuſtrauit,
um *Frontino*, notis Modii additis, *Aeliano*
Tactico, *Modeſto* et *Polybianis* Excerptis.
ntwerp. 1585. 4. — rep. 1592. 8. — re-
etita aliisque eiusdem argumenti libellis
ucta eſt:

Vegetii — aliorumque aliquot veterum de
e militari libri — Omnia emendatius, quae-
am nunc primum edita a *Petro Scriuerio*.
um commentariis et notis *God. Stewechii* et
r. Modii. Ex officina Plantin. Raphelengii,
607. 4. — *Scriuerius*, omiſſis Stewechii
Modii commentariis, auctiorem parauit
litionem 1632. quae recuſa eſt, continens
ntum Veg. Ael. Polybii Exc. Frontin. et
eneam, Lugduni 1644. 12.

Veteres de re militari ſcriptores, quot-
iot exſtant, nunc prima vice in vnum reda-
i corpus. *Flauii Vegetii Renati* Inſtituto-
im rei militaris libri V. *Sexti Iulii Fron-*
ni Strategematum et Strategeticon libri IV.

Claudius Aelianus de inſtruendis aciebus. *Modeſtus* de vocabulis rei militaris. *Polybius* de Militia et caſtrametatione Romanorum. *Aeneae* Poliorceticus, ſeu de toleranda obſidione. Incerti auctoris de re militari opuſculum, quod Marco Tullio vulgo inſcribitur. Accedunt I. Godeſcalci Stewechii V. Cl. elaboratiſſimus in Fl. Vegetium Commentarius. II. Eiusdem coniectanea et Franciſci Modii notae in Sextum Iulium Frontinum. III. Petri Scriuerii in Fl. Vegetium et Sextum Iul. Frontinum animaduerſiones. Veſaliae Cliuorum, 1670. 8.

Flauii Vegetii Renati, Comitis, de re militari libri V. cum ſelectis notis Godeſchalci Stewechii et Petri Scriuerii, nec non ad codicum MSStorum fidem notis perpetuis criticis emendati, addita verſione gallica, cura M. *Nicolai Schwebelii*, illuſtris Carolini Onoldini P. P. et Rect. Norimbergae. 1767. 4. Tribus MSStis vſus in contextu quaedam mutauit editor — (cura *Abbatis Valarti*) Pariſiis, 1762. 12. —

Artis veterinariae ſiue *Mulomedicinae*, lib. IV. Baſil. 1528. 4. — cum var. lect. opera *Io. Sambuci*, Baſil. 1574. 4. (v. *Freytag* Adpar. litt. II. pag. 906. ſqq.) — cum notis *I. M. Geſneri* in eiusdem ſcriptoribus R. R. pag. 1033 — et inter ſcriptores R. R. vol. III. Biponti. 1787. 8. —

Germa-

Germanice verſi ſunt *Vegetii* libri: *Des Durchlaichtigen wohlgebornen Grauen Flauii Vegetii Renati, Kurze Red von der Ritterſchafft zv dem grosmechtigſten Kaiſer Theodoſio, ſeiner Biecher vierer.* min. fol. Auctor catalogi biblioth. Seidel. opinatur ante edit. lat. hanc verſionem circa a. 1462. aut paullo poſt comparuiſſe, et accedit vir doctiſſ. in *Baumgartens* Nachrichten von merkwürdigen Büchern, vol. II. pag. 230. ſq. ſed maiore iure dubitant *Goetzius* in Mem. Bibl. Dresd. II. pag. 344. et III. pag. 218. atque cel. *Panzer* in Annalen der ältern deutſchen Litteratur. pag. 38. qui ſentit, Auguſtae Vindel. poſt. a. 1478. eſſe expreſſam typis iſtam verſionem, et alias verſiones germanicas, Auguſtae Vind. 1529. atque (pag. 335.) Erfurti 1511. fol. memorat. — De gallica Vegetii et reliquorum ſcriptor. rei milit. verſione, Paris 1536. per Wechel. fol. vide *Goetzii* M. B. Dresd. II. pag. 38. ſq. et eumdem de verſione libr. *mulomedicinae* germanica Francof. ad Moen. 1565. 4. ibid. pag. 78. — Commentaires ſur les inſtitutions militaires de Vegéce, par le Comte *Turpin de Criſſé.* Montargis 1779. 4. II. voll. Praetermiſit nonnulla capita, quoniam profitetur, de re nauali nihil certi ſe dicere poſſe, et de munitionibus vett. iam disputaſſe in Commentaires ſur les Memoires de Montecuculi. — ed. II. auctior et emendatior. Paris. 1783. 4. II. voll.

5. Quae notatu digna videbantur, ea omnia accurate perſequitur Vegetius; quare eius libri non antiquitatis ſolum ſtudioſis, ſed heroibus quoque et ducibus vtiles et neceſſarii videbantur.

6. Vid. *Schwebelii* et interpretis Gallici praefationes in prioris editione. *Ier. Waldeke*, Prof. math. Soroenſis, index militaris ſcriptorum vett. graeco-latinorum. Soroae. 1782. 4.

§. 52.

Faustinus.

1. Circa. a. 384. vixit.

2. Presbyter fuit, Luciferianorum doctrinae deditus. addi debet *Marcellinus*, presbyter Luciferianus eiusdem aetatis.

3. *De fide contra Arianos* ad Flacillam Reginam, coniugem Theodoſii M. et *libellum de precibus* ſcripſit, quem vna cum Marcellino obtulit imperatoribus Valentiniano II. Theodoſio. I. et Arcadio.

4. Editi a Iac. Sirmondo in Bibl. P. P. max. tom. V. pag. 637. *Marcellini et Fauſtini — libellus precum* ad imperatores Valentinianum, Theodoſium et Arcadium, (vt turbas caedesque ab Anamoianis factas ſedent impediantque, Luciferi vero adſeclas defendant,) nunc primum in lucem editus opera *Iacobi Sirmondi.* Pariſiis, 1650. 8. idem libellus in *Sirmondi.* operibus tom. I. Paris. 1696. fol. cura *Iac. de*

la

la Baune. rec. Venet. cura *Ioſ. Bianchini*, 1728. fol. nr. II. — *Fauſtini* — Opera cum notis. Oxon. 1678. 8.

5. *Fabricii* B. L. mediae et infimae aetat. tom. II. pag. 146. ſq. ed. Manſi. *Hamberg.* Z. N. II. pag. 828. ſq.

6. Addatur *L. Ampelius*, libri memorialis auctor, cuius aetatem cl. *Saxius* in Onomaſt. I. pag. 430. ad an. Ch. 370. circ. confert. adde *Erneſti-Fabricii* B. L. tom. II. pag. 449. ſq.

§. 53.

Optatus.

1. Imperantibus Valentiniano et Valente, auctoritate famaque fuit inſignis. Vixit adhuc poſt ann. 385.

2. Mileuitanus epiſcopus in Numidia fuit, et errores Donatiſtarum humaniter et modeſte refutauit.

3. In libris VI. (al. VII.) *de ſchiſmate Donatiſtarum* aduerſus Parmenianum, apud Carthaginienſes praeſulem ſacrum, crimina huius et ſententiam peruerſam deſtruere ſtuduit.

4. — *De ſchiſmate Donatiſtarum* libr. IV. ed. *Io. Cochlaeo*, adiuncti Conr. Bruni libris VI. de haereticis. Mogunt. 1549. Fol. — vitioſa ed eſt cum obſeruationibus et notis *Gabr. Albaſpinaei*, Paris. 1631.*)

Emen-

*) De qua editione, de *Optato* et Albaſpinaeo copioſe

Emendatius cura *Franc. Balduini*. Pariſiis. 1563. 8. — addito VII. libr. cum notis et hiſtoria Donatiſtarum, ab eod. et ib. 1569. — recus. apud Commelin. Heidelb. 1599. 8. optime autem opera et ſtudio *Lud. Ellies du Pin*, cum huius et aliorum notis. Pariſiis. 1700 Fol. — rec. Amſtel. 1701. et Antwerp. 1702. Fol.

5. *Optatus* propter vehemens, acre, denſum et neruoſum dicendi et disputandi genus apud veteres et recentiores in magna ſemper fuit auctoritate. Naeuos tamen habet et rei, quam tractat, et ſtili non puri, talisque, vt Afrorum eſſe ſolet.

6. Vid. *Du Pin* Praefat. ad Optatum *I. G. Walchii* Biblioth. patriſtic. pag. 114. pag. 247. et 445. *Hambergeri* Z. N. II. pag. 830. ſqq. *Fabricii* B. L. med. ac inf. aet. V. pag. 169. ſq.

§. 54.

Philastrius.

1. Theodoſio imperante vixit; a. 387. mortuus eſſe putatur.

2. Presbyter factus, totum Romani imperii orbem peragrauit, vt et idolorum cultores et a vera Chriſtiana doctrina aberrantes ad rectam et ſalutarem viam reuocaret. Tandem ad

pioſe diſputat *Io. Fabricius* in Hiſtoria bibliothecae Fabricianae, Wolfenbüttel. 1718. 4. tom. I. pag. 75. ſqq.

ad ſacri antiſtitis ſummi apud Brixienſes dignitatem euectus eſt, a. C. 380.

3. Hiſtoriam haereſium conſignauit; quarum nos quidem 149. deſcriptiones habemus.

4. (Cura *Io. Sichardi*) Baſil. 1528. 8. rar. — cum emend. et notis *I. A. Fabricii*, Hamburg. 1721. 8. — cum *Paulli Galeardi* ſpicilegio ad notas Fabricii in Angel. Mariae Quirini collect. veter. P. P. Brixienſ. pag. 1.

5. Nulla paene eius hodie eſt auctoritas. Ne mediocris quidem in hiſtoria adparet vel eruditionis, vel veri et ordinis, vel eloquutionis ornatusque cura. Atque *Walchius* in bibliotheca patriſtica pag. 321. „refert, inquit, Philaſtrius dogmata inter haereſes, quae vel non falſa ſunt, vel erroribus pernicioſis ac haereticorum propriis haud adnumeranda."

6. *Fabricii* B. L. med. et inf. aetatis, tom. V. pag. 287. ſq. ed. Manſii. — *Io. Fabricii* Hiſtor. bibliothecae Fabricianae, part. VI. pag. 444. — Plures laudat *Hamberger* in Z. N. II. pag. 837. ſq.

7. Add. *Gaudentius*, epiſcopus Brixienſis, a. 386. Philaſtrii ſucceſſor. v. *Saxii* Onomaſt. I. pag. 448.

§. 55.

Ammianus Marcellinus.

1. Circa an. 390. adhuc floruit. clarus potiſſimum circa a. 379. v. *Saxii* Onomaſt. I. pag. 477. ſq.

2. An-

2. Antiochiae parentibus claris editus, a prima aetate litteris et armis operam dedit, quibus etiam poſtea inclaruit. Falſis paganorum erroribus fuit obnoxius.

3. In hiſtoria rerum geſtarum, ea, quae ſub imperatoribus a Neruae principatu ad Valentis interitum euenerunt et notatu digna videbantur, fideliter et ſine vllo partium ſtudio enarrauit. Totum opus libris XXXI. (Chiffletius contendit fuiſſe XXXII,) abſoluere decreuit, quorum tamen XIII. priores interierunt.

4. *Ammianus Marcellinus* (libr. XIV. — XXVI.) Romae 1474. Fol. per Georg. Sachſel de Reichenhal et Bartholom. Golſch de Hohenbart, clericos, opera *A. Sabini*, poetae laureati. v. *Maittaire* Annal. typogr. tom. I. pag. 335. *Audiffredi* Catal. editt. rom. pag. 158. ſq. Seruantur in illa editione omnes naeui et lacunae cod. MSti — *Bononiae* curante *P. Caſtello*, (qui, nullo vſus codice, coniecturis infelicibus contaminauit Marcellini libros,) 1515. — rec. inter Hiſtoricos ab Erasmo editos. Baſil. apud Froben. 1518. —

Altera aetas exſtitit cura *Mariangeli Accurſii*, qui *Marcellinum* libris quinque, (n. a. libro XXVII. — XXXI.) ab ipſo primum inuentis auxit, et, quod quidem profitetur, quinquies millibus mendis purgauit. Auguſtae Vindel. 1533. fol. — Praeſtans eſt editio, (v. *Valeſium* ad Marcellinum libr. XXII. cap. I.) cum Scriptor. hiſtoriae Auguſtae. — libri.

XVII.

XVII. (cura *Sigiſmundi Gelenii*, cuius merita erga Marcellinum ſunt inſignia, libros 27. 28. 29. et 30. ex codice Hirſchfeldenſi addidit, et lineas ſiue ex ingenio ſiue ex codice inſeruit integras,) Baſil. 1533. apud Hieron. Frobenium fol.

Hanc editionem ſequutae ſunt reliquae vsque ad *Lindenbrogium*, qui *tertiae* aetatis parens, *Marcellinum* ex MSS praecipue cod. Florentino et edd. aliquot loca correxit egregie primusque illuſtrauit perpetuis obſeruatt. Hamburgi, 1609. 4. ex bibliopolio Frobeniano. — E codd. Gallic. et Vatican. caſtigauit textum et primus in capita ſecuit *Ian. Gruter*, ediditque cum *ſcriptor. Hiſt. auguſtae.* Hannouiae 1611. fol. —

Praeſtantior editio eſt e pluribus codd. multis locis emendatior facta, quam curauit, additis adnotationibus vberioribus, *Henric. Valeſius.* Paris. apud Camuſat. 1636. 4. — quam editionem, auctioribus et Lindenbrogii et fratris ſui Henr. Valeſii ſuisque ornatam, textu cum vetuſto bibliothecae Colbertinae codice de integro collato et emendato, repetendam curauit *Hadrianus Valeſius.* Paris. 1681. fol. Multa tamen vitia *Hadr. Valeſius* admiſerat, quae ſublata ſunt aliaque feliciter correcta in editione, quae optima eſt, quam *Iac. Gronouius* cum obſeruationibus Lindenbrogii, Henrici et Hadriani Valeſiorum ſuisque et numis ac figuris antiquis illuſtratam

atque

atque exornatam adornauit. Lugdun. Batau. 1693. Fol. et 4.

E recenſione Valeſio-Gronouiana indicem (praeclarum) dignitatum, necnon Gloſſarium (doctum et perquam vtile,) Latinitatis adiecit et erudite praefatus eſt *Guil. Aug. Erneſti.* 1773. mai. 8. — ad optimas editiones collati. praemittitur hiſtoria litteraria. accedunt indices. Biponti. 1786. 8.

5. Quod Graecus fuit natione, neque ſanae eloquentiae romanae inter arma potuit ſatis ſtudere: vitiis eius candidus lector ignoſcet, nec rebus, quas memoriae prodidit, omnem fidem laudemque detrahet. Grauis enim eſt, prudens ac veri amans, et, quoniam in Germania aduerſus Germanos meruit ſtipendia, veteris Germaniae ſitum bene illuſtrat. *Barthius* Aduerſar. libr. XLV. c. libr. XLVII. c. 1 et 8. eum mirifice laudat. Henricus vero Valeſius in praefatione ſuae editionis et virtutes eius laudat, nec vitia reticet. Deſiderantur enim multae boni hiſtorici virtutes; verborum dignitas, dictionis caſtitas atque elegantia, ſententiarum lumina, in rerum delectu iudicium, in narrationibus ordo et breuitas.

6. *Dan. G. Mollerus* de Ammiano Marcell. diſſ. Altorf. 1685. 4. *I. L. E. Puttmanni* diſſ. de Murciis, (ad Amm. Marcell. XV. 12.) Lipſ. 1779. rec. in eius Opuſculis iuris criminalis. Lipſ. 1789. 8. nr. 2. — *Claudius Chiffletius* de vita Ammiani. Louanii, 1627. et prae-

praefix. edit. Valeſian. 1681. atque Gronouianae. *Fabricii* B. L. tom. III. lib. III. cap. 12. pag. 158. ſq. *Hamberger* Z. N. II. pag. 844. ſq.

7. Huic aeuo, circa a. Chr. 389. accommodari poſſe *Vibium Sequeſtrem*, ſuſpicatur cel. *Saxius* in Onom. I. pag. 456. at cel. *Oberlin* in praefat. ad ſuam edit. pag. III. ſq. illum vixiſſe putat poſt euerſum imperium occidentis romanum, quinto, vel ſexto forſan, aut ſeptimo demum ſaeculo.

Scripſit libellum vilem quidem, et vitiis ſcatentem, neque tamen plane inutilem ad antiquitatem et poeticam geographiam cognoſcendam, *de fluminibus, fontibus, lacubus, nemoribus, paludibus, montibus, gentibus, quorum apud poetas mentio fit.*

Editus eſt primum Piſauri 1512. fol. cum *Solino*, vide ſupra § 16. — a *Iac. Mazochio* in libro: de Roma priſca et noua varii auctores, Romae 1523. 4. pag. LXXXI. — tum poſt Melam, Solinum, Itinerarium Antonini etc. Venetiis apud *Aldum*, 1518. — repet. Florent. apud heredes Phil. Iuntae, curante *Anton. Francino.* 1519. — cum Marciano Capella, Itinerario Antonini. etc. e. MS. emendatus et ſuppletus, Lugd. ex praelo hered. Simonis Vincentii. 1539. 8. — cum Pomponio Mela et Solino etc. apud Henr. Stephan. 1567. fol. min. v. ſupra *Solin.* §. 16. — cum Aethico, Antonini et Rutilii Itinerariis etc. cura *Ioſ. Simleri*, (cuius et Hier. Suritae ſcholia non ad-

Sequeſtrem, ſed ad Aethicum pertinent,) Baſil. 1575. 12. — cum *Plutarchi* lib. de fluuiorum et montium nominibus etc. edidit *Iac. Phil. Mauſſacus*, Toloſae 1615. 8. et ib. 1618. 8. — At hoc noſtro ſaeculo duumuiri cum de *Vibio*, ex codd. editionibusque ſollicita cura emendando, tum in primis per occaſionem de geographia antiqua docte explicanda illuſtrandaque optime meruerunt *Franciſcus Heſſelius* et *Ier. Iac. Oberlin.* Prior edidit *Vibium* obſeruationibus varii generis ornatum 1711. 8. poſterior autem textui, e libris caſtigatiori, ſubiecit lectiones codd. atque editionum, etiam V. V. doctorum coniecturas, et poſt illum adiecit tum ea, quae Heſſelius, aliique iam adnotarant, ſed ſuo quaeque loco commodius repoſita, tum, quae praecipua huius editionis et antiquitatis ſunt ornamenta, ſuas aliorumque adnotationes: *Vibius — Sequeſter — lectionis varietatem et integras doctorum commentationes adiecit et ſuas Ier. Iac. Oberlinus.* Argentorati. 1778. 8.

§. 56.

Latinus Pacatus Drepanius.

1. Vertente ſaeculo IV. floruit, circa a. 391.

2. Natione Gallus, inque magna laude orationis et ſolutae et ligatae fuit. Atqui Auſonius eum cum Virgilio comparat, Catullo praefert.

3. Su-

3. Supereſt panegyricus Theodoſio M. publice dictus: qui ei laudem et honores adtulit.

4. Editur cum Plinii et reliquorum panegyricis; ſeparatim formulis typothetarum expreſſus eſt cum ſcholiis *Fr. Balduini.* Pariſiis, ſ. a. 4. — cum notis *Schefferi.* Holmiae, 1651. 8. — cum notis variorum, curante *Arnzenio.* Amſtelod. 1753. 4.

5. Pro ea temporis ratione ſatis politus eſt et eloquens felix Plinii imitator, praeſtat ingenio, eloquentia et nitore reliquos panegyriſtas minores; ſed poeticae audaciae propior; nec in laudationibus principum, vt ii, qui ante eum in eadem materia verſati ſunt, nimium liberalis ac prodigus.

6. *Schefferi* vita Drepanii praefixa editi Arnzenii. — Quas critico-philologicas *Ch. F. Schwarzius* in Drepanium euulgarat diſputationes, eas Arnzenius ſuo quasque loco inſeruit. Adde *Longchamp Kritiſchen Entwurf einer Gelehrtengeſchichte Frankreichs.* tom. I. pag. 298. — *Wolfgangi Iaegeri Obſeruatt. philolog.* eruditae *in Panegyricum Latini Pacati Drepanii.* Altorf. 1784. 4. — Erudita quoque eſt commentatio de *Pacati Panegyrico,* ad Pliniani exemplum formato, praef. panegyricis veteribus M. *Car. Frideric. Mueller,* Vittebergae, (1785.) 4. *Erneſti - Fabricii* B. L. tom. II. pag. 426. ſq. — *Hamberger* Z. N. II. p. 855. ſqq.

§. 57.

PACIANUS.

1. Ante A. Ch. 392. defunctus eſt: atque cel. *Saxio* in Onomaſt. I. pag. 428. Pacianus ab annorum forſan 370. circuitu haudquaquam ſemouendus videtur.

2. Apud Barcinonenſes, (hodie Barcellona,) ſacris praefuit ab a. 373. caſtitate et eloquentia celeber.

3. Scripſit 3. epiſtolas contra Sempronium Nouatianum; Paraeneticum ad poenitentiam, et de baptiſmo ad Catechumenos.

4. Eius opuſcula primum vulgauit *Io. Tillius*, Pariſiis, 1538. 8. — cum *Saluiano* et aliis, edit. *Pet. Galeſinio*, Romae typis P. Manutii. 1546. fol. nouiſſime *Ioſephus Saenz de Aguirre*, (vir purpuratus,) cum emendationibus ex cod. MS. reginae Sueciae et notis, in conciliis Hiſp. tom. II. Rom. 1694 fol. — *Paraeneticum* ad poenitentiam ſubiunxit *Barthius* Claudiani Mamertini libris III de ſtatu animae. Cygneae 1655. 8.

5. *Fabricii* B. L. med. et inf. aet. tom. V pag. 189. *Hambergeri* Z. N. tom. II. pag 860. ſq.

§. 58.

PHOEBADIUS.

1. A. C. 392. fatis nondum interceptus fuit. *Hieronymus* enim de Scriptor. eccles cap.

cap. 108. eum adhuc viuum et admodum ſe-
nem commemorat.

2. Gallus natione et Agenni in Aquitania
episcopus.

3. Contra Arianos reliquit librum, quo
Sirmienſem formulam, ad Gallos miſſam, di-
iudicat atque infirmat.

4. Lucem vidit cum *Athanaſii* dialogis de
S. Trinitate cura *Theodori Bezae*, apud H.
Stephanum 1570. 8. et cum *Caſp. Barthii*
animaduerſs. Francof. typis Wechel. 1623. —
Idem liber in Bibliotheca P. P. max. Tom. IV.
pag. 300. ſqq.

5. *Longchamp Entwurf einer Gelehrten-
geſchichte Frankreichs.* tom. I. pag. 254. ſqq.
Hambergeri Z. N. II. p. 864. ſq. *Fabricii*
B. L. med. et inf. aetat. tom. V. p. 297. ed.
Manſi.

§. 59.

Q. Aurelius Symmachus.

1. Circa a. 397. vixit. adde *Saxii* Ono-
maſt. I. pag. 444. ſq.

2. Senatorio ordine Romae natus, a primis
annis optimis artibus tam egregie inſtitutus eſt,
ut fama eloquentiae non minor eſſet, quam
dignitate munerum variorum, ipſiusque con-
ſulatus. Plinii Iunioris imaginem, et vir-
tutes, neque inuita plane Minerua, vt referret,
imprimis dedit operam. Cultor Deorum ſem-
per fuit religioſiſſimus.

3. Superſunt X. libri epiſtolarum 965.

4. Princeps eſt editio *Veneta* *) e muſeo *P. Petauii*, ſaec. XVI. ineunte, 4. teſte *Iureto* de dignitate et ſcript. Symmachi pag. 7. qui eius laudat lectiones. Prima vulgo habetur: *Symmachi* Cons. Rom. Epiſtolae familiares; item *Landini*, equitis Hieroſolymitani, in Epiſtolas Turci magni traductio. Argentorati ex officina Io. Schotti, impenſis *Georgii Maxilli*, (alias, Vbelin, I. V. D. et epiſcopalis curiae Argentinenſis ſignatoris) 1510. 4. Haec editio exhibet tantum epiſtolas 317. (numerante Fabricio,) nullo ordine ſeruato. **) —

Plenior

*) Fuit exemplar huius ed. rariſſimae in Biblioth. *Pinelli;* v. Catalog. illius bibliothecae, tom. II. nr. 3837. pag. 225. vbi cel. *Morellus* eam docte deſcribit; at nullo ex loco illius exemplaris deprehendit, *Venetiis* librum impreſſum fuiſſe. Inſcriptio haec eſt: *Symmachi Senatoris rom. Epiſtolae familiares et elegantiſſimae numquam alias impreſſae et nouiter per* Bartholomaeum Cyniſchum Amerinum *ab inferis pene reuocatae*, ſedente Iulio II. P. M. i. e. intra annos 1503. et 1513.

**) Huius editionis adcuratam notitiam dedit cl. *Bernhard Frieder. Hummel* in: Neue Bibliothek von ſeltenen und ſehr ſeltenen Büchern und kleinen Schriften, etc. II. voll. Noriberg. 1777. 8. part. VI. pag. 136. ſqq. at numerauit epiſtolas 345. quoniam interdum duae epiſtolae ſine discrimine aut maiusculis ab initio litteris ſunt continuae.

Plenior editio eſt: *Q. Aurelii Symmachi* epiſtolarum libri duo: *D. Ambroſii* epiſtolae duae in Symmachum, epiſtolarum *Magni Turci* liber, a *Landino*, Equite Hieroſol. latine redditus. Baſileae. Froben. 1549. 8. Ea vſus eſt *Iuretus.* Hic vero, poſtea Lectius et Scioppius, ſinguli nouam textus recenſionem fecerunt. Iuretus, in libris iuris veteris verſatiſſimus, confecit notas doctiſſimas, et, qua notas quidem, tenet principatum: Lectius dedit textum meliorem, lacunas quasdam expleuit, multa et plura etiam in editione ſecunda, quum plures nactus eſſet codices, correxit e libris ſcriptis, interdum de coniectura. *Iuretus* igitur multas epiſtolas addidit, et inſcriptiones, epiſtolis additas, reſtituit. Inſcriptio haec eſt:

Symmachi Epiſtolarum ad diuerſos libri decem. ex bibliotheca Coenobii S. Benigni Diuionenſis magna parte in integrum reſtituti, cura et ſtudio *Franciſci Iureti*, cuius etiam notae adiectae ſunt, quibus et emendationum ratio redditur, et aliquot cum huius, tum aliorum auctorum loci obiter illuſtrantur. Pariſiis. 1580. 4. — auctior et X. libris Miſcellaneorum locupletata, repetita eſt haec editio Pariſ. 1604. 4. —

Iacob. Lectius in *Symmachi* epiſtolis multa emendauit et ſuppleuit ope codicis P. Coluii atque Iac. Cuiacii, primum Lugduni 1587. 8. Poſtea ſecunda cura recenſuit, notis, emen-

dationibus, epiſtolis etiam auxit. Additae item notae Fr. Iureti iam antea vulgatae, editio altera 1598. 8. alteri editioni *) adceſſerunt variae lectiones e tribus codd. et coniecturae *Iani Gruteri*, *Io. Merceri*, *Caſparis Scioppii* et *Io. a Woweren*. ed. tertia, S. Geruaſii. 1601. 12. eſt repetitio ſecundae. — — e recenſione *Caſp. Scioppii*. Mogunt. 1608. 4. De furto Scioppii, qui Oberto Giphanio MS. abſtulit, vide *Morhof*. Polyhiſt. libr. IV. cap. 14. §. 14. Vſus eſt Fuldani et Bertiniani codd. lectionibus a Franciſco Modio exſcriptis. In Epiſtola dedicatoria Lectium vna cum Iureto et inuidiae mutuae et plagii multiplicis adcuſat: in praefatione, Giſanium, adſeuerat, illum codicem ex Cardinalis Beſſarionis bibliotheca ſublatum tenuiſſe. — Ex recenſ. *Io. Phil. Parei*, Neapoli Nemet. 1617. 8. editio ſec. Francof. 1642. 8. editio tertia Francof. 1651. 8. quae plurimis epiſtolis numquam editis aucta in titulo praedicatur. Acceſſerunt vita Symmachi, a Iac. Gothofredo deſcripta, et electa Symmachiana; item Lexicon Symmachianum et calligraphia Symmachiana, in qua omnes phraſes et formulae elegantiores quotquot in Symmacho extant. — *Q. Aur. Symmachi* — Epiſtolarum libri decem, cum Ambroſii nonnullis. Lugd. Bat. 1653. 12.

5. Ad-

*) De qua edit. v. *Scioppium* libr. I. ſuſpectarum lectionum, epiſt. II.

5. Adfectat ſtilum ſublimem, concinnum breuemque, et ſententioſum dicendi genus. Dictionis quidem veteris fuit ſtudioſus; quae tamen ab antiquo illo ſplendore, orationis colore atque elegantia multum recedit; ſed multiplex in eo fuit eruditio. Litterae ſpirant libertatem et ſolidam ſapientiae ciuilis cognitionem; hinc faciunt ad multarum rerum temporisque illius intelligentiam.

6. *Franc. Iureti* de dignitatibus et ſcriptis *Symmachi*, diſſ. cum eiusdem Miſcellaneis ad Symmachi Ep. Paris. 1604. 4. — *Iac. Gothofredi* vita Symmachi cum epp. Neap. Nemet. 1617. — *Carriò* poſt Iureti editionem tres *Symmachi* epiſtolas, a Iureto non viſas, in Emendationibus ſuis, (vnam, lib. I. cap. II. duas libro II. cap. 14. tom. II. Lampad. Gruter. part. II. pag. 111. 166. 167.) ediderat. Ex his tribus *Lectius* poſteriores duas ſuae adiecerat editioni, primam omiſerat. Hanc e cod. Giphaniano *Scioppius* lib. I. Veriſimilium, vbi multum opus tulit *Symmacho*, cap. V. quaſi a ſe primum repertam atque illuſtratam edidit: quam ob cauſſam plagii adcuſatus eſt. v. plura de illa mutua Lectii atque Scioppii lite plagiique crimine in *Iac. Thomaſii* diſſ. de plagio litterar. ed. 2. Lipſiae 1679. 4. in Acceſſion. pag. 5. ſqq. — Adnotationes MSS. *Io. Cabeliauii* in Symmachum habuit cum Salmaſiana varietate codic. Palatini *P. Weſſeling*, earumque ſpecimen dedit in Obſeruatt. lib. I. cap. 16. pag. 56.

56. ſqq. adde *Erneſti-Fabricii* B. L. libro et tomo III. cap. 16. pag. 204. ſqq. *Fabricii* B. L. med. et inf. aetatis tom. VI. p. 217. ed. Manſi. *Hambergeri* Zuverlaeſsige Nachricht. II. pag. 901. ſqq.

7. Add. *Iulius Rufinianus*, rhetor, imperante Conſtantino M. Scripſit exiles libellos de figuris ſententiarum et elocutionis. Editi ſunt nouiſſime cum *Rutilio Lupo* a *Dau. Ruhnkenio*, cuius praefationem p. XXV.—XXVIII. conferes.

§. 60.

MARTINUS.

1. Natus eſt circa 316. mortuus a. Chr. 400.

2. Sabariae in Pannonia primam lucem vidit; XXII. an. in militia verſatus ad Hilarium ſe tandem contulit, cuius opera apud Turonenſes epiſcopus factus eſt. De ſancta eius vita, doctrina, quae in iuuene nullo fuit, in Galliis diuinitus tradita, eiusque miraculis, multae narrantur fabulae.

3. *Profeſſionem fidei de trinitate* ab eo conſcriptam eſſe, quidam opinantur.

4. Inſerta eſt bibliothecae patrum max. tom. V. p. 1084.

5. Vt eius vita fuit, ita eius eſt dicendi genus.

6. Plura vide de eo et editt. in *Fabricii* B. L. med. et infimae aetatis, tom. V. pag. 36. ſq. adde *Saxii* Onom. I. p. 435.

§. 61.

§. 61.

AMBROSIUS.

1. Natus eſt ſecundum *Pagii* rationes in critica Baroniana tom. V. ad. a. Ch. 369. nr. XIII. pag. 268. a. circiter. 340. et mortuus a. C. 397 teſte eodem, l. m. tom. VI. ad. a. C. 397. nr. XIX — XXII. v. cel. *Saxii* Onomaſt. I. pag. 434. — Exercitatio ſingularis de anno et die mortis *S. Ambroſii*, (pridie I. diei Paſchatos feſti, a. 398.) eſt in Actis Sanctorum m. April. poſt catalogum Pontificum roman. Antwerp. 1675.

2. Gallus putatur; at non Arelate; ſed Treuiris ortus eſt. Litteris diligenter eruditus, Liguriae tandem et Aemiliae, quum in foro ſumma cum laude antea verſaretur, praefectus, Mediolani habuit domicilium, vbi vrguente populo inuitus, (ſi ea, quae narrantur, vera ſunt,) a. C. 374. officium praeſulis ſacri ſuſcepit. Religionibus prauis abiectis, chriſtianae defenſor conſtans, neque raro iuſto ſeuerior euaſit.

3. Scripta eius theologica, ex quibus 35. vera ſunt, indefeſſam teſtantur induſtriam. *Miſſam* vero *Ambroſianam* et *hymnum*, *Te Deum laudamus*, plurimi noſtratium foetum alterius cuiusdam hominis eſſe arbitrantur.

4. Primae edd. vel aliquot tantum *Ambroſii* opuſcula, vel etiam ſpuria praebuerunt. *Princeps* ed. fuiſſe videtur, ſaltem inter principes

cipes referenda eſt: *Hexameron B. Ambroſii*, Mediolanenſis epiſcopi. Aug. Vind. per Io. Schuſsler. 1472. fol. (v. *Zapfii* Augsburgs Buchdruckergeſchichte part. I. pag. 16. et *Sebaſtiani Seemilleri* Bibl. acad. Ingolſtadt. Incunabula typogr. faſcic. I. 1787. pag. 40.) — *Ambroſii* libri decem explanationum Euangelii S. Lucae. Auguſtae Vindelic. per Anton. Sorg 1476. fol. min. (v. *Seemiller* l. cit. pag. 87. *Zapf* l. mem. pag. 39. in primis *Freytag* Adpar. litter. tom. II. pag. 868. ſqq. vbi plures inſuper laudat Ambroſianae vitae praecones aut enarratores.) —

Ambroſii de officiis et opuſcula cum eiusdem vita. Mediolani per Chriſtophor. Waldarfer, Ratisponenſem. 1474. 4. (vide *Saxii* hiſtor. typogr. litter. Mediolan. pag. 560. et not. 5.) — *S. Ambroſius de Officiis*, edit. vetuſtiſſima, 4. ſine vllis ſignis et notis, cl. *Strauſs* in monumentis typogr. Biblioth. collegii Canonicorum regular. in Rebdorf. Eichſtadii, 1787. 4. pag. 79. putat, characteres eſſe Ginther Zainer.

Hamberger in *Zuverlaeſſigen Nachrichten* tom. II. p. 911. memorat edd. Mediolanenſes 1474.*) 1488. — 1490. — Monachi vero ordi-

*) De qua edit. vide *Saxii* hiſtor. typogr. literar. Mediolan. pag. CXLV. C. D. et pag. 469. not. idem ib. pag. 181. de edit. Mediolan. induſtria Maſelli Venia Beneuentani. 1477. pag. 319. de edit.

ordinis S. Benedicti, et *I. G. Walchius* in bibliotheca patriſtica pag. 88. mentionem faciunt editionis, quam principem habent, ſine nota loci et anni, cura Maſelli Veniae, Monachi Auguſtiniani, atque eiusdem ordinis Generalis, Ambroſio Corano, qui 1486. vitam finiuit, conſecrati. ſed hanc editionem Mediolani ineunte anno 1477. typis fuiſſe deſcriptam, docet *Saxius* in Hiſt. Mediolanenſi, pag. 181. ſq. vbi de Ambroſio de Cora et Maſello Venia multus eſt, item pag. 477. ſqq. vbi Maſelli dedicationem recudi fecit, et pag. 608. vbi in nota putat, typis Antonii Zarotti fuiſſe expreſſum librum.

Has editiones, quae paucos Ambroſii libros complectuntur, ſuperat multis rebus editio Amerbachiana, cuius curam geſſerat *Ioannes de Lapide*, qui ſingulos libros in certa capita diuiſit, et illorum argumenta praefixit. *Ambroſii Opera* P. I. II. III. Baſil. per magiſtrum Ioan. de Amerbach. 1492. Fol. v. *Schwarzii* Bibl. part. II. pag. 223. cl. *Schnizer* in Dritter Anzeige der Kirchenbiblioth. Zu Neuſtadt an der Aiſch. pag. 45. Eſt quidem admodum rara editio, ſed ex vitioſis codicibus depromta. —

Opera

edit. per Georg. Cribellum. 1490. rec. 1495. ib. pag. 329. et pag. 341. et p. 590. de ed. an. 1492.

Opera et ſtudio *Eraſmi Roterodami.* Baſileae ex officina Frobeniana 1527. V. vol. Fol. de qua editione vid. *I. G. Walchii* bibliothecam patriſticam pag. 95. in primis *Io. Fabricium* in Hiſtoria bibliothecae Fabricianae part. I. pag. 184. ſqq. vbi de libris Ambroſianis germanis et ſuſpectis, de hac edit. et de Ambroſio ipſo copioſe agitur. — — ſtudio *Iac. Gilottii.* Pariſiis, 1569. Fol. quam editionem Benedictini reliquis praeferunt, licet, quae ſub ſequebatur, Romanam: —. *Opera omnia* ad veterum MSS. et emendatiorum codd. fidem reſtituta, cura et labore *Felicis*, Cardinalis de *Monto alto.* tom. VI. Romae 1579. — 1587. Fol. valde mutatam et famoſam reliqui editores ſequerentur. — Edit. Lugdunenſis a. 1559. corrupta eſt a Franciſcanis et poſtea ſuppreſſa teſte Franc. Iunio apud Riuetum in Crit. S. lib. III. cap. 16. adde *Io. Fabricium* l. m. pag. 184. et *Clement* Biblioth. curieuſe, hiſtor. et critique etc. voc. *Ambroſ.* pag. 259. et *Widekind* Ausführlich. Verzeichniſs von raren Büchern etc. part. I. pag. 96. ſq. vbi rariores *Ambroſii* editt. commemorantur. —

Optima eſt editio: *Ambroſii Opera*, ad MSStos codd. Vaticanos, Gallicanos, Belgicos etc. nec non ad editt. vett. emendata. — ſtudio et labore Monachorum ordinis S. Benedicti e congregat. S. Mauri (*Iacob du Friſch* et *Nicol. le Nourri*) tom. I. Pariſiis, 1686. tom. II. 1690. Fol. —

De

De officiis libri III. Pariſiis. 1504. 4. — cum praefatione *Boecleri*, Argentorati. 1646. 12. — cum commentatione copioſa loco manuductionis ad philoſophiam moralem et iuris prudentiam naturalem et chriſtianam veterum eccleſiae doctorum, per *Mich. Foertſch.* Stutgard. 1698. 8. — *Ambroſii* libelli, ſiue epiſtolae contra relationem Symmachi, pro ara Victoriae erigenda contendentis, ad Valentinianum Imperatorem. Baſileae 1549. 8. — cum notis Iureti. Paris. 1554. 4. vid. Symmachum. — De virginitate, Romae 1562. 4. vide §. ſeq.

5. Multas habet virtutes et dictionis et doctrinae, multa quoque vitia, ei praecipue ſaeculo communia. Accurate et diligenter contra Arianos disputat. Eum multa paſſim ex Origene, Hippolyto, Baſilio aliisque deſcripſiſſe, Hieronymus aliique oſtendunt. v. *Iac. Thomaſii* de plagio literato pag. 156. edit. 2.

6. *Godefred. Hermant* vie de S. Ambroiſe Paris. 1678. 4. — *Argelati* ſcript. Mediolan. tom. II. pag. 47. — *Longchamp* in *Entwurf einer Gelehrten Geſchichte Frankreichs.* tom. I. pag. 278. ſq.

De *Ambroſio* eiusque ſcriptis multus eſt I. G. *Walchius* in bibliotheca patriſtica pag. 147. 208. 307. 351. 360. 366. 441. 469. 479. 491. 492. 500. adde *Fabricii* B. L. lib. IV. cap. 3. pag. 430. eiusd. B. L. med. ac. inf.

aet.

aet. I. p. 85. ſq. edit. Manſi. *Humberger* Z. N tom. II. pag. 907. ſq.

§. 62.

SOPHRONIUS EUSEBIUS HIERONYMUS, STRIDONENSIS.

1. Eum a Chr. 345. aura vitae frui coepiſſe, multis videtur eſſe probabile. Secundum *Hambergerum* in Zuverlaeſſigen Nachrichten tom. III. pag. 65. natus eſt a. Chr. 330. aut ſecundum Pagium; a. 331. *Saxii* Onom. I. pag. 425. et mortuus a. 420.

2. Stridone Dalmatorum, patre Euſebio, qui vero Dei cultui fuit addictus, natus; quum litterarum amator, ſedulus veterum graecorum et latinorum ſcriptorum lector et religionum ſtudioſus eſſet, non ſolum multa fecit itinera, eaque in diuerſas orbis partes, ad eruditionem ſibi comparandam, ſed etiam, quo et litteris et pietati magis vacaret, in ſolitudinem ſeceſſit, in qua tamen non perpetuo permanſit. Hieronymum contendiſſe Romam ad diſcendam linguam Romanorum eruditam ſiue aulicam, quia linguam tantummodo rusticam Latinam, quae etiam fuiſſet Pannonica, antea ſciuiſſet, adfirmat *Steph. Salagius*, Presbyter, de ſtatu eccleſiae Pannoniae lib. VII. in libro primo de ſtatu ciuili Pannoniae. Quinque eccles. (Fünf Kirchen) 1777. mai. 4. pag. 49. Tandem vero Bethlehemum, extremam ſibi aetatem transacturus, venit, omni tempore in addi-

addiſcenda lingua hebraica et in conficiendis libris collocato. Auſtera quidem viuendi ratione, vigiliis et laboribus vtut corpus maceraſſet, ad vltimam tamen aetatem peruenit. Magna variaque fuit in Hieronymo eruditio, multaque facundia, nec, vt eius tempeſtatis barbaries erat, vulgaris elegantia. Quot vero ita eius excellens fuit virtutibus, quae ſaltem oculos hominum praeſtinguere atque obſcurare poſſent; tot etiam vitiis et animi et diſcilinae. Quanto odio, quantaque inuidia mul-orum, qui vel vitam eius vel doctrinam reddere iſpectam conati ſunt, in primis Ruffini atque oannis Hieroſolymitani, flagrarit, ipſe memoae prodidit in Epiſtolis ad Aſellam, Pammaiium, Demetriad. et alibi. Liticula quoque in-r eum et Auguſtinum, quem eruditione atque terarum copia ſuperauit, intercеſſerat.

3. Multa erudite tractauit argumenta manam partem theologica, quae tamen breuiis ſtudioſi omnia recenſere non poſſumus. ommemorare iubet *epiſtolas* CXVI. in quibus nnullae ſunt criticae: *librum de viris illuſtri-r*, in quo docet, inter Chriſtianos etiam ſſe viros eruditos, quem Sophronius ex no in graecum transtulit: librum *de ſitu nominibus locorum hebraicorum*, quae libera Euſebiani opuſculi verſio: librum *quaenum hebraicarum in Geneſin*, vbi latinam ſionem cum graeco et hebraico textu con-; *Chronicum Euſebii*, latine redditum,

 cum

cum Hieronymi continuatione: *Sacrae ſcri-pturae Verſio*, quam ſenex e textu tam he-braico quam graeco concinnauit; quae tamen non eſt *vulgata*, a Papae adſeclis tamquam authentica celebrata.

4. *S. Hieronymi Tractatus et Epiſtolae* ex recognitione Io. Andreae, epiſcopi Alerien-ſis. Volumina duo priora. Romae. 1468. in domo magnifici viri Petri de Maximo, fol. magno, (v. *Hamberger* l. m. pag. 73. ſq. in-primis *Audiffredi* Catalog. editt. rom. pag. 12. ſqq.) — *Hier. Epiſtolae et Tractatus* Romae, per Conrad Schweynheym et Arnold Pannartz. 1470. fol. cum epiſt. I. Andreae. *Rich. Simon*, in Lettres choiſies. tom. I. p. 287. et Cardinalis *Quirinus* de optimorum ſcripto-rum editt. pag. 162. ſqq. vbi de hac edition copioſus eſt, atque *Fabricium* in B. L. lib. III. cap. 3. pag. 449. corrigit, inprimis p. 122. putant, hanc et ſuperiorem ſ. primam editio-nem eſſe vnam eamdemque, licet exemplari nonnulla typographo libuerit anni 1468 indicio ſignare, reliqua vero, a. 1470. pro-fecto vt venaliora redderentur. Verum *Audif-fredus* l. m. pag. 52. ſqq. refellit illam ſenten-tiam, et collato vtriusque editionis volumine II. adductisque multis exemplis docet, vtramque valde eſſe diuerſam. *) —

Al-

*) Adde *Braunii* Notitiam librorum in Bibl. monaſt. ad S. Vdalric. et Afram Auguſtae, pag. 127. ſqq.

Ab eodem *Audiffredo* pag. 122. memo-
rantur *Thomae Dornibrg*, Memmigenſis,
ureola ex ſuauiſſimis ſalutiferisque floribus
glorioſi confeſſoris *B. Hieronymi*. Romae.
472. fol. et pag. 392. eiusdem libelli editio
Romana ſ. anni nota, magn. 4. pag. 205.
Hieronymi Tractatuum et Epiſtolarum tomus
rimus. Romae per Arnold. Pannartz. 1476.
nagno fol. — pag. 222. Pars II. per Mag.
Georgium Laur. de Herbipoli Romae 1479.
ol. (v. quoque *Maittaire* Annal. typogr.
om. I. pag. 398. ed. II. *Quirinius* l. m. pag.
21. falſo ſcripſerat per *Georgium Lauren-
tium de Herbipoli*, ſed iam correctus eſt in
ota a Schelhornio. adde *Goetzii* Memorab.
ibl. Dresdens. I. pag. 83. ſqq.)

Interea, niſi prius, lucem adſpexerunt
Hieronymi Epiſtolae ex recenſione *Theodori
elii Piceni*, duobus voluminibus ſine nota
ci, anni et nomine typographi. fol. (de qua
it. vide Catal. *Duc. de la Valliere*. I. p. 160. ſq.
amberger l. m. pag. 75. ſq.) — *Epiſtolare
ati Ieronimi*, Moguntiae, per Petrum Schoiſ-
r de Gernsheim, 1470. m. fol. (v. *Goetzi*
m. pag. 82.) —

S. Hieronymus et *Gennadius* Maſſilienſis
viris illuſtribus, edit. vetuſtiſſima, fol. min.
e die et loco. (probabiliter ex officina ty-
gr. Gintheri Zaineri. v. *Freytagii* Adparat.
erar. tom. I. pag. 623. ſqq.) — Vitae pa-
um, aut, quae inſcriptio eſt, *Incipit pro-*

Ss 2 *logus*

logus ſancti Hieronymi, cardinalis presbiteri: in libros Vitas patrum ſanctorum Egiptiorum etc. Nurnberg. per Antonium Coburger, 1478. fol. mai. (continet multa Hieronymo quondam adficta: omnia vero recenſet diligenter *Freytag.* in Adparatu litterar. tom. II. pag. 1140. ſqq.) Antiquiores huius libri editt. et reliquas, quae viginti ſunt, perſequitur *Heriberdus Rosweydus* in Prolegomenis in vitas patrum, prolegom. XVII. p. 30.

Antiquam ſ. l. et a. commemorant *Baumgarten* in Nachrichten einer Halliſchen Bibliothek. tom. VII. pag. 503. et cl. *Schnizer* in: Zweiter Anzeige der Kirchenbibl. zu Neuſtadt an der Aiſch. 1783. pag. 22. — *Maſch* in Beyträgen zur Geſchichte merkwürdiger Bücher, part. IX. Bützou. et Wismar. 1776. 8. pag. 747. recenſet edit. Lugdunenſem. 1520. min. fol. — *Hier. Ordo viuendi deo* ad Euſtochium Virginem, (liber ſpurius,) Coloniae apud Vdalricum Zell. 4. ſ. a. (v. *Braunii* Notitiam hiſtorico - litterariam de libris ab artis typograph. inuentione vsque ad an. 1478. impreſſis, in bibliotheca monaſterii ad SS. Vdalricum et Afram Auguſtae extantibus, Auguſtae Vindelic. 1788. 4. pag. 65.) — *Hieronymi* Epiſtolae. Parmae, 1480. II. voll. — — III. partes. Baſileae. 1497. fol. —

Enimuero hucusque neque plenior Operum editio, neque critica ratione rite tractata exſtitit. Praeter enim epiſtolas alia quoque opuſcula ſepa-

ſeparatim quidem fuerunt excuſa, e. g. *D. Hieronymi* Explanatio in Prophetas, *Venetiis* per Joannem et Gregorium de Gregoriis, fratres. 1497. fol. med. (v. *Schnizer* III. Anzeige etc. pag. 50.) — poſtea *Ambroſii, Hieronymi* et *Auguſtini* Opuſcula de virginitate. Romae, 1562. 4. (v. *Pinelli* Bibliothec. tom. I. p. 85. n. 523. vbi pag. 98. aliae edd. *Epiſtolarum*, ſaec. XV. indicantur.) — *Hieron.* vitae Sanctorum patrum, Venetiis per Octauian. Scottum. 1483. 4. aliaque. cel. *Seemiller* in Bibliothecae acad. Ingolſt. Incunabulis typographicis recenſet quasdam editt. aliasque, quas iam antea indicauimus, faſc. I. pag. 84. 89. 98. 128. 156. et faſc. II. pag. 25. 46. quod breuitatis ſtudioſi tantum ſignificamus.

At ab *Erasmi* aetate plures recenſiones criticae ac pleniores editiones e MSStis enatae ſunt: atque ſinguli *Operum* editores nouas concinnarunt, aut opem adtulerunt maiorem. Primum igitur de *Hieronymi* Operibus ſumma habet promerita *Erasmus Roterodamus*, qui recenſita, a ſpuriis emaculata atque illuſtrata VIIII. voll. complexa edidit Baſil. 1516. fol. Acceſſit *Operum Index* per *Io. Oecolampadium* in ordinem digeſtus Baſil. Froben. 1520. fol. — dein repet. 1520. 1553. 1565. et Lugduni 1530. ac Pariſiis 1533. et 1546. de ea editione et ſingulis *Hieronymi* libris copioſe docteque diſſerit *Io. Fabricius* in Hiſtoria Biblioth. Fabricianae, tom. I. p. 192—203.

Contra Eraſmianas correctiones multa diſputat *Marianus Victorius, Reatinus*, in editione ſua *Operum Hieronymi* ex MSStis codicibus (XX.) multo labore emendatorum, et ab innumeris erroribus vindicatorum: cum indice copioſiſſimo. Romae, 1565. — Antwerp. 1579. IX. voll. fol. (in qua *Victorii* acerbitas orationis contra Eraſmum mitigata eſt,) Pariſiis 1580. 1602. 1623. 1643. additis nonnullis obſeruatt. repet. Coloniae, 1618. — *Hier. Opera omnia* cum notis et ſcholiis, variis item lectionibus Deſiderii Eraſmi Roterodami, Mariani Victorii, Reatini, Henrici Grauii, Frontonis Ducaei, Latini Latinii aliorumque. — Francof. ad M. et Lipſ. 1684. fol. XI. voll. (cura *Adami Tribbechouii* ſecundum Eraſmianam editionem.) Deſunt tamen notae Frider. Morellii, quae in editionibus Pariſinis 1623. et 1643. comparent. — Cura Monachorum ordinis Benedictini, Pariſiis tomi V. 1693 — 1706. cuius editores fuerunt *Io. Martianay* et *Anton. Pouget.*

Conf. *Jean le Clerc* Bibliotheque choiſie. tom. XVII. n. 1.

Hieron. — Operum tomus I. poſt Monachorum Ordinis S. Benedicti e congregatione S. Mauri recenſionem denuo ad MSS. codices romanos, ambroſianos, veronenſes aliosque, nec non ad priores editiones caſtigatus, quibusdam ineditis monumentis, aliisque S. Doctoris lucubrationibus, ſeorſum tantum antea vulgatis auctus

auctus, notis et obſeruationibus continenter illuſtratus. Studio ac labore Dominici Valarſii, Veronenſis presbyteri, opem ferentibus aliis in eadem ciuitate litteratis viris et praecipue March. Scipione Maffeio. Veronae 1734. fol. ſqq. tom. X.

— *Tomus XI. continens ſcripta ſuppoſititia poſt Monachorum Ordinis S. Benedicti congregatione S. Mauri recenſionem ſelecta diligentius et ad MSS. codices plurimos caſtigata, aliis id genus vel ineditis, vel ſeorſum antea vulgatis monumentis aucta: nouis in ſingula cenſuris recognita: notis denique et obſeruatt. illuſtrata. Accedit vita S. Doctoris e eius potiſſimum ſcriptis nouiſſime concinnata: nec non indices generales in eiusdem opera.* Ibid. 1742. fol. — — Editio *altera* ab ipſo Veronenſi editore poſterioribus curis aucta, tom. XI. Venetiis. 1766. ſeqq. 4. mai.

Tomus VIII. editus 1769. continet *Chronicon Euſebio - Hieronymianum.* de quo lege *Vallarſii* praefationem. Quod in notis *Martianay* crebro refutatur; id exacerbauit iram Monachorum Benedictinorum in: *L'Explication de diuers Monumens, qui ont rapport a Religion des peuples anciens.* Paris. 1739. 4. pag. 374. ſqq. Attamen Vallarſiana editio melior eſt, quam Benedictinorum: nec vero Gribechouii editione carebit Hieronymianus.

Separatim editi ſunt aliquot libri Hieronymi. De editione: *Jeronimus* (ſic) *de viris illuſtribus cum tabula capitulorum in principio cuiuslibet libri*, et *de eſſentia diuinitatis*, Auguſtae Vindelicorum apud G. Zainer ſ. a. (circa 1472.) fol. vide *Zopfii* Augsburgs Buchdruckergeſchichte etc. pag. 147. et cl. *Meuſelii* Hiſtor. litterariſch. biographiſch. Magazin I. pag. 57. ſeqq.

Miſſis aliis opuſculis *Hieronymi*, ſeorſum publicatis, quos enumerat *Hamberger* in Z. N. II. pag. 81. ſqq. et in Kurzen Nachrichten von den vornehmſten Schriftſtellern, tom. II. pag. 846. ſqq. memorari licet: *Vetuſtiora latinorum ſcriptorum Chronica*, ad MSS. codd. emendata et cum caſtigatioribus editionibus collata, notisque illuſtrata in vnum corpus collecta, praemiſſo *Euſebii Chronico a D. Hieronymo e graeco verſo et multis aucto.* Collegit Dr. *Thomas Roncallus*, Monachus Caſſinenſis. Patauii, apud Io. Baptiſtam et filios Penada, Pauiae. 1787. 4. II. voll. — Aliae edd. antiq. recenſentur in Catalogo librorum Ducis *de la Valliere*, tom. I. pag. 158. ſqq. — *Epiſtola ad Nepotianum* de vita Clericorum — notis et animaduerſionibus *Erdmann. Rudolph. Fiſcher.* Coburg. 1758. 8. — — *de SS. eccleſiaſticis*, cum veteri verſione graeca, quam vocant, Sophronii — notis variorum — curante *I. Ab. Fabricio*, in eius bibliotheca eccleſiaſtica, Hamb. 1718. Fol.

5. Plus

5. Plus valuit ingenio, quam iudicio. Quanto tamen ſuperior Auguſtino fuit litterarum copia; tanto inferior illo ſagacitate ingenii. Philoſophia parum imbutus, quod animi adfectibus facile ſe abripi paſſus eſt, ab odio inuidiaque et erroribus tutum ſe praeſtare non potuit. Hiſtoriae tamen eccleſiaſticae primus duxit lineas, et campum aperuit latum: atque interpreti S. S. lectio illius ſcriptorum et vtilis eſt et neceſſaria. Vbique prae ſe fert vaſtam lectionem, adfectat tamen ſtili ſublimitatem, frequenter ſpargit ſententiarum flores; parum vero curat numerum et iuncturam orationis.

6. Monachi Benedictini in ſuae editionis prolegomenis de Hieronymo copioſe egerunt. — *Io. Clerici* quaeſtiones Hieronymianae. Amſtel. 1700. 12. in quibus de Martianaeo et Hieronymo liberius iudicatur. Hinc illi ſe oppoſuit Martianaeus in eruditionis Hieronymianae defenſione. Pariſiis 1700. 8. — *I. G. Walchii* bibliotheca patriſtica pagg. 89. 353. 439. 446. et alibi. — *De epiſtola ad Damaſum* vide cel. *Semler*, in praef. ad tom. III. *Rich. Simon's* Kritiſche Hiſtorie der Ueberſetz. des N. T. — *Iac. Rhenferd* Periculum criticum in loca deprauata Euſebii Caeſarienſis et Hieronymi de ſitu et nominibus locorum hebraicorum, in eius Operibus philologicis. Vltraiecti 1722. 4. diſſ. XVIII — — XXIV — *Heumanni* diſſert. de Hieronymi ecſtaſi Anticeroniana, in Sylloge diſſertatt. pag. 655. ſq. —

Theophil. Spizelius in libro: *Infelix literatus*, Auguſtae Vindel. 1680. pag. 544. ſqq. multa collegit de Hieronymo eiusque aduerſariis: idem in libro: *Felix literatus*, ibid. 1676. 8. pag. 460. ſq. et paſſim agit de illo eiusque celebrat virtutes. — — add. *Roesleri* Bibliothek der Kirchenväter, part. IX. Lipſiae. 1785. 8. — *Fabricii* B. L. med. et inf. aet. tom. III. pag. 248. ſqq. ed Manſii. — *Dom. Vallarſius* in vita S. Hieronymi ex eius ſcriptis tom. XI. ſuae edit. Hier. — *I. Math. Schroekh Kirchengeſchichte*, part. XI. Lipſiae 1786. 8.

7. Addantur *S. Lucianus*, ciuis et epiſcopus Leontinus, denatus a Ch. 403. Scripſit *Hiſtoriam SS. Martyrum Alphii, Philadelphi, et Cyrini.* Plura de eo dabit *Mongitor* in Bibliotheca Sicula, vol. II. pag. 15. ſq.

Pelagius, Britannus, haereſeos Pelagianae circa a. 410. auctor, viribus humanis in emendatione vitae et ſanctimonia multum tribuit, Auguſtinum aliosque nactus aduerſarios, ſcripſit *libros tres de fide Trinitatis*, *Eulogiarum* ex Diuinis ſcripturis librum vnum, *Epiſtolam ad Demetriadem* de virginitate, (quae etiam inter Hieronymi et Auguſtini opera legitur, ſed a criticis *Pelagio* vindicatur, ſicut quoque *libellus fidei*, Hieronymo quondam tributus, et in huius Operibus ſaepe editus legitur ſub titulo: *Symboli epiſtola* ad *Damaſum* a *Launoio* in ſingulari ſcripto, tom. II. Operum, parte II. pag. 302. eſt adſertus Pelagio:) *Epi-*

ſtolam

ſtolam ad Celantiam, matronam, *de ratione pie viuendi*, inter opera *Hieronymi* receptam, ab Erasmo autem *Paulino Nolano*, epiſcopo, tributam, quam vero ven. *Semlerus* ob rerum et ſtili ſimilitudinem Pelagium habere auctorem cenſet. Stilus enim Pelagii non eſt malus, rerum autem ordo lucidus.

Libellum fidei anglice vertit, notisque eruditis illuſtrauit *Wilhelm Walliſius* in Hiſtoria paedobaptismi, anglice edita, pag. 200. ſq. — *Pelagii ſancti et eruditi Monachi epiſtola ad Demetriadem. Virginem*, cum aliis aliorum Epiſtolis. *Dan. Whitby*, S. T. P. tractatus de imputatione diuina peccati Adami poſteris eius vniuerſis in reatum. Recenſuit et notas addidit *I. Sal. Semler.* Halae Sax. 1775. mai. 8. Adiuncta eſt *Auguſtini* epiſtola contra Pelagium et Hieronymi epiſtola de ſeruanda virginitate.

Conf. *Gerardi Ioa. Voſſii* Hiſtoriae de controuerſiis, quas Pelagius eiusque reliquiae mouerunt: libri VII. editio altera, (cura Iſaaci Voſſii) ex ipſo autographo auctoris longe auctior et emendatior. Amſtel. 1655. 4. repet. vna cum eiusdem disputatione de haereſi Pelagii, in *Voſſii* Operum tom. VI. — *Fabricii* B. L. mediae et infimae aetatis, tom. V. pag. 222. ſq. et *Saxii* Onomaſtic. I. pag. 477.

De *Pelagio* ab iis, qui vel vberius, vel preſſius de rebus ad hiſtoriam antiquiorem eccleſiaſticam aut ſcriptores eccleſiaſticos pertinenti-

nentibus ſcripſerunt, vario modo agi atque iudicari, quum ſecta illius late propagata eſſet, vel me non monente, facile poterit intelligi.

§. 63.

Aurelius Augustinus.

1. Imperantibus Theodoſio M. eiusque filiis floruit. Natus a Ch. 354. mortuus a. 430.

2. Parentes habuit, qui Tagaſtae in Numidia (v. *Weſſeling* ad Antonini Itinerar. pag. 45. a.) habitarunt, fortunae quidem tenuioris, honeſtos tamen et probos, matrem in primis piam et religioſam. In adoleſcentia fuit libidinoſus, cuius flagitii poſtea illum valde poenituit. Perlecto Ciceronis dialogo, Hortenſius inſcripto, amorem litterarum cepit, et in vrbe patria, tum Carthagine, Romae ac Mediolani rhetoricam docuit: atque erroribus Manichaeorum, quibus ab anno XIX. aetatis deditus fuit, liberauit animum. Poſt varios caſus fataque apud Hipponenſes munus presbyteri, deinde epiſcopi a Chr. 396. obtinuit. Multa ei fuit facundia, oris ſuauitas, acumen ingenii, tenacitas memoriae, animi tranquillitas et modeſtia, ſumma diligentia, aliaeque virtutes, quae viro bono et honeſto, praeſertim chriſtianorum doctori, et amorem ipſius et dignitatem et amplitudinem parent concilientque. In votis habuiſſe dicitur, Chriſtum in carne, Paullum in ore, Romam in flore videre licuiſſe; ſed vide

Io.

Io. Henr. a Seelen de voti, quod Auguſtino, Epiſcopo Hipponenſi, vulgo adſcribitur, fide dubia: in Miſcellaneis Lubec. voll. II. pag. 45. ſqq.

3. Permultos confecit libros, quos omnes recenſere, libelli breuitas vetat. Praeter 273. epiſtolas multasque orationes ſacras in nouiſſima editione, 110. libri ſiue tractatus, qui cenſentur ingenui, numerantur: e quibus nominare iuuat libr. III. *contra academicos et de vita beata:* lib. IIII. *de doctrina chriſtiana:* non eſt compendium theologiae dogmaticae, vti quidam putarunt, ſed Hermeneutica potius et Homilia quoque, vbi cumprimis multa praecepta S. S. interpretandae et pro ſacris roſtris apte dicendi traduntur: Commendantur hiſtoria, dialectica, matheſis atque eloquentia, etiam profana: Liber quartus ſeorſum quoque olim euulgatus, in edd. pr. inſcribitur *de arte praedicandi:* tum *Enchiridion ad Laurentium de fide, ſpe et charitate,* quod compendium theologiae, (ſed multis maculis inquinatum,) eſſe debuit: *de moribus eccleſiae catholicae et Manichaeorum* lib. II.: libr. *de mendacio:* libr. *contra mendacium ad Conſentium:* libr. VII. *quaeſtionum in heptateuchum:* libr. XIII. *Confeſſionum,* in quibus vitam ſuam ingenue enarrat: libr. II. *Retractationum,* in quibus libros ſuos percenſet: libr. XXII. *de ciuitate Dei,* in quibus Chriſtianam ciuitatem ab iniquis paganorum criminationibus ex hiſtoria atque antiquitate docte vindicat.

Quare

Quare hic liber etiam philologo atque hiſtorico commodus eſt atque ad cognoſcenda multorum veterum philoſophorum placita ſomiaue perquam vtilis.

4. Quia *Auguſtinus* ſumma floruit auctoritate, et per ordinem, ab nomine illius nuncupatum, multos ſuae doctrinae adſeclas nactus eſt, eius opuſcula vel ſeparatim vel coniunctim ſaepius ſunt formulis typographicis deſcripta: quorum vt omnium catalogum conficiam, inſtituti ac breuitatis ratio non permittit. Quare aliquot easque antiquiſſimas rarioresque editiones primum commemorabo.

Liber quartus S. Auguſtini de doctrina chriſtiana, (h. e. de arte praedicandi,) *Argentorati* per Mentelinum, (alias Mentellum,) absque anni nota. ſaec. XV. fol. de qua rariſſima editione, et quae prior Moguntina cenſetur, v. Abbat. *Mercier*, in Memoires de Trévoux, a. 1765. p. 1454. Journal Encyclopéd. à Bouillon, a. 1788. m. April. pag. 156. in primis cel. *Morellum* in docta adnotatione ad Pinelli Catalog. tom. I. pag. 87. ſq.

Sequuta igitur eſt editio illius opuſculi ad codd. MSS. emendati, *Moguntiae* per *Io. Fuſt.* ſ. a. fol. quam tamen *Bure* in Catalog. libr. *Ducis de la Valliere*, tom. I. (vbi a pag. 164. multae vetuſtae et principes edd. Opuſc. Auguſt. recenſentur,) n. 477. principem et a. 1466. excuſam eſſe ſentit. — ibid. n. 476. memoratur *Auguſt. liber de vita chriſtiana*, (Mogunt.

per

per Petr. Schoiffer, circa a. 1470.) 4. — *liber de conflictu viciorum et virtutum* ſ. l. et a. (Argentor. apud Georg. Husner et Io. Beckenhub circ. an. 1473.) v. *Strauſſii* V. cl. Monum. typogr. in Biblioth. Rebdorf. Eichſtädii. 1788. p. 45. in primis *Seemiller* in Incunabul. typogr. biblioth. Ingolſtadt. faſc. I. p. 109. vbi etiam memoratur ex eadem officina, *Auguſt. libr. de XII. abuſiuis ſaeculi et ſententia de origine animae*, it. *de diuinatione daemonum.* fol. min. — *de meditatione*, fol. (v. *Seemiller* l. c. pag. 112.) — *De virginitate* ſ. l. et a. (v. *Strauſſ.* l. m. pag. 66.) — *de vita Chriſtiana*, eiusdem liber de ſingularitate clericorum, per Olricum Zell de Hanau. 1467. 4. (v. Catal. *Ducis de la Valliere*, I. nr. 475.) — Tractatus *de fuga mulierum* et *de communi vita clericorum.* (*Coloniae* per Olricum Zell de Hanau.) circa a. 1470. 4. (v. Catal. *Ducis de la Valliere* I. n. 474.) — Incipit liber B. *Auguſtini* epiſcopi, qui vocatur quinquaginta. — *Omelia prima.* 1475. per *Antonium Sorg* in Auguſta. fol. min. v. *Strauſs* l. m. pag. 118. *Zapf* Augsburgs Buchdruckergeſchichte, pag. 32. vbi pag. 34. quoque memoratur — *Aug. libri confeſſionis.* Auguſt. Vindel. 1475. fol. —

Libri de anima et ſpiritu, de ebrietate, ad virgines de ſobrietate et ebrietate, de quatuor virtutibus caritatis, de vanitatibus ſeculi, de vita chriſtiana, de contricione cordis. ſ. l.

et

et typogr. nota in 8. a. 1472. (de rariſſima hac editioue, Maittario ignota, et veris illorum auctoribus, v. *Freytag.* Adparat. litter. II. pag. 871. adde *Schnizer* II. Anzeige der Kirchenbil. zu Neuſtadt an der Aiſch, pag. 23.) — *de verae vitae cognitione.* (Moguntiae, per Petrum Schoyffer) circa a. 1470. 4.

— *Opuſcula de vanitatibus ſaeculi, de vita chriſtiana*, ſ. l. a. et typogr. nota. 4. (probabiliter per Conrad Finer, Eslingenſem typographum, circa. a. 1477. v. *Seemiller* l. m. II. p. 150.) — *Confeſſiones*, absque vlla nota, ſaec. XV. fol. (typis germanicis, circa a. 1470. vide cl. *Morelli* not. ad Pinelli Catalog. I. pag. 91.) — Mediolani, aere *Io. Theutonici.* 1475. 4. (v. *I. A. Saxii* hiſt. lit. typogr. Mediol. pag. DLXII. adde *Vallierii* Catal. pag. 168. ſq. tom. I.) — *De ſalute* ſ. adſpiratione animae ad Deum. Taruiſii. Gerardus de Flandria. 1471. 4. (v. *Morelli* notam l. m. pag. 91.) — *Liber epiſtolarum.* ante indicem praecipuarum ſententiarum ac materiarum, legitur: vigilanti accuratiſſimoque ſtudio emendatarum et impreſſarum — opera magiſtri *Ioan. de Amerbach* ciuis Baſileens. perfectarum etc. 1493. fol. (ed. perrara.)

— *Epiſtolae.* Venetiis 1494. 4. per Benalium. — *Soliloquium.* it *liber de animae quantitate*, ſine vlla nota, fol. min. (Auguſtae Vind. typis vel Gunth. Zaineri vel Ambroſii Kelleri, opinante *Strauſſio* l. m. pag. 46.

Zaineri

Zaineri typis putat *Freytag.* in Adparat. litt. II. pag. 870. ſq. adde Meuſelian. hiſtor. litterar. biograph. Magazin I. pag. 57. ſqq. *Zapf* l. m. pag. 146. item Meuſelianum lib. I. mem. pag. 134. de antiqua edit. *Auguſtini de virtute Pſalmorum.*) — *Retractationum* lib. II. Mediolani, per Anton. Zarottum. 1486. 4.

Miſſis aliis, editiones antiquas libri vtiliſſimi *de ciuitate dei* paucis indicabo. A *Maittario* paſſim in Annal. typogr. *Clement.* in bibl. cur. tom. II. pag. 260. ab *Audiffredo* in Catal. editt. rom. ſaec. XV. *Hambergero* Z. N. II. p. 112. in Catalogis *Pinelli* l. m. pag. 86. ſqq. et *Ducis de la Valliere* I. pag. 165. et aliis plura de illis commemorantur — *de ciuitate libr. XXII.* ſaec. XV. fol. (typis germanicis circa a. 1470. v. f. *Morelli*-notam ad Pinelli Catal. pag. 87.) — in Monaſterio Sublacenſi 1467. fol. (*Audiffred.* pag. 6. ſq.) — *Romae*, per Conr. Schweynheim et Arn. Pannartz. 1468. et 1470. (ſunt omnino diuerſae editiones. v. *Audiffred.* pag. 2. et 61. ſq.) — cum commentariis *Thomae Valois* et *Nic Trivet*, ſ. l. et a. et typogr. nos. — (iudice cl. *Seemillero* l. m. Faſc. I. pag. 20 ſqq.) Argentor. typis Io. Mentelin. ante a. 1470. (Schnizer l. m. p. 20.) vulgo prima editio cum illis commentariis habetur *Moguntiae* per Petr. Schoiffer de Gernsheim 1473. fol. *Bure* Bibl. inſtruct. Theolog. nr. 326. *Hamberger* p. 113. *Seemiller* l. m. pag. 49.) — cum iisdem commentar. *Baſileae* per Michael.

 Wenszler.

Wenszler. 1479. min. fol. — ibidem pe
Io. de Amerbach. 1489. fol. — *Venetiis* im
penſis Octauiani Scoti. 1489. fol. (v. *Audiſ
fred.* p. 113.)

— *de ciuitate dei.* Romae per Vdalricum
Gallum Almannum et Symonem Nicolai d
Luca. a. 1474. fol. (v. *Hamberg.* l. m. e
Audiffred. pag. 49. ſq.) — Venet. per Nic
Ienſon. a. 1475. fol. (Venet. 1470. memora
cl. *Lengnich* in Beyträgen etc. II. pag. 37.) —
ibid. per Gabrielem Petri de Taruiſio. 1475
fol. — *Neapoli*, per Matthiam Morauum
1477. fol. — *Romae*, 1482. fol. (*Audiffred*
pag. 252.)

De editt. vett. verſs. gallicarum et ita
licarum v. Catalog. Ducis *de la Vallier*
I. p. 167. ſqq. et doctiſſimum *Lengnich.* l. m
pag. 37.

— cum eruditis et vaſtis commentariis
Io. Ludou. Viuis et *Leonardi Coquei.* Francof
et Hamburgi. 1661. 4.

Antiquiſſima libr. *de ciuitate* cum com-
mentariis editio recenſetur quoque a cl. *Braun*
in notitia hiſtorico-litteraria de libris ab artis
typogr. vsque ad annum MCCCCLXXVIIII.
impreſſis, in Bibliotheca monaſterii ad SS. Vdal-
ricum et Abram Auguſtae extantibus, p. 9. ſq.
vbi reliquas antiq. editt. quoque ille memorat,
et *Seemilleri* iudicio ſubſcribit. Idem vir do-
ctus pag. 3. de edit. *Argentina* apud Mente-
lium, quam etiam Moguntina ab Io. Fuſt.
facta

acta priorem putat, *Auguſtini Tract. de arte raedicandi*, vberius diſſerit. Idem p. 10. ſq. e prima omnibusque bibliographis ignota edi-one: *Aug. liber Epiſtolarum*, (197) fol. ne vlla nota, (Argentor. apud Mentelium.) uae edit. Amerbachianae praeceſſit, et pag. 1. ſq. de edit: *Auguſtini Confeſſionum bri XIII.* (quam ſupra ex Morelli nota iam udauimus, Braun vero vel a. 1470. vel an-a, Argentorati ex officina Menteliana pro-iiſſe oſtendit) docte et luculenter agit: adde ag. 38. pagg. 82. 159. 179. de aliis aliorum puſculorum editt. vetuſtis, partim a nobis emoratis, et *Melch. Ludw. Widekind* Aus-hrliches Verzeichniſs von raren Büchern art. II. Berol. 1753. 8.) pag. 258—266.

At iam ſaeculo XV. collectiones quorum-am opuſculorum factas eſſe vidimus: de qui-is praeter ea vide *Clement.* Biblioth. cur. m, II. pag. 276. ſq. *Hamberger* l. m. pag. 03. — *Auguſtini* Opuſcula plurima; nec on vitae eius a *Poſſidonio* (Poſſidio) con-riptae: impenſis et opera Martini Flach, rgentinae impreſſ. 1489. fol. et, mutato rſan tantum anni numero, 1491.

Antea tamen iam comparuerunt, *D. Au-ſtini Meditationes, Soliloquia, manuale, chiridion — Confeſſionum libri XIII. de ctrina chriſtiana libri IV. de fide ad Petrum, vita et moribus clericorum ſermones II. de ra religione.* Venet. 1484. 4.

Sed pleniorem operum *Auguſtini* edit-
nem primus parauit *Amerbachius: Opera A-*
guſtini impenſis *Ioan. Amerbachii.* Baſil. 15(
XI. vol. fol. — cura *Deſider. Eraſmi Roter*
Baſil. apud Froben. 1528. 1529. X. tom. fo
rec. Paris. 1555. T. X. — *Opera.* Ver
1550—1552. XI. tom. 4. (Eſt eclectica
cum V. L. margin.) — ibid. 1570. XI. tom.
apud Dominic. Nicolin. (eſt prima caſtr
editio.) — *Opera* ex MSS. codd. (ducen
emendata — Antwerp. apud Plantin. 15
XIII. tom. — *Operum.* — Supplementum
e codd. *Hieronym. Vignier* eruit. Paris. 16
ed. II. 1655. II. voll. fol. — nitidiſſi
opera Monachorum ordin. S. Benedicti e Co
gregat. S. Mauri. Pariſiis, 1679 — 170
XI. Tom. Fol. — ex eorumdem recenſio
Antwerp. (Amſtelod.) 1703. fol. XIImu
addidit volumen Io. Phereponus (*Io. Clericu*
v. Acta Erudit. lat. a. 1703. pag. 289.
apud Baptiſt. Abrizzi. rec. Venet. 1729-173
v. *I. G. Walchii* biblioth. patriſticam locis p
multis. De editione Pariſina Benedictin
rum, n. Franc. Delfan, Thom. Blampi
Petri Coutant, et Claudii Guesnié, et de co
trouerſia inde orta v. Biblioth. Germaniqu
tom. 33. pag. 188. tom. 34. pag. 13. tom. 3
pag. 69 ſq. Ad hiſtoriam illius quoque pe
tinent: Lettre de l'Abbé de . . . . (*Langlo*
e S. I. auctor habetur,) aux R. R. P. P. Bén
dictins de la Congregation de S. Maur. ſi

dernier tome de leur edition de S. Auguſtin
Cologne 4. (a. 1698.) et *Montfaucon* Vin-
ciae editionis S. Auguſtini per Benedictinos.
omae, 1699. 12. — Contra *Phereponi*
. e. *Clerici*) notas diſputat *Lamindus Prita-*
us (h. e. *Lud. Ant. Muratorius*,) de inge-
orum moderatione, libro III. Paris. 1714.
Francof. 1716. 8. v. Supplement. Act. Eru-
tom. VI. ſect. XI. a. 1717. pag. 511. ſq.
Editionem Paris. 1555. copioſe recenſet
le ſingulis Auguſtini opuſculis tam germa-
, quam ſpuriis et ſuppoſititiis docte diſputat
Fabricius in Hiſtoria bibliothecae Fabricia-
, tom. I. pag. 203—229.
In *Sirmondi* Opp. vol. I. nr. 4. Paris. 1696.
Venetiis 1728. fol. ſunt illius notae in
ſermones nouos *Auguſtini*, et n. 5.
edeſtinatus ſiue Praedeſtinatorum haereſis
bri, Auguſtino temere adſcripti, refutatio
uctore ante annos MCC. conſcripta. Au-
em eſſe putat *Arnobium iuniorem*. Conf.
mgarten Nachrichten von merkwürdigen
bern. vol. II. pag. 413.
Auguſtini de doctrina chriſtiana libri IV.
vnus de fide et ſymbolo. Vincentii Lerinen-
commonitorium aduerſus haereſes, ex re-
ſione *Ge. Calixti*. Helmſtad. 1655. 4. —
guſtini de doctrina chriſtiana libri IV.
dit. *Io. Chriſtiani Beniam. Tegii.* Lipſiae,
9. med 8. ex edit. Antwerp. repet. cum
is lection. notisque. — *Auguſt. Confeſſio-*

num libri tredecim. ad calcem additae ſunt variae lectiones, (e codd. bibl. regiae Paris. ac S. Geneu. et optimis edd. curante *Rondet*,) Paris. 1776. in 32.

Gregorius von Nyſſa und Auguſtinus über den erſten chriſtlichen Religionsunterricht, aus dem Griechiſchen und Lateiniſchen überſetzt, (vom *Glauber*,) mit Anmerkungen. Lipſiae, 1781. 8. Glauberus bene vertit et in prolegomenis de vita ſcriptisque vtriusque copioſus eſt, in notis vero quasdam adtulit coniecturas.

Vita *Auguſtini* expoſita eſt a *Guil. Cuperi* et *Io. Stilting.* e Soc. Ieſu, in Actis Sanctorum, menſe Auguſto, vol. VI. ſecundum ordinem temporis ex ipſius praecipue Auguſtini epiſtolis et reliquis operibus; adduntur tamquam acta originalia, *Auguſtini libri Confeſſionum* et *Poſſidii* vita Auguſtini. Antwerp. 1743. fol. — — *Scipio Maffei* concordiam ſyſtematis Auguſtiniani, cum Bulla, Vnigenitus, et patribus eccleſ. quinque priorum ſaeculorum, contra Janſeniſtas, docte quidem at parum vtiliter probaturus erat in: Iſtoria teologica delle dottrine et delle opinioni corſe ne' cinque primi ſecoli della Chieſa in propoſito della divina Grazia, del libero arbitrio et della Predeſtinazione etc. In Trento 1742. fol. Conf. *Baumgartenii* Nachrichten von merkwürdigen Büchern. vol. VII. p. 152. ſqq. —

De

De aliquot *Auguſtini* epiſtolis v. *Galliae antiquitates quaedam ſelectae* etc. pag. 192. ſq.

In diuorum patrum — — qui oratione ſoluta ſcripſerunt, Homiliis ac meditation. in Feſtum natiuitatis Ieſu Chriſti — collectis a *Chriſtiano Daumio*, Cygneae, 1670. 8. ſunt *Auguſtini* ſermo I. et ſerm. VI. de natiuitate Chriſti.

5. Ingenii multo maior vis in eo inerat, quam doctrinarum copia. Sagacitate iudicii ſuperauit Hieronymum: fuit autem graecae et hebraicae linguarum plane rudis; magnus in rebus ſacris opinator. Hinc in interpretando ſacro codice parum recte et feliciter verſatus, allegorias et ſenſum myſticum, platonica philoſophia deceptus, argutiarum et diſtinctionum ſtudium ſectatus, auctor ſcholaſticae theologiae habetur. In theologia morum multa bona; nec vero pauca, quae falſa cenſentur, tradidit, et in controuerſiis a via recta ſaepe aberrauit. Stilus eſt varius, atque inquinatus et ſaepe frigidus. Dictio neque pura eſt neque elegans.

6. *Auguſtini* vita a pluribus deſcripta eſt, praecipue a Benedictinis in edit. illorum. add. *Roesler* Bibliothek der Kirchenväter, part. IX. — *Clericus* Auguſtini errores quum liberius indicaſſet, *Robertus Ienkius* in Apologia Auguſtini. (Calabris 1707. 8.) et *Lamindus Pritanus (Lud. Anton. Muratorius,)* loco iam ſupra laudato pari libertate vſi reſponderunt.

v. *Fabricii.* B. L. lib. IV. c. 3. pag. 508. ſqq. Eiusdem B. L. med. et inf. aet. I. pag. 151. ed. Manſi. *Saxii* Onomaſt. I. pag. 446. ſq.

§. 64.

Flavius Mallius ſiue Manlius Theodorus.

1. Vertente ſaeculo quarto floruit.

2. Sub imperatore Arcadio in magna fuit auctoritate, et A. C. 399. conſul euaſit, in republica adminiſtranda probe verſatus.

3. *De metris* librum conſcripſit: Quae *de rerum natura* concinnauit, ea in bibliothecis adhuc latent.

4. *De metris* liber ex antiquiſſimis membranis bibliothecae Guelferbytanae deſcriptus, animaduerſionibusque breuibus emendatus a *Iac. Frieder. Heuſingero.* Wolfenb. 1755. 4. — recuſus et auct. Lugduni B. 1766. 8.

5. Stilo vtitur plano et materiae apto, nec in hac rei ſterilitate et temporis barbarie iniucundus.

6. *Albert. Ruben* ſcripſit *de vita Fl. Mallii Theodori diſſertationem*, quam edidit *Graeuius* Vltraiecti, 1694. 12. et iterum poſt illum *Friedericus Platner.* Lipſiae, 1754. 8. — Obſeruatt. quasdam criticas in *Mallii* libellum publicauit *Chriſtian Adolph. Klotz* in miſcellan. criticis. Traiecti ad Rh. 1763. 8. pag. 30. ſqq.

§. 65.

§ 65.

Tyrannius Rufinus.

1. Mortuus eſt A. C. 410.

2. Natus eſt Concordiae in Italia: Aquileiae autem ſtudio litterarum vacabat, et a. 371. ſacro lauacro initiabatur. Propter Origenem, quem contra Hieronymum defenderat, cum hoc lites habebat. In Oriente diu commorabatur, Hieroſolymae presbyter factus, redux vero a. 397. in Italiam, a rege Gothorum Alarico vexatam, ſenio et morbo confectus Meſſinae obiit.

3. Multa ſcripſit: 1) diſſertat. de adulteratione librorum Origenis; 2) Benedictionum XII. patriarcharum explanationem. 3) Apologiam contra Hieronymi epiſtolam ad Pammachium, quae falſo inſcribitur Inuectinarum libri II. 4) Apologiam profide ſua ad Anaſtaſium Pontificem. 5) Hiſtoriae eccleſiaſticae libr. II. qui ſunt X. et XI. lib. ad hiſtoriam Euſebii eccleſiaſticam ab ipſo in linguam latinam translatam. 6) Hiſtoriam eremiticam, ſiue vitas patrum et itinera per Aegyptum: 7) Explicationem ſymboli, Cypriano aut Hieronymo immerito adtributam. Multa praeterea ex graeca lingua in latinam transtulit. (v. quoque Theſaur. epiſt. Lacrozian. tom. I. pag. 304.) Multi denique libri ſub falſo *Rufini* nomine circumferuntur.

4. *Ruffini opera*, Romae. 1470. fol. quam quidem editionem *Maittarius* Ann. l. typograph. tom. I. part. I. pag. 298. ex *Labbeo* in Nouae bibl. MSS. ſupplemento pag. 340. laudat: verum *Audiffredus* l. m. pag. 69. neque oculis vſurpauit, neque veſtigium illius vllum videre potuit in Catalogo eiusdem bibl. regiae. — *Opera*, Lugduni 1570. — Paris. 1580. per Renatum Laurentium de la Barre. — Veronae tom. I. 1745. per *Dominicum Vallarſi*.

Euſebii hiſtoria eccleſiaſtica per *Rufinum* (quod tamen alii negarunt,) e graeco in latinum traducta. Sine nota loci et typographi, 1474. fol.

Rufini, presbyteri Prouinciae Palaeſtinae, liber de fide, primum editus a *Sirmondo*. Paris 1650. 8. dein in huius Operibus tom. I. Paris, 1696. — rec. Venetiis 1728. nr. 3. *Sirmondus* tamen non putat, *Rufinum* eſſe auctorem: e contrario *Garnerius*, qui illum libellum editioni ſuae *Marii Mercatoris* inſeruit, parentem fuiſſe opinatur *Rufinum*, Syrum, Hieronymi diſcipulum; latinam autem, quam adhuc terimus, verſionem eſſe profectam ab *Iuliano Eclanenſi*. De reliquorum librorum editt. vid. *Hambergeri Zuverläſſige Nachrichten*, tom. III. p. 42. ſq. in primis *Fontaninum* l. mox memorando.

5. Summus fuit *Origenis* admirator, et cum *Pelagii* adſeclis libero arbitrio nimium

tribuiſſe

tribuiſſe dicitur. *Hieronymus* tamen de eo iuſto acerbius iudicauit. In vertendis e graeco ſermone aliorum ſcriptis peſſima fide egit, et in componenda *Euſebii* hiſtoria eccleſiaſtica alia, in hisque integrum fere decimum librum Euſebii omiſit; alia addidit atque interpolauit, atque in iis, quos addidit, duobus libris, multa narrauit, quae incerta eſſent, et parum credibilia. Euſebio et fide et iudicio fuit multo inferior.

6. Confer *Walchii* biblioth. patriſticam pag. 315. et 465. *Caue* in hiſtoria literar. P. I. ſect. IV. pag. 182. *Iuſti Fontanini* hiſtoriam liter. Aquileienſem libr. IV. et V. Romae, 1742. 4. pag. 149—440. *Fabricii* B. L. mediae et infimae aetatis, tom. VI. pag. 130. ſqq. Manſi. *Io. Fabricii* Hiſtor. biblioth. Fabricianae tom. I. p. 88. — De codice in aegyptiaca papyro ſcripto, qui continet *Flauii Ioſephi Antiqq. iudaic. Verſionem latinam Ruffini*, et in biblioth. Mediolanenſi cuſtoditur, atque incipit a capite X. libri V. et definit in cap. 12. libri X. vide *Björnſtahl* in Briefen auf ſeinen ausländiſchen Reiſen. vol. II. p. 253.

7. Diuerſus eſt a *Rufino*, grammatico *Antiocheno*, auctore comment. de metris *Terentianis*, inter *Putſchii* Grammaticos pag. 2706. Num hic, an alius *Rufinus*, natione Gallus, auctor ſit *fabulae Paſiphaes*, metris omnis generis Horatianis elaboratae, et a *Cruquio* primum editae, an *Victorinus* grammaticus,

ticus, dubitatur. v. *Erneſto-Fabric.* B. L. III. pag. 417. et *Manſium* in Fabricii B. L. med. et inf. aet; tom. VI. p. 130. — *Io. Fabricius* in Hiſtor. bibl. Fabric. tom. III. p. 499. commiſcet *Rufinum Grammaticum* cum *Licinio Rufo* Icto adde *Saxii* Onomaſt. I. pag. 462. ſqq. et Anal. p. 192.

§. 66.

Sulpitius Severus.

1. Natus circa ann. 363. mortuus circa a. 410. ſecundum *Hambergerum* in Z. N. tom. III. p. 47. ſqq. Cel. *Saxio* in Onom. I. pag. 469 non vltra annum 420. vitam produxiſſe videtur.

2. Domo Aquitanus; e Nitiobrigibus. Iuri dicundo primum dedit operam, et veterum auctorum, in primis Ciceronis et Salluſtii lectione valde delectatus eſt: dein, coniuge morte amiſſa, inuitis patre et neceſſariis, ſeueram et Monachis ſimilem vitam inſtituit.

3. Scripſit *hiſtoriam ſacram*: *vitam S. Martini*, Turonenſis, cum tribus epiſtolis totidemque dialogis de miraculis S. Martini, (qui ab amore rerum humanarum ad diuinas animum Sulpitii traduxiſſe perhibetur): *Epiſtolas duas* ad Claudiam ſororem (a *Baluzio* in Miſcell. libr. I. nr. 12. pag. 329. ſqq. editas); *Epiſtolas V.* a *d' Achery* in Spicilegio vett. ſcript. tom. V. pag. 532. ſqq. ed. Paris 1661.

1661. 4. et edit. nouae tom. III. pag. 300. publicatas.

4. *Sulpitii Seueri* hiſtoriae ſacrae libri. Eiusdem *de diuo Martino* libri III. in monumentis S. Patrum orthodoxographis. Baſil. 1569. vol. I. tom. II. pag. 497. — quae exſtant, opera a *Victore Giſelino* ex editionum et vetuſtorum exemplarium collatione emendata, eiusdemque notis illuſtrata — Antwerp. 1574. 8. — Lugd. B. apud Elzeuir. 1635. 12. quae ed. Elzeuiriana praeferenda eſt alteri, ibid. 1643. in cuius tamen poſterioris editionis exemplaribus nonnullis reperitur quoque *vita Martini*, in pluribus tamen deeſt. — ibid. 1656. 12. in meo exemplo a pag. 213. eſt *vita Martini.*

— *Opera omnia* cum lectiſſimis commentariis: Accurante *Georgio Hornio.* Lugd. Bat. 1647. 8. — edit. tertia, auctior et emendatior Amſtel. etc. 1665. 8. Giſelinum ſequutus, multa admiſit, quae auctoritatem eius minuerent. — *Opera omnia*, cum notis *Io. Vorſtii*, (codice Berolinenſi bene vſi,) *) Berolini 1668. 8. Lipſiae, 1703: 1709. 8. — in duos tomos diſtributa, quorum prior continet antehac edita, cum notis *Io. Clerici.* Lipſiae, 1709. 8. (cura *Chriſtiani Schoettgenii.*)

Sul-

*) De hac editione, item de *Sulpitio* eiusque libris v. *Ioan. Fabric.* in Hiſtoria bibliothecae Fabricianae. tom. VI. pag. 419 ſqq.

Sulpitii Seueri opera, ad MSS. codices emendata, notisque, obſeruationibus et diſſertationibus illuſtrata ſtudio et labore *Hieronymi de Prato;* tom. I. 1741. tom. II. 1754. 4. Veronae. Notae ſunt criticae in textum, quem ſecundum aliquot MSS. et editt. veteres conſtituit, obſeruationes ea, quae Sulpitius prodidit memoriae, explicant, et diſſertationes illuſtrant res hiſtoricas quasdam et chronologicas. tom. tertius, qui praeter obſſ. ad ſecundum vol. *Sulpitii epiſtolas* continebit, num lucem adſpexerit, neſcio.

— *Hiſtoria ſacra*, cum adpendice de re liturgica, editore *Matthia Flacio*, (qui, cod. vſus, editionem baſin reliquarum vsque ad recentiſſimam factam curauit,) Baſil. 1556. 8. — cum *Petri Galeſini* notis — Romae cum *Saluiano*, apud P. Manut. 1564. fol. — *Sacrae hiſtoriae libri duo.* In eosdem *Caroli Sigonii* Commentarius. Accedunt in hac noua editione variorum illuſtrium virorum, nec non *I. Vorſtii* animaduerſiones et notae, ſuo quaeque loco ad lectorum commodum et vtilitatem diligentiſſime diſtributae: in *Caroli Sigonii* operibus, Mediolani, 1734. fol. tom. IV. Prima *Sigonii* editio 1581. typis expreſſa, litem excitauit. — *Hiſtoria ſacra* edente et emendante *I. Druſio*, cum commentario libro ſ. notis eiusdem, Arnhemiae, 1607. 8. — *Hiſtoria ſacra*, cum notis *I. Caſpar Hofmeiſter*, Tiguri, 1669. et 1708. 8.

— Vita *S. Martini*, epiſtolae et dialogi de eodem, in *Bonini Mombritii* Vitis SS. alphabetice digeſtis ſ. l. et a. F. (Mediolani, ante a. 1480. v. *Ios. A. Saxii* Hiſt. liter. typogr. Mediolanens. pag. 610.)

5. Stilus eſt haud inelegans et praeter exſpectationem atque ingenium illius aetatis perſpicuus ac breuis in enarrando. Bellarminus ſummam illius hiſtoriae tribuit fidem: neque tamen caret vitiis hiſtoricis atque vocabulis barbaris; et ordinem temporis non ſemper ſeruauit. In laudando *Martino* ſuo eiusque miraculis et nimius eſt et ſuperſtitioſus.

6. *Klotzius* in Nouis actis eruditorum, 1759. m. Maio pag. 248. ſqq. et Iun. part II. p. 353. ſqq. ac Septembr. part. II. pag. 529. ſq. editionem *de Prato* copioſe recenſuit, multasque de Sulpitio intextuit obſeruationes; et criticas illas, auctiores tamen et emendatiores, reddidit in Miſcellaneis criticis cap. IV. pag. 8 — 26. — *Corn. Valer. Vonck* in Lection. latin. Traiect. ad Rh. 1745. cap. I — V. multa Seu. Sulpitii loca emendat explicatque. — I. G. *Walchius* in bibliotheca patriſtica pag. 81. memorat Anonymi epiſtolam de noua Sulpitii Seueri editione adornanda, vna cum diſſertatione, in qua Seuer. Sulpitius eiusque ſcripta ab errore millenariorum vindicantur. — Accedunt variantes aliquot lectiones, ex antiquiſſimis codicibus Veronenſibus et aliis manuſcriptis depromtae: in Raccolta d'opuſculi ſcien-

ſcientif. e filolog. tom. XVIII. pag. 69. — In *Tob. Eccardi* codd. msstis Quedlinburgenſibus, 1723. 4. ſunt variantes lectiones e codice *Sulpitii Seueri* de vita S. Martini — *Basnage* in Henrici Caniſii lection. antiq. cura ſua editis vol. I. praefat. ad nr. 23. de noſtro diligenter agit. — *Theodori Haſaei* duorum Sulpitii Seueri locorum (ſub ipſum libelli initium, *Viſum autem mihi eſt non abſurdum*, et lib. II. cap. 4. §. 17.) emendatio, (contra Gorallum, h. e. Clericum,) in Muſeo hiſtor. philol. theol. Bremenſi, vol. II. part. 3. n. 10. p. 561. ſq. — *Dan. Guil. Molleri* diſſertatio de Sulpitio Seuero, Altdorfii, 1686. 4. — *Chriſtian. Breithauptii* diſſertatio de ſtylo Sulpitii Seueri. Halae Sax. 1713. 4. — *Fabricii* B. L. libr. III. cap. 3. p. 531. ſq. — *Schöttgen* et *Manſius* in Fabr. B. L. mediae et infimae aetatis vol. VI. pag. 156. ſqq. — *Hamberger* Z. N. III. pag. 47. ſqq. — *Saxii* Onom. I. pag. 468. ſqq. — *Longchamp* in *Entwurf einer Gelehrten-Geſchichte Frankreichs* pag. 334. ſq. copioſe de noſtro agit, eiusque ſummus eſt admirator.

§. 67.

Paullus Orosius.

1. Floruit circa annum 417.

2. Luſitani et Hiſpani de patria eius contendunt. vid. *Hamberger* Zuverläſsige Nachr. tom. III. pag. 61. cui quidem, eum Tarraco-nenſem

nenſem fuiſſe, ſententia videtur probabilior. Propter patriam a barbaris vaſtatam, et turbas Priscillaniſtarum, Hiſpania circa ann. 415. relicta, ad Auguſtinum ſeſe contulit, a quo ad Hieronymum miſſus eſt, vt de origine animi fieret certior.

Hiſtoria illius in MSStis interdum dicitur *Hormeſta*, vnde Heumannus *Oroſio* tertium nomen *Hormisdae* reddere conatus eſt, (vide eius Syllog. nouam pag. 2. pag. 484. et Acta Erudit. Supplement. tom. X. p. 263. ſqq.) Contra *Io. Hild. Withoſius* in ſingulari commentat. in Relationibus Duisburgenſibus a. 1762. nr. 47—52. opinatur, *Oroſii* Hiſtoriam olim fuiſſe inſcriptam: *Pauli Or. moeſta mundi*, h. e. *Pauli Oroſii Moeſta mundi*, indeque duo vocabula librariorum tarditate in vno conflata peperiſſe *Ormeſtam*. *Blumenbach* quoque in Antiquitatibus Epiphaniorum, Lipſ. 1737. p. 11. inquirit in cauſſam, cur illius hiſtoria in MSS. dicatur *Hormeſta*. adde, quos laudat *Freytag* in Adparatu litter. I. pag. 77. ſq. vbi de *Oroſio* et edit. vetere, Venet. 1500. fol. agit.

3. Scripſit *VII. libros hiſtoriarum*; *Apologeticum contra Pelagium* de arbitrii libertate, *Commonitorium ad Auguſtinum*.

4. *Pauli Horoſii* hiſtoriographi, diſcipuli ſancti Auguſtini epiſcopi, viri Hiſpani generis eloquentiſſimi aduerſum Chriſtiani nominis querelos Prologus in libros ſeptem: per

Io. Schuszler, Auguſt. Vindel. 1471. fol. haec editio, ex optimo cod. MS. ſumma fide expreſſa, princeps et prior eſſe videtur *Hambergero* l. m. pag. 62. quam alia ſ. a. et l. quae princeps vulgo habetur, ab Hermanno de Leui-lapide alias Liechtenſtein Colonienſi, Vicentiae vero poſt an. 1475. typis exſcripta. e recenſione *Aeneae Vulpis Vicentini* et *Laurentii Brixienſis*. adde *Hauerkamp.* praefat. vbi aliae veteres edd. quoque recenſentur, et illuſtriſſ. *Com. de Rewiczky* Catal. p. 138. *) — Alia edit. *Vicentina* ex ead. recenſione ſaec XV. ſine anno per Leonard. de Baſilea, memoratur in Catal. biblioth. *Pinelli*, tom. II p. 86. adde *Maittaire* Annal. typogr. tom. I p. 233. — Venetiis, opera *Octauiani Scotti* 1483. 4. et 1500. fol. noua quodammodo recenſio facta eſt. — Paris, 1510. per *Io Barbier*, v. *Hauerkamp.* qui tradit, praeter ea *Oroſium* apud *Io. Paruum*, typis Petr Vidouaei excuſum fuiſſe, edente *Sebaſt. Mengino.* 1524. Ego vero habeo exemplum Paris. cum inſigni *Io. Petiti*, et epiſtola nuncupatoria *Ludouici Thibouſt*, qui tantum indicem confecit et in margine argumentum paucis indicauit. — In calce — *impreſſum Parhiſiis in Bellouiſu pro Ioanne Petit* a

M

*) Adde Cl. *Gemeineri* Nachrichten von den in der Regensburgiſchen Stadtbibliothek befindlichen Büchern. etc. pag. 78ſqq.

M.CCCCC.X. die XVIII. m. Septembr. 4.
aram eſſe editionem pronuntiauit quoque
Menken in Miſcell. Lipſ. nou. vol. VI. pag.
14. ſqq.

Altera aetas multa ornamanta accepit in
ditione, quam e III. codd. curauit *Gerardus*
olſuinge, Coloniae, typis Eucharii Ceru-
orni, ſumtu M. Godofredi Hydorpii, 1526.
ol. — eiusdem Hydorpii ſ. Hittorpii im-
enſa et aere, cura vero *Ioan. Caeſarei*, qui
aefatus eſt, ex officina Iaſp. Gennepaei, Co-
niae, 1542.

Tertiam aetatem conſtituit *Franciſcus*
abricius, Marcoduranus, qui tres codd.
SStos contulit, et reliquos veteres hiſtoricos
mparauit, contextum, interdum licentius,
endauit, resque illuſtrauit enarratas, pri-
um Moguntiae, 1561. — repet. a. 1573.
olon. 1582. apud Cholinum. 8. quibus edi-
nibus acceſſit eiusdem *Oroſii Apologeticus*
tra Pelagium de arbitrii libertate. Poſtea
ctior prodiit: *Pauli Oroſii* aduerſus paga-
s hiſtoriarum libri ſeptem; vetuſtorum
rorum auxilio a mendis vindicati, et anno-
ionibus ex vtriusque linguae hiſtoricis illu-
ati, opera et ſtudio *Franc. Fabricii*, Mar-
durani. Additae nunc demum Ludouici
utii notae; et Andr. Schotti recenſio. Qui-
s etiam acceſſit eiusdem *Oroſii* Apologeticus
tra Palagium de arbitrii libertate. Mogun-
e, 1615. 8. —

Quarta claſſis, ſaltem praeclara edit. h
benda eſt. — — Aduerſus paganos hiſtori
rum libri ſeptem, vt et Apologeticus cont
Pelagium de arbitrii libertate. Ad fide
MSS. (XI. et vett. editt.) — adiectis int
gris notis Fr. Fabricii et Ludouic. Laut
recenſuit ſuisque animaduerſionibus numm
que plurimis illuſtrauit *Sigebertus Hauerka*
pus. Lugd. B. 1738. et 1767. 4. Apolog
deſtituta eſt notis.

— Liber *Apologeticus* contra Pelagiu
de arbitrii libertate, nunc primum editus
recenſione *Io. Coſterii*, Louan. 1558. 8.
in biblioth. P. P. max. Lugduni, tom. VI.

Oroſium etiam editurus erat *Moshemi*
qui tres habuit codd. e quibus innumera e
ſcriptoris loca emendari et reſtitui poſſe,
firmauit. v. Theſaurum epiſtol. La Crozianu
tom. I. pag. 304.

5. Scriptor eſt vtilis: ſed graecos non
gerat, in temporis ordine ſeruando non
adcuratus, et alios admiſit errores.

6. Conf. *Baylii* Diction. voc. *Oroſe*, -
I. G. Walchii biblioth. patriſticam pag. 9
vbi editionem Vincentiae typis expreſſam cu
plurimis cenſet eſſe principem, — *D. G. M*
leri diſſ. de Paullo Oroſio. Altdorf. 1689. -
Fabricii Bibl. Lat. mediae et infimae aeta
tom. V. pag. 174. ſqq. *Saxii* Onomaſt.
p. 483. ſq.

§. 6

§. 68.

[A]URELIUS MACROBIUS AMBROSIUS THEODOSIUS.

1. Sub Theodoſio iuniore A. C. 410. flo[ruit]. v. *Saxii* Onom. I. p. 478.

2. Vir illuſtris et Grammaticus.

3. *Commentariorum in Somnium Scipionis*, [a C]icerone deſcriptum libr. II. et *Saturnalio[ru]m Conuiuiorum* libr. VII. reliquit. De *dif[fer]entiis Graeci et Latini verbi* liber eſt epi[tom]e operis maioris.

4. Princeps edit. eſt *Romana*, e rec. *I. [An]dreae*, epiſc. Alerienſis, ante an. 1468. [no]m ab *Audiffredo* omiſſa, a clar. autem [edit]ore Macrobii Bipontino p. 7. notitiae lit[ter]. deſcripta. — *Macrobii* — in Somnium [Sci]pionis expoſitio, fol. (v. praeter eos, quos [Pa]nberger Z. N. tom. III. p. 88. et editor [Bip]ontinus laudarunt, *Bure* Bibliogr. inſtruct. . tom. II. nr. 3925. et Ill. Com. *de Re[vicz]ky* Catal. pag. 131. ſq.) — *Brixiae* per [Bon]inum de Boninis de Raguſia. 1485. fol. [I]ll. Com. *de Reviczky* l. c. p. 132. in Er. notitia in Fabricii B. L. tom. II. p. 183. [o]perarum vitium 1483.) — venuſtius cu[ra]sque *Brixiae*, 1521. fol. —

Criticam exercuit *Io. Riuius*, et diligen[ter] reſtituit *Macrobium*. Venetiis impreſſ. per [Aug]uſtinum de Zannis de Porteſio. 1513. 8. —

Textus correctior concinnatio eſt cur *Nicolai Angeli* (libris tamen ſcriptis deſtituti, Florent. ſumtu *Phil. Iuntae.* 1515. 8. — Sic quoque *Arnoldus Veſalienſis* ex ingeni reſtituere ſtuduit et corrigere textum. *Macro bii Opera.* Coloniae, apud Eucharium Ceru cornum. 1521. fol. — denuo recognita, mu tisque in locis aucta, ibidem, per eunden ſumtu Godofredi Hittorpii. 1526. fol. — *Macrob.* cum Cenſorino, Venetiis, curan *Donatio*, Veronenſi, apud Aldum, 1528. 8.

Aetate demum *altera Macrobius* e mu tis codd. et ſingulari diligentia *Ioach. Camer rii* integritati ſuae redditus eſt, Baſil. apu Heruag. 1535. fol. — *Gryphianae* correct edd. 1532. 1542. 1545. 1548. 1556. 158 vti quoque apud Stoer, Geneuae, 1607. 1 eundem habent magnificum titulum, et tam ſunt repetitiones ſuperioris, probabiliter C lonienſis. — *Macrobius. Ludouico Carrio* cod. Pithoean. etc. conferente, multaque be caſtigante, curante *H. Stephano* 1585. 8.

Tertiam claſſem duxit *Io. Iſaac Pontan* qui *Macrob.* opera recenſuit, *Saturnal.* libr ope MSS. auxit et caſtigationes ſ. notas adiec Lugd. B. ex offic. Plantin. 1597. 8. Haec ed adiunctum habet libellum de differentiis gr. lat. verbi, antea ſeparatim publicatum ex eme dat. *H. Stephani.* Paris. 1583. 8. — poſt cum notis *Io. Obſopaei.* Paris. 1588. 8.

recept

receptus eſt inter *Putſchii* Grammat. vett. Hannou. 1605. 4. p. 2727. ſqq. —

Macrob. Opp. I. Iſaac. Pontanus ſecundo recenſuit, adiectis ad libros ſingulos notis. Acced. *Io. Meurſii breuiores notae.* Lugd. Bat. 1628. 8. repet. Oxoniae 1665. 8. notis contextui ſubiectis. — Haec recuſa eſt, et locis aliquot e codd. correcta a *Iac. Gronouio*, qui notas ſuas addidit. Lugd. Bat. 1670. 8. recuſa Londini, 1694. 8. et auctior animaduerſionibus *Io. Car. Zeune.* Lipſ. 1774. 8. — *Gronouianam* edit. fecit baſin et contulit cum Aldina et Stephaniana adiunxitque notas Pontani atque Obſopaei *Hieronym. Vulpius.* Patauii 1736. 8. — *Opera* ad optimas editiones collata. *Biponti*, 1788. II. voll. 8.

5. Quum et peregrinus eſſet et lingua latina ſeneſcente viueret, qualis eius ſtilus ſit, facile inde colligi poteſt: quae tamen tractat, a philologiam et philoſophiam veterum egregie illuſtrant.

6. *Quirini* Epiſt. ad Saxium, ſubiecta huius hiſt. typogr. littr. Mediolan. p. 28. de editione Brixienſi. 1501. — *Macrobius* num plagiarius nominandus ſit, nec ne? diſputat, pluriumque refert iudicia *Iac. Thomaſius*, in diſp. de plagio litter. §. 503. p. 224 ſqq. ed. ſec. Lipſiae, 1679. 4.

§. 69.

Iohannes Cassianus.

1. Vita defunctus eſt ſecundum *Hambergerum* in Z. N. tom. III. p. 131, poſt an. 432. *Longchamp* putat, eum circa a. 440. paene nonagenarium mortuum eſſe. *Saxius* in Onomaſt. I. pag. 475. mortuum eum eſſe a. 444. ſcribit, vti *Manſius* quoque, aut *Fabricius* in B. L. med. et infim. aet. I. p. 355. ſq.

2. *Longchamp* cum Noriſio in hiſtor. Pelag. libr. II. c. 21. pag. 159. eum Gallum e Prouincia ortum eſſe probat. Admodum adoleſcens Monachis in Palaeſtina et Aegypto vſus eſt praeceptoribus, et quod vsque ad a. Ch. 400. cum Germano varia fecit itinera, Eremitas in Aegypto viſurus, nomen *Eremitae* inde adeptus eſt. Poſt varia fata Maſſiliae Presbyter euaſit, ibique coenobia duo pro maribus, (quae eſt celebris Abbatia S. Victorii,) et pro feminis inſtituit.

3. Scripſit *inſtituta coenobiorum* libr. XII. in quorum octo poſterioribus de octo vitiis capitalibus diſſerit: de ſpiritu videlicet gaſtrimargiae, ſiue inſani ventris ſtudii; de ſpiritu fornicationis, phylargyriae, irae, triſtitiae, acediae, cenodoxiae, ſuperbiae: tum *collationes patrum XXIV.* intra annum 419 — 427. ter ſcriptas; contra has, quod Pelagianos aliosque tradiderunt errores, *Proſper* ſcripſit opusc. *contra Collatorem:* denique *de incarnatione*

tione Chriſti libros VII. auctore Leone M. unc Archidiacono Romano, poſtea Pontifice Maximo, contra Neſtorium editos.

4. De inſtitutis coenobiorum, origine, auſſis, remediis vitiorum, de collationibus atrum Baſil. 1485. Fol. — *Collationes ſanctorum* patrum, Venetiis 1491. fol. — cum eliquis, Baſil. per Io. Amerbach. 1497. 4. — Plures editiones commemorantur in *Fabrii* B. L. m. et i. aet. ed. Manſi. loco citato.)

Opera omnia: cum commentariis D. *llardi Gazaei.* Duaci. 1616. 8. II. tom. — oua editio, ab eodem denuo recognita. — ommentariis ipſis tertia parte auctioribus illu- rior reddita; nouoque inſuper in libros de carnatione, qui deſiderabatur, commentario cupletata. Atrebati 1628. Fol. — recus. ris. 1647. fol. — et Lipſiae 1722. 1733. l. — *Opera* in Bibliotheca PP. max. Lugd. m. VII. pag. 15. ſqq. — de libero arbitrio llatio (XXIII.) Hagenoae 1528. 4. quae edi- a reliquis valde diuerſa eſt. — *Longchamp.* ition. opp. Paris. 1642. optimam eſſe ſcribit.

5. In prioribus ſcriptis fuit Semipelagia- s, in vltimo autem ab iis erroribus vacuus e dicitur. Dictio eſt pro ingenio illius ae- is ſatis latina; ſed nimis diffuſa. Doctrina oralis praecipue ad monaſticum vitae genus commodata eſt.

6. *Longchamp* in Critiſchen Entwurf einer lehrten-Geſchichte Frankreichs. p. 366. ſq.

§. 70.

Antiochus.

1. Floruit circa an. 438. quo quidem anno eius opera *codex legum Theodoſianus* eſt euulgatus. v. *Saxii* Onomaſt. I. p. 504.

2. Fuit Ictus et a. 431. Conſul atque Expraefectus. Theodoſius ſecundus eum praefecit ſocietati Iureconſultorum, qui, iubente imperatore, leges imperatorum Chriſtianorum colligerent: quae in corpus redactae codicem conficiunt Theodoſianum, a. 438. publicatum. Primum codex XVI. libris conſtabat, qui vero a Gothis mutilati, recentiori aetate cum ſumma difficultate reſtitui poterant.

3. *Codicis Theodoſiani* libri XVI. — (a *Io. Sichardo*) edit. 1528. Fol. Baſileae.*) Haec tantum eſt epitome, ab Aniano, iubente rege Gothorum Alarico, confecta. Meliores ſunt editiones *Io. Tilii*, Pariſiis, 1550. 8. *Iac. Cuiacii*, Lugd. 1566. Fol. in qua primum integri prodeunt libri VI. VII. VIII. XVI. ceteri aucti ſunt innumeris conſtitutionibus.

Adhuc melior eſt, quae, factis multis acceſſionibus, prodiit Pariſiis 1586. Fol. (probabiliter cura *Cuiacii*;) et quae cura *Iac. Gothofredi* poſt mortem eius eſt in lucem prolata ab *Antonio*

*) Plura vide in *Goetzii* Memorab. Bibl. Dresd. vol. II. pag. 549.

Antonio Maruillio, anteceſſore primicerio in vniuerſitate Valentina, tom. VI. fol. *) Lugduni 1665. ſqq.

Optima tamen eſt *Ritteri*, cuius haec eſt inſcriptio: *Codex Theodoſianus*, cum perpetuis commentariis *Iacobi Gothofredi*. Praemittuntur Chronologia accuratior, chronicon hiſtoricum et prolegomena; ſubiiciuntur Notitia dignitatum, Proſopographia, Topographia, index rerum et Gloſſarium nomicum. Opus poſtumum diu in foro et ſchola deſideratum, recognitum et ordinatum ad vſum Codicis Iuſtinianei, opera et ſtudio *Antonii Maruilli*. Editio noua in VI. tomos digeſta, collata cum codicibus MSS. antiquiſſimo Würceburgenſi, Gothano et libris editis, iterum recognita, emendata, variorum obſeruationibus aucta, quibus adiecit ſuas *Io. Dan. Ritter*. Lipſiae 1736. fol. — tom. VI. pars altera, continens Notitiam dignitatum — Gloſſarium nomicum, et Nouellas Conſtitutionum Augg. Theodoſii, Valentiniani, Marciani, Maioriani, Seueri, Leonis, et Anthemii in vnum corpus collectas, collatas cum codd. MSS. Würceburgenſi, Ottoboniano, Gothano, librisque editis, et perpetuo commentario illuſtratas a *Io. Dan. Rittero*. Accedit Appendix codicis Theodoſiani cum epiſtolis aliquot veterum

*) v. *Goetzii* Memorab. Biblioth. Dresd. tom. II. pag. 566.

terum conciliorum et pontificum Romanorum, congeſta a *Iac. Sirmondo.* ibid 1745. Fol.

His addi debent *Imperatorum Theodoſii iunioris et Valentiniani III. Nouellae leges caeteris Anteiuſtinianeis, quae in Lipſienſi 1745. vel in anterioribus editionibus vulgatae ſunt, addendae. Ex Ottoboniano illuſtrat, ex eodemque codice alia profert Antonius Zirardinus, Rauennas, Iureconſultus.* Fauentiae 1766. 8. Doctus eſt commentarius, in quo multa, quae ad Nouellarum hiſtoriam aliasque hiſtoriae iurisque partes pertineant, vberius pertractantur. Eodem tamen tempore in iisdem edendis veſabatur cl. *Amadutius*, quod *Zirardinus* quoque ſerius inaudiuerat, (v. praefat. et pag. 548. ſqq.) Atqui anno ſequenti editae ſunt: — *Leges nouellae V. anecdotae imperatorum Theodoſii iunioris et Valentiniani* III. cum ceterarum etiam Nouellarum editarum titulis et variis lectionibus ex vetuſtiſſ. cod. MS. Ottoboniano depromtis, quibus accedunt aliae Valentiniani III. Conſtitutiones iam editae, quae in codice Theodoſiano deſiderantur, ac tandem lex romana ſeu *Reſponſum Papiniani* titulis anecdotis, variisque lectionibus auctum ad fidem praefati codicis et alterius Sueco-Vaticani, *opera et ſtudio I. Chriſtoph. Amadutii,* qui praefat. et adnotatt. adiecit. Romae. 1767. fol. Cel. Amaduzzi cod. Ottobonian. ad ſaeculum IX. aut X. refert: in praefatione recenſet idem editt. Nouellarum Theodoſian.

et

et earum, quae poſt illum vulgatae ſunt. Inter V. hactenus ineditas Nouellas tres priores *Theodoſium iuniorem*; duae autem poſteriores *Valentinianum* III. habent auctores.

4. Plures laudantur viri docti a *Saxio* l. m. et *Hambergero* Z. N. III. pag. 135. ſqq. adde *Fabricii* B. L. libri IV. cap. 10. tom. III. pag. 806. ſqq.

5. Addantur Auctor *Collationis*, ſiue, vt vulgo dici ſolet, *Pariator legum moſaicarum et romanarum*, circa a. C. 456.

Victorius, non, *Victorinus*, Aquitanicus, qui a C. 457. *Cyclum paſchalem annorum DXXXII.* edidit. conf. *Io. Guil. Iani* hiſtoriam Cycli Dionyſii, cum argumentis paſchalibus etc. in illius *Opuſculis* a *Klotzio* editis §. 13. p. 108. ſq. de quibus v. *Chriſtoph. Saxii* onom. I. pag. 514. ſq.

S. Patricius, Hibernorum, vt ferunt, apoſtolus, denatus circa a. C. 491. vel 492. Saxii On. I. pag. 496.

Auctor *notitiae dignitatum vtriusque imperii*, circa a. C. 426. v. *Saxii* Onom. I. pag. 492. etc.

§. 71.

Hilarius.

1. Natus a. Ch. 401. mortuus eſt a. Ch. 449.

2. Litteris, familiae ſplendore, atque eloquentia clarus, ad epiſcopatum *Arelatenſem* tandem

tandem euectus eſt a. 429. — Diuerſus ab *Hilario Pictauienſi.*

3. De vita S. Honorati ſermonem; de miraculo S. Geneſii, martyris Arelatenſis, narrationem atque de eodem ſermonem; epiſtolam ad Eucherium ſcripſit.

4. Opuſcula eius duo priora inueniuntur in bibliotheca P. P. max. Lugd. tom. VII. — Poſtea *Paſch. Quesnel* in lucem emiſit *Hilarii* — quod ſupereſt opuſculorum, cum codicibus excuſis et MSto ſanctae Arelatenſis eccleſiae collata. — vna cum *Leonis M.* operibus Lugd. 1700. fol. pag. 361. — Quae *Hilario* tribuuntur, (praeter *carmen de prouidentia*) collecta ſunt.

Opera ad MSStos codd. inſignioresque editiones recognita, ac notis obſeruationibusque illuſtrata a *Io. Salinas*, cum Operibus *Vicentii Lirin.* Romae. 1731. 8.

Hilarii Oratio funebris de S. Honorato, et *D. Eucherii*, Lugd. Ep. oratio, de laudibus eremi; et *S. Fauſti* Ep. reg. inſtructio ad Monachos, nunc primum e bibliotheca Lerinenſi edita; ſtudio *Gilberti Genebrardi.* Paris. 1578. 8. et in Actis S. S. Antwerp. Ian. tom. II. pag. 17. ſqq. — adde in iisdem d. V. Maii pag. 24. *Honorati* epiſc. Maſſil. *vitam Hilarii*, cum prologo et not. *Godof. Henſchenii.*

5. Stilus ſapit aetatem linguae latinae inclinatam: habet tamen aliquot virtutes.

6. *Long-*

6. *Longchamp* in Entwurf einer Gelehrten-
ſeſchichte Frankreichs, tom. I. pag. 375.
ummis eum effert laudibus. *Fabricii* B. L. med.
t infimae aetat. tom. III. pag. 252. ſqq. ed.
Ianſi, *Hamberger.* in Z. N. III. p. 149. ſqq.
axii Onom. I. pag. 493.

§. 72.

Marius Mercator.

1. Annus, neque quo natus, neque, quo
ortuus ſit, ſatis conſtat: ante a. 450. mor-
us eſt.

2. Afer Theologus. Publicum munus non
iit. A. autem 418. iam acceperat epiſtolam
Auguſtino; et a. 429. *Commonitorium* ſuum
luerſus Pelagium et Coeleſtium, Theodoſio
. Auguſto videtur obtuliſſe, v. cl. *Saxium*
Onomaſt. I. pag. 485.

3. Scripta eius varia pertinent ad contro-
rſias Pelagianas et Neſtorianas.

4. Ediderunt ea *Rigberius* h. e. *Pat. Ger-
ron*, Bruxell. 1673. 12. — plura e codd.
. *Garnerius* Pariſiis, 1673. Fol. et *Stepha-
us Baluzius*, correctius e III. codd. Paris.
684. 8.

5. *Fabricii* B. L. med. et inf. aet. tom. V.
g. 32. ſqq. ed. Manſi. *Hambergeri* Z. N. III.
g. 158. ſq.

§. 73.

Salvianus.

1. Mortuus eſt ſecundum Hambergerum circa an. 485. ſecundum *Fabric.* et *Manſium* in B. L. med. et inf. aet. tom. VI. pag. 145. ſq deceſſit vita circa an. 496.

2. Colonienſis, ſecundum *Hamberger* in Zuverläſſigen Nachrichten, tom. III. pag. 240 aut ſecundum *Longchamp* in *Entwurf einer Gelehrten-Geſchichte Frankreichs*, tom. I. pag 472. vbi copioſe de noſtro agitur, Treuirenſis fuit: et presbyter factus Maſſiliae, vnde Maſſilienſis dicitur. adde *Saxii* Onomaſt. I. pag 506. ſq. *Io. Fabric.* in Hiſt. bibl. Fabricianae tom. VI. p. 169. ſq.

3. Scripſit aduerſus auaritiam libr. IV. de gubernatione Dei et de iuſto Dei praeſentique iudicio libr. VIII. atque epiſtolas IX.

4. *Opp.* primum edita a. *Io. Alex. Braſſicano.* Baſil. 1530. fol. etc. — Plura ex bibliotheca *Pithoei.* Pariſiis, 1580. 8. — cum lection. varr. (rara edit.) 1648. cum commentario *Cunrad. Rittershuſii.* Altdorf. 1611. 8 II. tom. —

Poſtea auct. notis *I. Weitzii*, *Tob. Adami Theodori Sitzmanni* et *Io. Alex. Braſſicani.* Noribergae 1623. 8.

Tum *Stephan. Baluzius Saluianum* ad cod. Corbeienſem et duo Colbertinos recenſuit edititque cum *Vincentio.* Paris. 1663. 8. — de

nouo

uo contulit cum codd. msstis., emendauit, ecitque *Vincentii*, Lirinenſis, Opera, Paris. 69. 8. — denique idem tertiis curis vtra. emendauit et locupletauit, ibid. 1684. 8. rec. Venet. 1728.

Saluiani et *Vincentii Opera* cum notis orum. Bremae, 1688. 4. — *Saluiani* — *cordantiae* Operibus eius adnexae, diſpo- cura et ſtudio *Demetrii Barbulii*. Pilau. 1729. 4.

5. *I. A. Erneſti* prolus. de auaritia eccle- ica et *Saluiani* aduerſus auaritiam libello, eius Opuſculis theologicis. Lipſiae, 1773. ag. 560. ſqq.

§. 74.

Vincentius, Lirinensis vel Lerinensis.

. A. 434. coepit inclareſcere. mortuus ite a. 450.

. Gallus. Primum in rebus ciuilibus verſa- oſtea Monachus et Presbyter in coenobio enſi factus eſt. Floruit quidem laude pie- litterarum ſacrarum et eloquentiae; at -pelagianismi paſſim adcuſatus eſt.

. Scripſit *Commonitorium aduerſus hae-* ſ. libell. contra haereticorum nouatio- ſ. pro catholicae fidei antiquitate et veri- aduerſus profanas omnium haereſeon ones. Vario enim modo inſcriptus eſt

lib. in editionibus. *Commonitorium* auten
duplex ſcripſerat; at poſterius periit.

4. Editus eſt liber in *Antidoto contr diuerſas haereſes.* Baſil. 1528. fol. p. 203. ſq — cum breui commentariolo, in fine addit per *Io. Coſterium*, Paris. 1560. 12. — *Vi centii* ſ. *Peregrini* commonitoria duo, cu commentariis *Io. Fileſaci.* Paris. 1619. — optime, cum notis *Steph. Baluzii.* Par 1663. 8. (ſaepe cum *Saluiano*,) rep. — ad citur *S. Auguſtini* liber de haereſibus. Cantal 1687. 8. — cum *Hilarii* Arelatenſis op ad MSS. codd. inſignioresque edd. recogni ac notis obſeruationibusque illuſtrata a D. *Ioa Salinas.* Romae, 1731. 8.

De edit. *Vincentii Commonit.* cum *A guſtini de doctrina chriſtiana libris IV.* ei demque *de fide et ſymbolo* lib. I. recenſe atque edente *Georgio Calixto.* Helmſtad 1629. et 1655. 8. et de *Vincentio* ipſo c pioſius egit *Io. Fabricius* in Hiſtoria biblio Fabricianae, vol. IV. pag. 114. ſqq.

5. *Fabricii* B. L. med. et inf. aet. to VI. ed. Manſii, pag. 300. *Hamberger* Z. tom. III. p. 160. ſqq. — *Papebrochii* co ment. hiſtor. de *S. Vincentio*, in Actis S Antwerp. tom. V. Mai. pag. 284. ſq. *Sa* Onomaſt. I. p. 499.

§. 7

§. 75.

TIRO PROSPER AQUITANUS.

1. Mortuus circa a. Ch. 463.

2. Ex Aquitania ortus. Doctrinae Au-
ſtini de praedeſtinatione et gratia acerri-
us defenſor contra Semipelagianos. Leoni,
R. ab epiſtolis ſ. eius notarius aut Ama-
enſis ab a. circiter 449. nunquam autem
t epiſcopus; ſed ab aliis eiusdem nomi-
eſt diſtinguendus. v. *Saxii* Onomaſt. I.
g. 492. *Fabric.* in Hiſt. biblioth. Fabri-
n. I. pag. 236. ſqq.

3. Multa ſcripſit, fuitque theologus,
onographus et verſificator; in primis
ronicon, quod incipit ab Adam et pro-
ditur ad Romam captam a Genſerico,
ndalorum rege, a. Ch. 455. quod pri-
s edidit *Labbe* in noua Bibl. MSS. libro-
, Paris. 1657. tom. I. rec. in *Iacobi*
nagii noua lectionum antiquar. Caniſii
. 1725. vol. I. pag. 252. ſq. cum Bas-
ii obſeruatt. pag. 555. ſqq. diuerſum eſt
hronico, *Proſpero* falſo adtributo, in
hoei Opp. pag. 329. *Caniſii* lectionibus
qu. ed. *Basnagii*, tom. I. pag. 313.
de Chronico, eius fatis, editionibus etc.
genter agitur in *Io. van der Hagen* Obſſ.

in Prosper. Chronicon integrum etc. Am-
ſtelod. 1733.

4. De omnibus eius libris et editt. qua-
rum optima pleniſſimaque eſt Pariſina 1711
fol. *Manſius* in *Fabricii* B. L. med. e
inf. aet. vol. VI. pag. 13. et *Hamberge*
Zuverläſsige Nachrichten etc. III. p. 209. ſeq
ſunt conferendi.

CAPUT

CAPUT VIII.

P O E T A E.

§. I.

[F]LAVIUS AVIANUS, (olim AVIENUS.)

1.

[A]ntoninis imperantibus floruit circa ann. [p]. Ch. 160.

2. Ab *Auieno*, qui multo poſt egit vitam [ur]be eſt dignoſcendus. Chriſtianus fuiſſe vi[detu]r Cannegietero, propter cultum idolorum [in f]abula 23. exagitatum atque irriſum. adde [Schele]nbergeri Zuverläſs. Nachrichten. vol. II. [p.] 324. ſqq.

3. *Fabulas* 42. ab eo relictas terimus, [quas] vero ignorantia paedagogorum valde [inter]polauit et defoedauit.

4. Editio prima eſt inſcripta: *Apologus [Auia]ni*, ciuis Romani, adoleſcentulis ad mo[res e]t latinum ſermonem capeſſendos vtiliſſi[mus.] (1494. 4.) — Vlmae, ſ. a. — *Aeſopi [Fabu]lae*, *) vna cum *Auiani* et *Rimicii* quibus- dam

[*) Vid.] ad *Fabricii* B. Gr. vol. I. cap. de Aeſopo. §. X. [Cf. G. W.] *Panzer* Annalen der ältern deutſchen Litte[rat]ur p. 47. coll. p. 448. et de edd. Auguſtanis [ejusd. Annal]is. p. 158. 167. 193. 223. 234. 267.

dam Fabulis, german. per *D. Henr. Stein*
hobel. Auguſtae, apud Hanſsen Schoenberger
ſ. a. — tum 1487. 1498. etc. — Eaedem
latine, per *Sebaſtianum Brant* nuper reuiſae —
Baſileae, 1501. Fol. —

Altera editionum aetas facta eſt critic
opera *Theodori Pulmanni*, qui e tribus cod
emendatas edidit primum 1572 16. *Auian*
fabulas, additis variis lectionibus, Antwerpi
ex officina Chriſto. Plantini; — tum 158
al. 1585. 12. 1596. 1602. 16. — *Rufi Fe*
Auieni (ita enim per errorem auctor non
nabatur,) ex bibl. et cum emendationibus
Pithoei inter vetera poematia latina etc. Par
1590 Lugduni, 1596. 8. Geneuae 1619

Poſtea *Iſ. Nicol. Neueletus* easdem fabu
denuo cum cod. MS. Palat. et duabus ec
antiquiſſ et principe contulit atque corre
in collectione: *Mythologia Aeſopica.* —
Adiiciuntur inſuper Phaedri, Auieni, Abſ
mii fabb. opera et ſtudio Iſ. Nic. Neueleti, cu
notis eiusdem. Francof. typis Nic. Hofman
1610. 8. — rec. 1660. 8.

Inter ea *Petrus Rigaltius* edidit eas, trib
codd MSS. vſus quoque ad illas fabulas rece
ſendas, *Auiani fabulae* nusquam anteh
editae, cum *Aeſopi* fabulis, cum iconibu
Gabria etc, Lugduni Io. Tornaeſius 1570. 1
rec. Lugd. 1607. Geneu. 1628.

Fabulae aeſopicae et Auiani. Accedit
narum et murium pugna, gr. et lat. cum fi

So

olis (chalcographi et poetae Noribergenſis.) ıgd. Bat. 1626. 8. — ex rec. Pithoei, inter uſcula *Auieni* iunctim edita a *Petro Melian,* iſpano, Madrit. 1634. — *Fabulae* Aeſopi, et lat. Eae item, quas *Auianus* carmine preſſit. Arnhemii 1649. 8. — ex rec. *aittarii* 12. et in eiusdem Corpore poet. in. fol. vol. II. 1713.

Tertia aetas firmata eſt ſedulitate diligenque *Cannegieteri*, qui multos libros, et iptos et editos, contulit, textum caſtigauit locte illuſtrauit. *Flauiani Auiani Fabulae, n commentariis ſelectis Albini ſcholiaſtae eris, notisque integris Iſ. Nic. Neueleti et ſpar Barthii, quibus animaduerſs.* ſuas *adt Henr. Cannegieter.* Accedit eiusdem diſatio de aetate et ſtilo *Flauii Auiani.* Amſtel. 1. 8.

— cum *Phaedri* fabulis, et adnotatt. Pai 1740. 1758. 12. — Paris. apud Couſte- 1742. 12. — cum *Phaedro* et *Publio* o. Bipontii, 1785. 8. —

Cannegieteri et *Thomae Wopkenſii* notae, uae de locis *Auiani* opiniones, Κρισεις ac onſiones occurrunt in Miscell. Obſeruatt. icis. vol. IV. tom. II. vol. V. tom. I. vol. tom. II. vol. VIII. tom. II. — adde *Saxii* maſt. I. pag. 479. ſq. *Erneſti Fabric.* B. L. pag. 150. ſqq.

5. Phaedri ingenio atque elegantiae cedit, ritie quadam laborat.

6. Diuerſus ab illo eſt; ſed vt plurimum cum illo confuſus *Rufus Feſtus Auienus*; qui vixit circa a. 400. E graeco ſermone vertit in latinum, *Aratea phaenomena*, et *Dionyſi Periegeſin*, verſibus heroicis: tum compoſui *Deſcriptionem orae maritimae* a Gadibus ad Maſſiliam vsque, verſibus iambicis, cuius fragmentum ſupereſt, breue *carmen ad Flauium Murmecium* V. C. *Sirenum Allegoriam* et ad amicos de agro ſuo *epigramma*.

Rufi Feſti Auieni opera, quae exſtant *Petrus Melian* collegit e bibliotheca D. Laur Ramirez de Prado. Madrit. 1634. 4. — *Auieni deſcriptio* cum coniecturis Schraderi adnotationibusque Heinſii, Barthii, Salmaſi aliorumque et H. *Frieſemanni*, Amſtelod 1786. 8.

Plura de eo eiusque librorum editt. v. in *Ern. Fabricii* B. L. tom. III. pag. 151. *Hamberger*i Z. N. II. pag. 918. in *Cannegieteri* diſſ de aetate et ſtilo Auiani, cap. 2. 3. 4. et 7 Plura et doctiora dabit cel. *Wernsdorf*. in Poet lat. min. vol. V. part. II.

Ad *Auieni* Deſcription. orbis v. 418. pertinet *Ikenii* diſſ. in Symbolis litterar. Bremens vol II. part. III. pag. 569. ſqq. De edit. *Antwerpienſi* cum Darete Phrygio, Gratio et Nemeſiano apud Trognaeſium, 1608. 8. v. cel *Wernsdorf*. l. m. tom. II. p. 46.

§. 2

§. 2.

DIONYSIUS CATO.

1. Auiano aequalis fuit. v. *Saxii* Onom. I. pag. 330. ſq.

2. Cultui deorum addictus eſſe videtur: quae reliqua eius fuerit aetas, ignorant critici.

3. Diſticha de moribus ad filium ſcripſit.

4. Princeps editio eſt: *Catonis ethica.* Auguſtae 1475.*) et ſaepius illo ſaeculo, teſtibus *Maittario* in Annal. typ. tom. I. et *Hambergero* in *Zuverläſſigen Nachrichten* tom. II. pag. 329. — Praecepta et diſticha cum commento. Paris. 1487. 4. — Cum Theocrito, Heſiodo etc. apud Aldum. Venet. 1495. fol. — *Chato cum gloſa et moraliſatione.* Coloniae per Henricum Quentell. 1496. 4. v. *Gemeiners* Nachrichten etc. pag. 250. — Inter Opera *Antonii Mancinelli*, Baſileae, 1501. 4. nr. 2. qui, ſe carmen ex deprauato correxiſſe, ait. (v. *Freytagii* Adparat. litterar. tom. I. pag. 690. ſqq.) — cum ſcholiis *Deſiderii Eraſmi*, (cuius praefatio ſcripta eſt Louan. 1523.) Coloniae apud Eucharium 1528. — Lugduni, apud Gryph. 1535. 8. —

*) Vberius argumentum et rationem huius libri atque editionis indicat cl. *Bernh. Frieder. Hummel* in: Neue Bibliothek von ſeltenen und ſehr ſeltenen Büchern, vol. II. part. VIII. pag. 409. ſqq. In *Strauſſii* Monument. typogr. Bibl. Rebdorf. pag. 118. inſcriptio libri et editionis huius eſt *Sermones ſuper Ethica Catonis* etc.

Catonis diſticha moralia, cum quibusdam aliis, ex iis nonnullis, ante non adiunctis — per *Matthiam Garbicium*, Illyricum, (qui multa adiecit ſimilis argumenti, praecipue *Planudis* diſticha e Catone correxit ac ſuppleuit,) Tubingae apud Vlrich Morhard. 1545. 8. — cum *Des. Eraſmi* praefatione, ſcripta 1513. et ſcholiis. — *Catonis diſticha* moralia, Mimi Publiani et alia. Argentorati, 1537. 8. — lat. et gallice a *Maturino Corderio*, oliua Rob. Stephani. 1538. 1561. 8. — e vetuſtiſſimo exemplo correcta cum *Planudis* verſione graeca. Antwerp. 1568. — cum notis *Des. Eraſmi* et verſione gr. *Ioſephi Scaligeri*, Lugd. Bat. 1626. 8.

Sed his omnibus editionibus praeſtat ea, quam *Daumius* curauit: *Dionyſii Catonis diſticha de moribus ad filium*, graece a Maximo Planude, Ioſ. Scaligero, Matthia Zubero et Io. Mylio; germanice ex mente Ioſ. Scaligeri potiſſimum et Caſpari Barthii, a *Mart. Opitio* expreſſa, cum excerptis ac notis ex altera eiusdem recenſione breuioribus, hac editione paſſim denuo interpolatis a *Chr. Daumio*, qui et addidit incerti veteris poetae monoſticha — Cyneae 1662. 8. — ed. 2. auct. 1672. 8. — cum notis ex Scaligero et Barthio, lat. gr. germ. Hildeſiae 1687. 8. — cum interpretatione. Berolini. 1715. 8.

Otto Arnzenius de hoc Catone bis bene meritus eſt. Primum edidit *Catonis Diſticha* cum

cum notis variorum ſuisque, et metaphraſi graeca Planudis etc. Accedunt M. Z. *Boxhornii* diſſertatio et *H. Cannegieteri* reſcripta Boxhornio de Catone. Traiecti ad Rhenum 1735. 8 — Alterius editionis hic eſt titulus: *Diſticha Catonis de moribus*, cum notis variorum. Acc. *Boxhornii* diſſ. et *Cannegieteri* reſcripta Boxhornio de Catone, necnon *Io. Hild. Withofii* diſſ. de diſtichorum auctore et vera illorum lectione, recenſuit et ſuas adnotationes adiecit *Otto Arnzenius.* Edit. altera et emendatior. Amſtel. 1754. 8.

Haud ita multo poſt adſpexerunt lucem, *Dionyſii Catonis diſticha de moribus ad filium*, praeter ſedulam variantis lectionis per omnia conlationem, lectiſſimis etiam adornata floſculis poeticis, vna cum ſingulis adpoſita diſtichis, binorum quoque verſuum, idiomatum vero diuerſorum, interpretatione quincuplice, adiecta ſunt lemmata Catoniana, ſuis quaeque reſtituta diſtichis. Amſtel. Franc. Houttuyn. 1759. 8. acc. alter. tomus: *Hiſtoria critica Catoniana*, per ſingulorum ſeriem conſuetam *Dionyſii Catonis* Diſtichorum ex ordine deducta. Cui praemittuntur *Maximi Planudis* metaphraſis graeca, cum caſtigatt. *Ios. Scaligeri* in eamdem perpetuis: itemque *Deſiderii Erasmi* concinna expoſitio. Adnexae ſunt clariſſimorum virorum *Barthii*, *Opitii*, *Daumii*, *Wachii*, *Boxhornii*, *Cannegieteri*, *Withofii*, et *Arnzeniorum* fratrum animaduerſiones

nes ſelectae. Addita ad calcem Diſtichorum cuique noua paraphraſis. ibid. eod. 8. (edit. *Koenig a Koenigsfeld*).

Nouiſſima et nitida eſt editio, nouaque recenſio ex pluribus editionibus facta: *Dionyſii Catonis diſtichorum de moribus ad filium libri IIII.* recenſuit, varias lectiones, alia opuſcula indicemque adiecit *Ioan. Michael Bernhold*, D. (Uffenhemienſis, *Marcbreitae*) 1784. 8. Doctiſſimus editor in praefat. pleniorem dedit editionum catalogum et arbitratur, auctorem propter purum dicendi genus ac terſum fuiſſe Romanum, et quidem aeui melioris: idem recenſet varias variorum de auctore opiniones, et acute coniicit, forſan dictum quemdam *Dionyſium* aurea haec carmina ex aliis grauibus magnique ponderis auctoribus in vnum redegiſſe volumen, et ſub *Catonis* nomine vulgauiſſe; vt verum opuſculi nomen forte fuerit: *Dionyſii Cato.* Adiecta ſunt *Monoſticha de moribus incerti*, *diſticha ſelectiora ex* Salutari, *mediae barbariae aeui poemate*, et *S. Columbani Abbatis carmina*, a Daumio addita.

Notandae quoque ſunt edd. *Catho moraliſſimus*, lat. cum verſione metrica germanica. 4. ſine l. et a. (probabiliter Argentorati, exeunte ſaec. XV. v. cel. *Panzeri* Annalen der ältern deutſchen Litteratur, pag. 55. ſq.) — *Cato moraliſſimus*; cum commento per fratrem *Robert de Euremodio.* Dauentriae per Richard. Paſrael.

Paſrael. 1499. 4. — *Catto teutonice expoſitus. impreſſus Reutlinge* a *Io. Ottmar.* 1491. 4. et ſaepius ſaec. XV. germanice verſus eſt, et atine prodiit. v. *Panzer* l. cit. pag. 191. 198. 17. 250. 452.

5. Ob praecepta, quae ne ſemper quidem ana ſunt, nec chriſtianorum doctrinae adommodata; non, propter ſtili elegantiam, Caroli M. temporibus auctoritatem in ſchos obtinuit.

6. *Erneſt. Fabricii* B. L. tom. III. pag. 59. ſqq. *Stolle* Kurze Nachricht von den ichern — in der Stolliſchen Bibl. vol. II. 258. vbi Damianam edit. a. 1672. 8. reenſet, — *Saxii* Onom. vol. I. pag. 330. ſq.

§. 3.

Marcus Aurelius Olympius Nemesianus.

1. Vixit circiter an. Ch. 284.

2. Carthagine natus eſt, et poſtquam Roam venit, omnes poetas ſui temporis laude naque aequauit, plurimos ſuperauit. Cum peratore Numeriano, qui in arte poetica gnus ſibi videbatur, contendens, coronis atus diſceſſit. v. cl. *Wernsdorf.* praef. ad et. lat. min. I. pag. 10.

3. Scripſit *Cynegeticon* ſiue de venatione men, et *de aucupio.* IV. *eclogas* plurimi cribunt Nemeſiano; Vlitius autem et Bur-

mannus

mannus I. *Calpurnio*; in primis cel. *Wernsdorf* multis vſus argumentis abnegauit illas *eclogas Nemeſiano*, et reſtituit *Calpurnio* in docta comment. de *Calpurnio* eiusque Eclogis, vol. II. Poetar. latinor. minor. pag. 15. ſqq. De *Aucupio*, cuius carminis duo ſuperſunt fragmenta, v. doctiſſ. *Wernsdorf.* l. m. tom. I. p. 123. ſqq. *Müller* tamen in: Einleitung etc. P. IV. pag. 248. ſqq. eas copioſe adſerit *Nemeſiano:* et de *Nemeſiano Calpurnio*que vberius disputat. — Carmen *de laudibus Herculis* illi a cel. *Wernsdorf.* tom. I. poet. lat. min. pag. 273. redditum eſt.

4. Cum *Gratio*, vti ſupra pag. 291. ſqq. iam memorauimus, ſaepe editus eſt: quare illuc lectorem ablegamus.

Nemeſiani autem et *Calpurnii Bucolica* lucem viderunt Romae 1471. 4. typis Conrad Schweynheim et Arnold. Pannarz. v. *Audiffredi* Catal. edd. rom. pag. 75.

In princ. editionibus vsque ad Parmenſem nulla facta eſt *Nemeſiani* mentio, ſed omnes eclogae ſub vnius *Calpurnii* nomine edebantur. — *Calpurnii Bucolica* absque loci et typographi nota 1472. fol. (In *Pinelli* Catalog. II. pag. 312. vbi cel. *Morellius* notat, ſpectare librum ad Auſonii edit. Venetam eiusdem anni.) Extat igitur Veneta editio: v. Catal. Vallerian. I. p. 111. ſq. *Maittaire* in Annal. typogr. tom. I. pag. 98.

De

De editt. *Dauentrienſibus.* 1491. 4. et alia ſ. a. tum de *Parmenſi* 1478. 4. at dubia; de ed. ſ. l. et a. per *Hinricum Northemenſem* ſub exitum ſaec. XV. et de *Colonienſi* per heredes Henrici Quentell. ſub exitum ſaec. XV. in quibus *Nemeſiani* nomen non reperitur, ſed omnes eclogae tribuuntur *Calpurnio*, v. cel. *Wernsdorf.* l. m. tom. II. pag. 37. ſq. Ita quoque ſub *Calpurnii* nomine eclogas XI. exhibet edit. Pariſienſis: *Iodoci Badii Aſcenſii in C. Calpurnii Bucolica facilis commentatio*, a. 1503. 4.

Primum *Nemeſianus* comparuit, eique quatuor eclogae adtributae ſunt in editione *Parmenſi: Bucolica Calpurnii et Nemeſiani*, cod. *Thadaei Vgoletti*, imp. per Angelum Vgoletum, ſ. a. (circiter 1493.) fol. Vgolettus vero *alteram* duxit claſſem.

Tertiam aetatem inchoauit edit. Iuntina: *Eclogae Virgilii*, Calpurnii, Nemeſiani, *Franciſci Petrarchae*, etc. Florentiae 1503. 8. Haec aut Parmenſis edd. matres fuerunt plurium, de quibus vide cel. *Wernsdorfium.* — Ex Iuntina ducta eſt *Aldina* I. quae in *Io. Iouiani Pontani* operibus poeticis Venet. 1518. 8. fol. 145. ſqq. ſubiectas; habet *Calpurnii*, (ſic in fronte libri; at p. 145. *Calphurnii* more superiorum editionum,) *Siculi Eclogas VII.* et *Aurelii Nemeſiani Ecl. IIII.*

In *Aldina* II. e Parmenſi propagata, primum acceſſerunt *Cynegetica Gratii et Nemeſiani*

ſiani, quorum cod. Gallicum vetuſtum *Sannazarius* in Italiam transtulit, et primus ex apographo edidit *Georgius Logus*; *Sileſius* (v. Addizioni copioſe di *Leonardo Nicodemo* alla Biblioteca Napolitana del Dottor *Nicolo Toppi* in Neapoli 1683. fol. pag. 31. ſq) Inſcriptio haec eſt: *Poetae tres egregii, nunc primum in lucem editi: Gratii de ven. Ouidii Nas. Halieutic. Nemeſiani Cyneget. Eiusdem bucolicum: Calpurnii Bucolica etc. cum praef. Georgii Logi.* Venetiis, 1534. 8. — Haec princeps editio eſt *Cynegeticon* Gratii et Nemeſiani.

Calpurnii et Nemeſiani Eclogae primum locum tenent in praeclara editione Baſileenſi, cuius haec eſt ſententia: *Bucolicorum autores XXXVIII, quotquot a Virgilii aetate ad noſtra vsque tempora eo poematis genere vſi ſunt.* etc. ex officina Io. Oporini. 1546. 8. ad vetuſtiora Rom. et Dauentr. exempla quidem expreſſa ſunt, ſed pleraque loca mendoſa et hiulca Oporinus ſiue ſuo iudicio ſiue aliorum exemplorum auctoritate feliciter correxit et reſtituit. —

Nemeſiani Ecl. IV. et *Calpurnii* Ecl. cum notis ſelectis Titii, Martelli, Vlitii et integris P. Burmanni. Mitau. 1774. 8.— Nouam fecit recenſionem eruditeque explicuit cel. *Wernsdorf.* in Poetis lat. minoribus, tom. I. *Nemeſiani Cynegeticon* lib. et tom. II. *Calpurnii* Ecl. XI. atque de vtroque poeta in praefatt. et prolegom. docte diſputauit.

5. Ob

5. Ob ſtili elegantiam, venuſtatem et pu-
ritatem carminis ac dictionis ſummis criticis
ſuperiore aetate dignus videbatur: Virgilium
et Oppianum imitatus eſt: neque tamen, vt
etas illa fuit, vitiis et dictionis et poetices
aret.

6. Quaedam loca Gratii, Nemeſiani et
Calpurnii tentauit *Iac. Henr. Hoeufft* in Peri-
ulis criticis. v. ſupra, Propertium. nr. 6.

§. 4.

TITUS [IULIUS] CALPURNIUS.

1. Eodem tempore, quo Nemeſianus flo-
uit. v. cel. *Wernsdorf.* in argumento ad Eclog.
et VII. et praefat. ac prolegom. tom. II.
g. 3. ſqq.

2. Gente Siculum fuiſſe, et inopem, ſci-
us; de reliqua autem eius vita nihil habemus
mpertum.

3. VII. vel potius XI. adnumeratis iis, quae
lgo *Nemeſiano* tribuuntur, Eclogas ſcripſit.

4. Vide ſuperiorem paragraphum *Neme-
ni.* — cum Auſonio. Venet. 1472. de edit.
aris. 1503. v. Goetzii Mem. B. D. III.
g. 18.

5. Materiam ſumſit viribus ſuis aequam,
rgilium ac Theocritum imitatus; atque illam
o eius aetatis ratione ſatis ingenioſe, elegan-
et polite abſoluit. Laxus, interdum durus
paene tumidus eſt, neque Virgilium tam

elegantia, quam verecundia verborum et totius ſtructurae aequat: paſtorum ſuorum mores ad exemplar Theocriti paullo agreſtiores duriores que fingit, quam Virgilius. Compara ſubtile *Wernsdorfii* V. C. iudicium tom. II. pag. 27. ſqq.

6. *Scaliger.* poet. libr. VI. cap. 5. *Mongitor* in Bibl. Sicula tom. II. pag. 268. ſq voc. *Titus*: *Müller* in *Einleitung* etc. tom. IV. pag. 232. ſq. pag. 322. ſq. de vtroque poeta *Erneſt. Fabricii* B. L. III. pag. 89. ſqq. *Hambergeri* Z. N. pag. 629. ſq. *Saxii* Onom. I. p. 377.

§. 5.

QUINTUS SERENUS SAMMONICUS.*)

1. Obiit a. Ch. 212.

2. Vir ſuae aetatis doctiſſimus, qui variae eruditionis, praeſertim artis ſalutaris, poeticae atque hiſtoricae ſcientia excellens vel principum

*) Duo fuerunt *Sammonici.* Pater a Caracallo eſt occiſus, et filius fuit Gordiani praeceptor. *Spartian.* in Gordiano. c. 18. Plerique patri adſcribunt poema. Dubitat aliquantulum *Morgagnius* in Epiſtola ſua in Serenum Sammonicum. pag. 80. et accuratiſſime omnium doctorum ſententias de auctore illius poematis excutit, de aliisque duobus *Serenis* disputat. conf. *Burmanni* praef. ad poet. lat. min. ſtellula 7. — Num *Sammonicus* ſimplici, an duplici *m.* ſcribi debeat, *Keuchen.* in Prolegom. pag. 74. inquirit.

pum fauorem ſibi conciliauit, tantasque opes nactus eſt, vt ingentem librorum 62000. numerum ſibi compararet. Caracallae propter Getae fauorem ſuſpectus, eius iuſſu interfectus eſt inter coenandum. v. *Spartian.* in Caracalla c. 4.

3. Supereſt carmen de morbis et morborum remediis, extrema parte truncum. *Res reconditae*, carmen, cuius fragm. habet Macrob. Saturn. III. c. 9. 16. 17.

4. *Serenus* de medicina, cum Auieno, Arato, Dionyſio de ſitu et interpretatione Germanici et Ciceronis, Arati. Venet. 1488. 4. — *Q. Sereni Sammonici liber.* curante Sulpitio Verulano. mai. 8. (ſ. l. et a. forſan *Romae*, ante a. 1496.) v. *Audiffredi* Catalog. edd. rom. ſaec. XV. pag. 379. et *Burmanni* praef. in qua plures editiones recenſentur, ſtell. 7. fol. 2. — cum *Celſo*, *Venet.* apud Aldum, 1502. 4. 1526. —

Q. *Sereni Samonici*, *Hexametri*, *praecepta medicine continentes*, cum *Rhemnii Fannii* carmine de ponderibus medicis. Lipſiae in officina Valentini Damnandri, (Schumanni) 1515. 4. (v. *Freytag.* Adparat. litter. tom. I. pag. 106. ſq.)

Critica eſt editio cum *Gabrielis Humelbergii* commentariis, Tiguri. 1540. 4. — eadem plane eſt, quam *Caspar Wolphius* curauit, additis tantum foliis paucis, in quibus ſunt variae lectiones, quas ille ex *Conr. Gesneri*

 biblio-

bibliotheca a Sambuco ſubminiſtratas vna cum quibusdam ipſius *Gesneri* emendationibus acceperat. Tiguri. 1581. 4. —

Egregia et emendata eſt editio ac mater aliarum, typis Sebaſtiani Gryphii, curante, vt fama eſt, *Antonio Molinio*, Lugd. 1542. 1554. 12. cum *Celſo* et *Rhemnio Fannio Palaemone*: ac ſaepius cum illis. v. *Pinelli* Bibliothec. I. pag. 295. ſq. — apud *Aldum* fil. cum medicis aliis. Venet. 1545. eſt repetita editio per Aſulanum, a. 1526. cum omnibus vitiis et erroribus typographicis. — cum commentariis *Georgii Pictorii*, Villingarii. Baſileae, typis Henr. Petri 1559. 8. rec. 1571. 8. —

Nonnulla mutauit *Robertus Conſtantinus*, Lugduni, cum Celſo et variis lectt. 1566. — quam edition. recoxit Stephan. in *Principibus medicis*, Paris. 1567. fol. — *Q. Ser. Samonici* — cum al. ſcriptis medicis, ab *Andr. Riuino* e cod. emend. Lipſiae, 1654. 8. eſt critica editio. — *De medicina, praecepta ſaluberrima*, carmine heroico conſcripta, *Robertus Keuchenius* ex vet. libro reſtituit, emendauit, illuſtrauit. Amſtel. 1662. 8. repet. aut folium tituli tantum mutatum videtur, ibid. 1706. 8. quam poſteriorem edit. tantum habeo; quare num repetitio prioris ſit omnino habenda, nec ne? pronuntiare non audeo. Laudatur a Morgagnio meritoque propter multam vndecunque acceptam doctrinam: at *Burmann* in praefat.

praefat. ſtell. 7. fol. vlt. tradit, Keuchenium animaduerſiones ſuas ex ſchedis aui ſui, Roberti Keucheni, conſulis Veſalienſis et archiatri electoris Brandenburg. compilaſſe, ibique multa contra Keuchenium et de eius furto literar. diſſerit.

Textum e libris ſcriptis et edd. adcurate conſtituit idem *P. Burmannus* et emendauit atque tum ſuis tum variorum, partim integris, partim excerptis, notis illuſtratum dedit in *Poetis latinis minoribus*, tom. II. p. 185. 4.

Nouiſſima doctaque eſt editio: *Quinti Sereni Samonici de medicina praecepta ſaluberrima.* Textum recenſuit, lectionis varietatem, notas interpretum ſelectiores ſuasque adiecit *I. G. Ackermann*, (Prof. Altdorfin.) Lipſiae, 1784. 8.

Conf. *I. B. Morgagni* Epiſtolae in Celſum et Q. Serenum Sammonicum. Lugd. B. 1735. *Keuchenii* Prolegomena, atque *Burmanni Ackermannique* praefatt. ad editiones a viris illis doctiſſimis curatas. — Multa quoque docta de *Sereno Sammon.* eiusque carmine et editt. legi poſſunt in *Erneſti Godofr. Baldingeri Neuen Magazin für Aerzte*, tom. I. part. III. pag. 209. ſqq. Auctor commentationis illius ſiue epiſtolae primum negat, patrem Sammon. confeciſſe illud poema; tum dubitat, num filius fuerit medicus et illud confecerit, putatque, alium *Serenum Sam.* medicum, eumque peritiſſimum, fuiſſe illius parentem:

pag. 215. ſcite obſeruatur, *Henric. Ranzouium* in edit. *duorum librorum Macri de virtutibus herbarum* etc. Lipſiae 1590. 8. *Sammonici* carm. ſub nomine *Macri* poſterioris e cod. euulgaſſe et comparatur eius editio cum edd. Riuini, Keuchenii etc. atque rariſſimae illius editionis vitia virtutesque oſtenduntur. — In vol. II. part. V. pag. 401. ſqq. eſt ſpecimen nouae editionis.

5. Pro temporis ratione carmen non eſt inelegans; et a recentioribus forte interpolatum: ad intelligentiam aliorum ſcriptorum, praecipue hiſtoriae naturalis et materiae medicae vett. vtile eſſe dicitur. In remediis adhibendis arguitur ſuperſtitionis.

6. *Erneſti-Fabricii* B. L. III. p. 85. ſqq. *Saxii* Onomaſt. p. 349. *Hamberger* II. p. 48.

§. 6.

Commodianus.

1. Circa an. Ch. 260. aut 270. vixiſſe eum, veriſimile eſt.

2. Afer natione videtur: eius enim vita fataque ſunt in ſumma obſcuritate.

3. Superſunt *Inſtructiones* LXXX. *aduerſus Paganos.*

4. Ex *Iac. Sirmondi* apographo primum *Rigaltius* edidit mendoſe quidem, ſed notis eruditis illuſtratum, Tulli Leucorum. 1650. 4. — Cum Cypriano, Minucio, Arnobio et Iul

ul. Firmico, cura *Rigaltii* et *Phil. Priorii.* arif. 1666. fol. — cum *Rigaltii* animaduerss. *Dodwelli* diſſert. *) de aetate Commodiani, cum praefatione *Henr. Leon. Schurzfleiſchii.* Witteb. 1705. 4. — Idem *Schurzfleiſchius* lidit ſupplementa quaedam ad Commodia- um. Acceſſit Gloſſarium et index rerum ad tum opus. Witteberg. 1709. 4. — Cum inutio Felice, *Dauiſius* poſteriori ſuae illius litioni cum ſuis et Rigaltii notis ſubiunxit. ntabr. 1711. 8.

5. Carmen eſt politicum, ita ſcriptum, vt gulae inſtructiones per litteras verſuum imas vocabulum aliquot referant; in quo merus Hexametri ſeruatur, neglecta ſylla- rum quantitate. Animi ſinceritas probitas- e maiore dignae ſunt laude, quam ſtilus umque dicendi genus.

6. *Fabricii* B. L. med. et inf. aetatis n. I. p. 406. ed. Manſii. *Hamb.rgeri* Zuv. chr. II. pag. 602. *Saxii* Onomaſt. tom. I. g. 373.

§. 7.

BLIUS OPTATIANUS PORPHYRIUS.

1. Sub Conſtantino M. circiter an. 326. it.

*) *Dodwelli* diſſ. de Commodiani aetate ſubiecta eſt llius Annalibus Velleianis, Quinctilianeis et Sta- ianis. Oxon. 1698. 8.

2. Propter crimina quaedam munere publico patriaque mulctatus eſt, qua tamen poena circ. a. 330. liberatus eſt eo, quod in carmine quodam per acroſtichides et ſimiles litterarum luſus laudes imperatoris decantauit.

3. Hunc panegyricum luſorium ad noſtram memoriam ſeruatam habemus.

4. *Panegyricus* — inter *Pet. Pithoei* Epigrammata et poematia vetera. Pariſ. 1590. 12. — *Panegyricus* dictus Conſtantino Auguſto, ex codice manuſcripto Paulli Velſeri Aug. Vindelic. 1595. fol. — cum ſpicilegio critico *Chriſtiani Daumii*, accurante *Chriſto Arnold.* in opp. *Marci Velſeri.* Noriberg. 1682. fol.

5. Hiſtoriam ſui temporis paullulum illuſtrat; praeter ea maiorem induſtriae, quam ingenii laudem meretur.

6. *Fabricii* B. L. III. p. 246. ſqq. *Eiusd.* B. L. mediae et inf. aet. V. p. 169. *Manſii* *Saxii* Onom. I. p. 396. ſqq.

§. 8.

Caius Vettius al. Vestius Aquilinus Iuvencus.

1. Tempore Conſtantini floruit, ante an. 337.

2. Fuit Presbyter Hiſpanus.

3 Hiſtoriam euangelicam in libris IV. verſibus deſcripſit Matthaeum, at ex interpolatis

latis codicibus ſequutus, pari modo concinnauit librum in Geneſin.

4. Prioris libri editio eſt: *Iuuenci* et *Sedulii* carmina cum *P. Barri* Paeanibus quinque feſtorum. Paris. 1499. 4. — cum *Sedulio* et aliis poetis graecis. Venet. apud Aldum 1502. 4. — *Iuuencius Presbiter immenſam euangelicae legis maieſtatem heroicis verſibus concludens*, absque vlla nota, ſaec. XV. 4. — cum *Sedulio*, a *Reinhardo Lorichio*, Coloniae 1537. 12. — *Iuuenci* Hiſtoria. Antwerp. 1538. 8.

Nouam lucem accepit textus. *Iuuenci* libri IV. euangelicae hiſtoriae: *Coelii Sedulii* libri IV. mirabilium diuinorum ſiue paſchalis carminis, vna cum hymnis aliquot: *Aratoris* libri duo in Acta apoſtolica: *Venantii Honorii Fortunati* hymni duo, integritati ſuae reſtituti per *G. Caſſandrum*: omnia recognita et variis lectionibus illuſtrata, ſtudio *Theodori Poelmanni*. Baſil. 1551. 8. — *Iuu.* hiſtoria euangelica, cum comment. *Georgii Fabricii*, in huius poet. vet eccles. pag. 451. — *Iuuenci*, *Coelii Sedulii*, *Aratoris* ſacra poeſis, ſumma cura et diligentia recognita et collata, tum cum variis editionibus, praeſertim Fabriciana, tum etiam cum msto codice. Lugd. apud Tornaeſium. 1588. 12. (16.)

Ad veteres codices et edd. recenſitam *Iuuenci hiſtoriam* parabat *Magnus Dan. Omeiſius*, Prof. Altdorf poſt cuius obitum abſoluit editio-

 nem

nem *Erhard Reuſchius*, cum notis integris *Georg. Matthiae Koenigii; Magni Dan. Omeiſii*, et *Chriſtiani Schoettgenii*, *itemque Iodoci Badii Aſcenſii*, *Georgii Fabricii aliorumque ſelectioribus. Erhardus Reuſch recenſuit.* Franc. et Lipſiae. 1710. 8. —

Liber in Geneſin, ex vetuſto codice Corbeienſi nunc primum editus, in *Edm. Martene* Noua Collectione veter. Moniment. tom. IX. pag. 15. ſqq. nr. 2.

5. Perſpicua et natiua vtitur dictione; naeuos vero et verborum et ipſius carminis critici ob aetatis illius barbariem virgula cenſoria lenius notant.

6. *Fabricii* B. L. med. et inf. aet. tom. V. p. 169. ed. Manſii. *Saxii* Onom. I. p. 397.

§. 9.

(D. h. e. DECIMUS) MAGNUS AUSONIUS.

1. Natus eſt circa an. Ch. 309. et deceſſit ſub finem a. Ch. 394. ſecundum Longchamp.

2. Burdigalenſis Gallus. In patria non ſolum a parentibus honeſte educatus eſt, et litteris imbutus; ſed has quoque per 30. annos docuit. Eius poſtea inſtitutioni imperator Valentinianus ſuum filium a. 367. concredidit, a quo vtroque ſummis honoribus primum Comitis et Quaeſtoris, denique a. 379. Conſulis, ornatus eſt. v. cl. *Ios. Lud. Ern. Püttmanni* de

Epocha

Epocha Auſoniana ficłoque D. Magni Auſonii conſulatu Burdigalenſi, Diatribe. Accedit *Eduardi Corſini*, humanior. litterar. in Academia Piſana Profeſſoris de Burdigalenſi Auſonii Conſulatu Epiſtola. Lipſiae 1776. m. 8. p. 8. ſq. *Corſinus* enim putauerat, et acrius contenderat, Auſonium Burdigaliae, (hodie *Bourdeaux*,) primum a. v. c. 1118. ſiue a. Chr. 366. deinde autem Romae a. Ch. 379. a. v. c. 1131. geſſiſſe conſulatum. Hanc ſententiam refellere, atque conſulatum Auſonii Burdigalenſem pro ficto declarare ſtuduit, multumque eruditionis ac iudicii ſobrii adhibuit doctiſſ. *Püttmannus*; et oſtendit *Corſini* ſententiam non adeo nouam videri, ſed iam a Scaligero et Vineto fuiſſe excogitatam. Idem pag. 39. in nota profitetur, ſibi *Auſonii Ephemeridem* et alia nonnulla chriſtiano digniſſima carmina nullam de fide eius chriſtiana dubitationem relinquere: ab aliis enim id negatum, ab aliis dubitatum eſſe conſtat.*) *Corſini* autem epiſtola primum prodiit Piſis. 1764. Poſt obitum

*) v. *Freytag* Adparat. litter. tom. II. pag. 1389. ſq. vbi editio Lipſienſis a. 1500. recenſetur et de Auſonio agitur copioſe, multique viri docti, qui in vtramque partem diſputarunt, nominantur. Qui quidem adfirmant, Auſonium fuiſſe deorum cultorem, ii abnegant illi *matutinam deprecationem*, quae eſt particula *Ephemeridis*, et adſignant *Paullino iuniori*, pellaeo burdigalenſi, Auſonii nepoti. Aliis tamen ſecus videtur.

tum Gratiani, ſui benefactoris, in patriam ac plerumque in rus ſeceſſit, in eoque otio plurima, quae ab eo reliqua habemus, ſcripta exarauit, quae magna vis eius ingenii, doctrinae copia atque inſignis diligentia commendant.

3. Haec autem ſunt: Liber epigrammatum; Ephemeris h. e. totius diei negotium; Parentalia; Commemoratio profeſſorum Burdigalenſium; Epitaphia heroum, qui bello Troico interfuerunt; De XII. Caeſaribus per Suetonium Tranquillum ſcriptis monoſticha; et de iisdem a Iulio Caeſare vsque ad Heliogabalum tetraſticha; Clarae vrbes ſiue ordo nobilium vrbium; Ludus ſeptem ſapientum; Idyllia XX; Eclogarium variorum poematiorum et epigrammatum; Oratio panegyrica ad Gratianum imper. Periochae in Homeri Iliadem et Odyſſeam. (Tetraſtica in ſingulos menſes)

4. De editionibus, quae multae ſunt, copioſius docteque agitur in Notitia de Auſonio litteraria, praemiſſa editioni Bipontinae: quare breuiores nobis eſſe licebit. Princeps eſt *Veneta*, cui praefuit *Bartholom. Girardinus*: *Auſonii Paeonii Epigrammaton libri*, (n. Epigrammata, verſus Paſchales, Epiſtolae, Gratiarum actio, Monoſyllabi, Crippus de ternario numero, Coena nuptialis, Endecaſyllabi, precatio matutina ad deum, Epicedia, Protrepticus ad Heſperium filium, Eclogae, Verſus de Biſſula,) cum *Probae Centonae* — opuſculo,

culo, (n. Probae Centone Virgiliano) Ouidii Conſolat. ad Liuiam, Calpurnii bucolico. 1472. fol. (v. *Maittarii* Annal. typogr. tom. I. pag. 313. in primis Catal. *ducis de la Valliere*, 110. *Saxii*que hiſtor. typogr. litter. Mediolan. col. CCI. ſq.)

Auſonii opera, curante *Iulo Aemilio Ferrario*, Mediolani, 1490. fol. — (v. *Saxii* l. cit. pag. 499 et 587.) impreſſa per *Vider. Pinzenceller* — repet. ib. 1497. fol. — *Auſonii Peonii poetae diſſertiſſimi epigramata.* — *Venetiis*, cura eiusdem *Ferrarii*, per Mag. I. de Cereto, alias Tacuinum de Tridino. 1494.*) fol. — et e recenſione *Hieronymi Auantii*, cum praef. *Georgii Merulae*, ib. 1497.**) —

At et pleniorem et magis criticam editionem, multis *Auſonianis* primum additis, paruit *Thadaeus Vgoletus* Parmae. 1499. fol. e 4. (In *Pinelli* Biblioth. II. pag. 310.) Haec repetita tantum videtur *Venetiis*, 1500. (apud *Erneſtum* in *Fabricii* B. L. tom. III. 10. in quo de Auſonio agitur pag. 146.) potius 1501. 4. in *Maittarii* Ann. typogr. m. V. pag. 99. *Pinelli* Biblioth. II. p. 310. illuſtriſſ. *Com. de Reviczky* Biblioth. gr. et pag. 127. — *Veneta* cura *Hier. Auantii*,

per

*) v. *Gemeiners* Nachrichten de illa edit. p. 223 ſq.

**) v. *Ioſ. Ant. Saxii* hiſt. typogr. litt. Mediolanenſ. pag. DCII.

per Io. Tacuinum 1507. fol. — *Auſonii* — *precatio matutina.* Lipſiae per Iac. Thanner. Herbipolens. 1500. 4. Lectio differt ſaepius ab ea, quae eſt in edit. *Opp. Auſon.* cura Souchay v. *Freytagii* adpar. litt. II. p. 1391 ſq. — *Auſonii Opera* caſtigauit edíditque *Richard Crocus.* Lipſiae 1515. 4. — *Auſonius* apud Aldum, Venet. 1517. 8. ducta videtur edit. e Veneta 1507.

At, vt *Iuntinam* rariſſimam, curante *Friderico Comite Valmontoni*, Florentiae 1517. 8. (v. *Pinelli* Biblioth. tom. II. n. 4471.) aliasque mittam, ad aetatem II. *Vineti* et *Scaligeri*, duplicis editionum familiae parentum ſtudio curaque enatam progredior. Prodiit igitur primum *Auſonius*, ex caſtigatione *El. Vineti*, curante *Iac. Gupylo*, Pictone. Paris 1551. 8. — Lugd. apud Tornaeſium 1558 quae editio, tertia parte auctior, ea ſeparatim continet, quae *Steph. Charpinus* e cod. primus eruit et *de la Barge* euulgauit. — cum ſcholiis *Theod. Pulmanni*, Antwerp. 1568. 16. — *Ioſ. Scaliger* libros II. Auſoniarum lectionum ad Eliam Vinetum edidit Lugd. 1573. 8. — tum *Auſonii Opera*, recognita a *Ioſ. Scaligero* cum eiusdem lectt. Auſon. Lugd. apud Anton Gryphium. 1575. 8. — Heidelberg. 1588. 8 apud Commelin. — Geneuae eod. a. 16. — Lugd. 1595. apud Rapheling. 24. et ex offic Plantin. Rapheleng. 16. ibid. 1613. 12.

Poſtea

Poſtea *Vinetus* praeclaram curauit edit. et commentariis illuſtrauit: ad haec *Symmachi* et *Pontii Paulini* litterae ad Auson. tum *Ciceronis*, *Sulpiciae* aliorumque vett. quorumdam carmina nonnulla Burdigalae 1575 — 1580. — poſt mortem eius, (1587.) iterum prodierunt *Auſonii Opp.* Burdigalae cum *Vineti* notis. 1590. 4. (textus emendatus eſt ad codd. Charpini: adceſſerumt praeter Scaligeranas animaduerss. notae Turnebi, Iunii, Canteri, Lipſii.) hinc per *El. Venetum* et *Ioſ. Scaligerum* illuſtrata *Opp.* dicuntur in *Burdigalenſi* II. ed. 1598. et *quarta*, niſi tantum nouus titulus, multa iactitans, acceſſerit, 1604. —

Aetas *quarta* nititur quidem adhuc auctoritate Scaligeri; ſed tamen bona quaedam per *Tollium* et *Souchaeum* acceſſerunt. — Optimae igitur editiones e recentioribus ſunt *Iac. Tollii* 1669. 12. et cum notis variorum e recens. *Tollii* Amſtel. 1671. 8. (rara eſt editio.*) — it. cum notis et interpretatione *Iul. Floridi.* Recenſuit, ſuppleuit, emendauit, diſſertationem de vita et ſcriptis Auſonii ſuasque animaduerſiones adiunxit *Ioan. Baptiſta Souchay.* Pariſiis. 1730. 4.

Moſella,

*) Sed conf. *Heinſii* Epiſt. ad I. F. Gronou. tom. III. Sylloges Burmannianae p. 541. ſq. et *Heinſius* ib. vol. IV. p. 162. Tollium adcuſat furti litterarii.

Moſella: Cum commentario *Marquardi Freheri*; in quo praeter Auſonii, multa auctorum aliorum, multa veteris Germaniae, illuſtrantur et explicantur. Heidelbergae 1619. Fol. Freheri notae inſunt quoque editioni Tollii. — Notae Freheri ad Auſonii Moſellam rec. ſunt in: *Beyträgen zur Sittenlehre, Oeconomie, Naturlehre und der allgemeinen und beſondern Vaterlands-Geſchichte*, Francof. ad Moen. 1784 part. II. III. IV. ibid. in parte III. n. 3. ſunt coniecturae ſ. *muthmasliche Gedanken über den Ort Tabernae, in Auſonii Moſella.*

Cel. *Wernsdorf* Poetis lat. minor. tom. I. pag. 190. ſqq. inſeruit docteque explicuit *Auſonii* Moſellam, idyll. X. et epiſt. IX. de oſtreis. tomo autem II. pag. 299. *Auſonii* Cupidinem cruci affixum: quod carmen a reliquis Auſonianis ſeiunctum, antea iam editum fuit ab *Oporino* poſt Calpurnium et Nemeſianum, Baſileae 1546. — cum *Peruigilio Veneris* et *Centone Auſonii nuptiali* a *Petro Scriuerio* inter *Baudii* Amores, Lugd. Bat. 1638. 12. — ad calcem *Petronii*, ed. *Gabbemae*, Traiecti ad Rh. 1654. 8. et *Michael Hadrianidis*, Amſtel. 1669. 8. atque cum *Peruigilio Veneris* notisque variorum, Hagae Comit. 1712. 8. — Denique *Auſonii Opera* Amſtel. apud Wettſten. 1750. 12. — cum gallica verſione *Tauberti*, Paris. 1770. IV. voll. 12. Baſileae 1780. 8. — Biponti, 1785. 8.

Add

Adde *Io. Laur. le Cerf* Remarques ſur
uſon et Catulle, in Mercure de Trevoux,
iens. Sept. et Octobr. 1708. et quos laudat
axius in Onom. I. p. 435. ſq.

5. Neque verſuum elegantia, neque pu-
tate verborum, virtutes Virgilii, Plinii Iu-
oris Martialisque, quo quidem laſciuia et
tulantia non inferior eſt, aequat; nedum
perat.

6. *Longchamp* in *Entwurf einer Gelehr-
n-Geſchichte Frankreichs*, cura *Klotzii*
m. I. pag. 256. de Auſonio multa narrat,
m plerumque defendit; atque Chriſtianum
ſſe cum pluribus cenſet. — *Fabricii* B. L.
n. III. cap. X. pag. 139. ſqq. *Hamberger*
v. Nachr. II. p. 870. ſqq. *de Labaſtide* et
Uſſieux in Hiſtoire de la literature françoiſe.
ris. 1770. vol. II.

§. 10.

Proba Falconia.

1. Floruit circa an. 394. Cl. *Saxius* in
om. I. p. 438. confert illius aetatem ad
379.

2. Ciuis Hortana; non confundenda cum
icia *Falconia Proba*, neque cum *Valeria
oba*. v. *Wolfii* Catalogum infra laudatum.

3. Centonem Virgilianum, hiſtoriam ve-
s et noui Teſtamenti complexum, conſuit.

4. *Probae Falconiae Cento*, ſine nota anni, loci, typographi. fol. Editio haec, admodum rara, ſtatim ab initio inuentae typographiae machinis exſcripta videtur cl. *Hambergero* in *Zuverläſsigen Nachrichten.* tom. II. pag. 880. — cum *Auſonio.* Venet. 1472. fol. — cum *Sedulio* et aliis poetis chriſtianis. Venetiis, apud Aldum. 1502. — Venetiis ex officina Io. Tacuini de Tridino, 1522. 8. Vocatur, vt in multis vett. edd. *Proba Centona.*

Elegantes variorum Virgilio — Ouidio — Centones etc. a Raphaele Sadelero imaginibus exornati. Monaci. 1617. 8. (de qua et aliis editt. atque de *Proba Falconia* multus eſt *Freytag* in Adpar. litt. tom. II. p. 1344 ſqq.) — Plures enumeraui editiones in Introductione in Notitt. litter. rom. tom. II. de Virgilio, pag. 322. in primis pag. 330. ſqq. et alios laudaui viros doctos. Illis adde *Laurentii Olai Wallii* ſcripta latina pro dilectiſſimis filiabus etc. Vpſaliae, 1635. 4. Continent Epiſtolam Pythagorae ad Themiſtocleam ſororem, Epiſtolam Corneliae ad Gracchos et *Probae Falconiae Centonem Virgilianum.* v. *Fantii* hiſtoriam litteraturae graecae in Suecia. Vpſaliae et Lipſiae, 1779. 4. pag. 59 — 61. — *Cento Virgilianus* — e recenſione et cum notis *I. H. Kromayeri* Hal. Magd. 1719. 8.

5. Laude ſua non caret.

6. *Iu-*

6. *Iuſtus Fontaninus* de Proba diſſ. ſcripſit, quae eſt in opere de antiquitatibus Hortae libr. 2. cap. I — IV. Romae. 1708. 4. rec. in Theſauro Antiqq. Italiae, tom. VIII. part. III. et conf. Acta eruditor. Lipſienſia. a. 1709. pag. 1. ſqq. *Funccius* tamen noſtram poetriam, et Aniciam Falconiam Probam vnam eamdemque eſſe, cum multis cenſet. *Saxius* in Onomaſt. I. pag. 438. ſqq. *Fabricii* B. L. med. et inf. aet. II. p. 142. ſq. ed. Manſii. — *Io. Christiani Wolfii* Catalogum feminarum olim illuſtrium, pag. 349 ſqq. adiunctum Mulierum graecarum, quae oratione proſa vſae ſunt, fragmentis et elogiis, Londini. (Hamburgi.) 1739. 4.

§. 11.

Claudius Claudianus.

1. Vertente ſaeculo quarto florere coepit, Arcadio et Honorio imperantibus.

2. Alexandriam habuit patriam noſter: qui quum magnum et capax contingeret ingenium, cuius vis et praeſtantia in pictura maxime elucet; mature coepit carminibus excellere; quae ei magnam quidem gloriam honoresque pepererunt: quoniam vero aliquando erunt petulantia, et in depingendis vel hominum principum vitiis diſertiora, quam vt eorum faſtus perferret, in multorum inuidiam, odium atque vltionem incurrit.

3. Scripſit Raptus Proſerpinae libr. III. ad Florentinum: Epigrammata et poemata 47. In conſulatum Flauii Stiliconis libri tres, et liber de bello Getico ſiue Pollentiaco. In Conſulatum tertium et quartum et ſextum Honorii Auguſti tria panegyrica, a. Ch. 395. 398. 404. In nuptias Honorii Auguſti et Mariae carmen heroicum. In Ruffinum libr. II. et totidem in Eutropium; epiſtolas VII. et panegyricos aliaque poemata.

4. (*Claudiani* opera. Venet. 1470. num haec editio a Dempſtero laudata, reuera exiſtat, cum Heinſio, Hambergero aliisque neſcio.) — — Impreſſit Iac. Duſenſis, 1482. Vincentiae. fol. Editore *Barnaba Celſano*; confer biblioth. Schwarzianae part. II. num. 344. in primis ill. *Com. de Reviczky* in Bibl. gr. et lat. p. 132. ſqq. et *Burmanni* praefat. ad Claudianum. Ex antiquo codice preſſo pede edita eſt: ſed deſiderantur quaedam carmina, quae acceſſerunt e codd. editioni criticae *Parmenſi* per *Thadaeum Vgoletum* emendatae et impr. per Angelum Vgoletum. 1493. 4. — repet. *Venetiis* 1495. 4. per Io. Tacuinum et ibid. per Chriſtoph. de Penſis, 1500. 4. (v. *Pinelli* Catalog. II. pag. 320.) —

In *Claudiani* de raptu Proſerpinae libros commentarius eruditus ampluſque *Iani Parrhaſii*, Mediol. abſque vlla nota fol. adſignat *Saxius* in Hiſtoria litter. typograph. mediol. (vide pag. 426. ſqq. 526. 527. et pag. 608.

cum

cum not. b.) a. 1500. et idem pag. 612. not. c. alteram, recognitam, edit. Mediol. a. 1501. adfert, repet. 1505. ſaepiusque et, quam editionem poſſideo, Baſil. 1539. in offic. Roberti Winter. min. 4. — Habeo quoque Idyll. I. ſeparatim editum. *Claudii Claudiani carmen hexametrum de foenice.* ſine vlla nota. ſaec. XV. 4. adnexum eſt in meo exemplo, quamquam nec clare diſcernitur, nec ullo ſigno iungitur, *Horatii Flacci Venuſini carmini ſeculari.*

Eſt quoque penes me collectio minorum libellorum. *Laus muſarum ex Heſiodi Aſcraei Theogonia, Coelii Lactantii Firmiani carmen de Anaſtaſi Chriſti*, etc. in calce: Erphordie per Enricum Sertorium, Blancopolitanum, a. 1501. 4. in qua locum quintum tenet *Claudii Claudiani* carmen de ſaluatore Chriſto: eſt in editione Gesneri, cuius notam confer, Epigr. 45. pag. 706.)

Altera aetas orditur a *Io. Camerte*, qui *Claudianum* e codd. correctum edidit. Viennae, 1510. 4. ſub finem eſt index erratorum typograph. his inſeruit *Camers* coniecturas et emendationes ex MSS. praeclaras: quod ideo monendum puto, ne aliis id accidat, quod et *Gesnero*, (vide eius prolegom. pag. XXVII.) et mihi, neganti olim, Camertem addidiſſe notas, nec vltima operis folia exempli mei accurate conſideranti euenit: et eueniſſe videtur *Denifio* in Wiens Buchdrucker - Geſchichte,

pag. 38. vbi de hac editione notat quaedam: Camers vero primus addidit *Claudiani* poemata: *Laus Chriſti*, *miracula Chriſti*, *laudes Herculis*, *in Sirenas*, quae quidem omnia num a Claudiano ſint compoſita, eſt addubitatum. —

Ex eadem editione ſeparatim repetiti ſunt *Claudiani libri de raptu Proſerpinae tres.* 1517. 4. (v. *Denis*. l. m. pag. 166.) et *Claudiani in Ruffinum libri duo*, Viennae Auſtriae per Ioan. Singrenium cura *Philippi Gundelii*, 1518. 4. (v. *Denis* pag. 184. ſq.) *Camertis* editio ignota fuit et *Antonio Franciſco Varchienſi*, qui praefuit editioni *Florentinae*, in qua deſunt quatuor illa a Camerte primum euulgata carmina, per heredes Philippi Iuntae 1519. 8. — et *Franciſco Aſulano*, cuius ſtudio *Claudiani opera* caſtigata prodierunt ex offic. *Aldina* 1523. 8. hic enim in praef. ait, ſe carmen in Herculem et de Sirenis epigramma primum ex vetuſtiſſimo quodam fragmento in lucem protuliſſe.

Et rara nec ſpernenda eſt editio: *Claudiani Opera* ad veterum exemplarium fidem quam fieri potuit emendatiſſime excuſa; verſibus etiam aliquot, eorundem beneficio, locupletata ex aedibus *Io. Bebelii*. praefatus eſt *Michael Iſingrinius*, (caſtigata ſtudio *Mich. Bentini*, et, illo mortuo, *Io. Honteri*.) Baſileae. 1534. 8. — Haec baſis facta editionum, quae multae

e ſunt, *Gryphianarum* Lugduni, 1535. 8. — crebrius deinceps.

Tertia aetas illuſtrior facta eſt ingenio eraque *Pulmanni.* — *Claudianus Theodori ulmanni*, Craneburgii, diligentia et fide e tuſtis codicibus reſtitutus. Antwerpiae 1571. . — acc. *Martini Antonii Delrio* notae in imo folio, epiſtola ſcripta 1572. — quae itio ibid. repetita eſt 1585. 1596. et ſaeis. — *Claudiani Panegyrici* adiecti ſunt tioni Plinii Secundi Epiſtolis cum eiusdem nii et Pacati, Mamertini, Nazarii Panegyis. excud. Henr. Stephan. 1591. 12. — *udiani Opera ſerio emendata, neque non cta, ex fide vett. codicum, qui olim in bibliocca Cuiaciana, cum adnotationibus perpetuis Clauerii.* Adiecta ſunt *I. Parrhaſii ſelecta M. Ant. Delrii notae.* Paris. 1602. 4. — idatur in primis edit. *Raphelengiana* tamm optima, et quam Scaligerum recenſuiſſe unt, *ex emendatione* virorum doctorum, offic. Plantin. 1603. et 1607. forma . —

Pulmannianam recenſionem primum reendam curauit et animaduerſionibus copioilluſtrauit *Caspar Barthius.* Hannouiae 12. 8. poſtea idem editionem Raphelingian. t baſin et *Claudiani* contextum ope ſeptemm mſtorum exemplarium reſtituere cona operoſo doctoque commentario varii geis inſtruxit. Francof. 1650. 4. (rareſcere

incipit haec editio. vide *Freytagii* adparat. litter. tom. II. pag. 1293. ſq. vbi de illa, item de *Claudiano* Barthioque multus eſt.)

Merita tamen ſuperiorum ſuperauit ſubtilitas ingenii, acumen et diligentia *Nic. Heinſii*, qui *quartam* editionum claſſem duxit et ſospitator factus eſt *Claudiani*. Heinſius vero primum e XXVIII. codicibus et editionibus vett. recenſuit *Claudianum* et cum notis edidit. Lugd. Bat. 1650. 12. Textus eſt correctior, *I. Fr. Gronouio* operas moderante, quam in altera *Heinſiana* cum notis variorum accurante *Corn. Schreuelio*. Amſtel. 1665. 8. ad quam quidem perficiendam Heinſius decem adhuc contulerat codd. mstos: verba itidem contextus interdum mutauit, notasque altera fere parte dedit auctiores: at, qui praefuit operis, non eamdem curam, quam in priore edit. Gronouius, adhibuit ad tollenda vitia typographica. —

Claudiani Opera — cum interpretatione et annotatt. *Guil. Pyrrhonis*, in vſum Delphini. Paris. 1677. 4. —

Claudiani, quae exſtant, varietate lectionis et perpetua annotatione illuſtrata a *Io. Matth. Gesnero*. Lipſiae 1759. 8. Egregia eſt editio, ex exemplo prioris Heinſianae editionis potiſſimum ducta, interdum tamen lectione meliore ex poſteriore Heinſiana recepta. Notae ad intelligentiam poetae cum primis faciunt.

At

At notis tamen criticis, ampliore eruditionis et doctrinae copia aliisque, quibus ſi quis delectatur, ſubſidiis variorumque obſernationibus maiorem feret laudem editio, ſane eximia, Heinſio - Burmanniana. *Heinſius* enim *tertium* acceſſerat ad Claudianum e libris ſcriptis editisque et ingenio recenſendum atque illuſtrandum. *Tertias* illas curas *Heinſianas* e ſchedis in lucem proferre et Claudianum cum ſuis aliorumque notis edere voluit *Petrus Burmannus* I. Id, mortuo illo, demum perfectum eſt et abſolutum a *Petro Burmanno II.*

Claudiani opera, quae exſtant, omnia ad membranarum fidem caſtigata, cum notis integris Delrii, Clauerii, Demſteri, auctioribus Nic. Heinſii et ineditis P. Burmanni. Accedit ſylloge varr. lectt. ex ingenti numero MSS. a Nic. Heinſio collatorum digeſta: ſubiungitur Lactantii elegia de Phoenice, vulgo Claudiano adſcripta, cum curis ſecundis Nic. Heinſii et adnott. Petr. Burmanni ſec. Amſtel. 1760. 4.

Nouiſſima et eclectica eſt editio *Bipontina* 1784. 8. Heinſiana recenſio eſt baſis; at editio *Ianſſoniana*, Amſtel. 1620. et 1628. form. min. collata, ex eaque et MSS. multae lectiones, quae meliores videbantur, ſunt reſcriptae.

Gigantomachiae, carminis graeci Claudian. inſigne fragmentum e codice publicauit notisque inſtruxit, et de illo carmine Lascarisque codice docte disputauit *Iriarte* in Catal.

 codd.

codd. graec. biblioth. regiae Madrit. pag. 215—222.

Erudita eſt commentatio de *Claudiano* eiusque meritis, virtutibus vitiisque poeticis, de iudiciis V. V. D. D. cum ſpecimine verſionis germanicae etc. quam *Bernhard Georg Walch* compoſuit: cuius hic eſt titulus: *Vberioris commentationis de Claudiani carmine de raptu Proſerpinae inſcripto ſpecimen.* Goettingae 1770. 4. In vertendo melius verſatus eſt *Walchius*, quam auctor verſionis metricae: *Claudians Raub der Proſerpine: Gedicht in drey Büchern.* Hamburg. 1784. De reliquis verss. vide cl. editorem Bipontinum.

Quod *Walchius* quaedam monuerat contra *Merianum*, qui ediderat *L'enlevement de Proſerpine, poeme de Claudien* traduit de Proſe Françoiſe, avec un discours ſur ce poëte et des remarques. Berlin 1767. *Merian.* reſpondit illius obiectionibus, et ſuper Claudiano amplius diſſeruit: in libro gallico a *Iacobo Bernoulli* germanice verſo: *Von dem Einfluß der Wiſſenſchaften auf die Dichtkunſt.* Lipſiae 1786. 8. II. voll.

5. Quamquam vixit imminente L. L. aetate, vbique tamen inuenies ingentis membri reliquias: ſumma in eo erat vis ingenii, quod quidem non ſemper ſibi cauebat. Eius tamen vitia, quae multa ſunt, poetica facile compenſantur felici audacia fingendi et praeſertim ſententiis vitae profuturis. Libri de raptu Proſerpinae

erpinae inchoati; in Rufinum autem et Eu-
ropium ſatyrae, quo poeſeos genere eminuit,
erfectae atque abſolutae plurimis videntur.
)iuerſa eruditorum iudicia v. in *Walchii*
ommentatione p. 9. ſqq. qui ipſe ſobrie iudi-
auit de poeta noſtro.

6. De *Claudiani* patria, aetate, religione,
ruditione, ingenio, facultate poetica, eius
perum editionibus etc. diligenter egit in prae-
atione editionis ſuae *I. M. Geſnerus.* — Quae-
am *Claudiani* loca tentauit *Hoeufft* in Peri-
ulis criticis. v. ſupra, ad Propertium n. 6. —
dde *Erneſt. Fabricii* B. L. tom. III. cap. 15.
ag. 191. ſqq. *Fabricii* B. L. med. et inf. aet.
om. I. pag. 348. *Hamberger* Z. N. II. pag.
91. ſq. *Saxii* Onom. I. p. 455. ſqq.

§. 12.

Aurelius Prudentius Clemens.

1. Natus eſt a. Ch. 348; quando ex hac
ita migrauerit, non conſtat: a. Ch. 405. eum
n viuis adhuc fuiſſe, certum eſt.

2. Gente Hiſpanus Calagurri Iulia, (ho-
ie Calahorra in Caſtilia vetere,) primam lu-
em adſpexit. Adoleſcentia in laſciua proter-
itate luxuque petulanti non minus quam in
tteris transacta, mature in foro verſatus, ho-
ores cepit: belli etiam fata expertus cum elo-
uentiae tum virtutis bellicae laudem tulit.
erum tamen humanarum pertaeſus, ſeque
a mu-

a muneribus abdicans, ſacris meditationibus hymnisque vacauit. v. *Eius* Periſteph. 4, 31. Hymn. I. 116.

3. Librum Cathemerinon: librum Περιστεφάνων, de coronis; Apotheoſin; Hamartigeniam; Pſychomachiam; contra Symmachum libr. II. et Diptychon ſiue Enchiridion vet. et noui Teſt. reliquit.

4. Editiones praeſtantiores ſunt: Dauentriae 1472. 4. Hanc memorat quidem *Maittaire* in Annal. typogr. tom. I. ed. ſec. ſiue tom. IV. pag. 373. at nullam amplius illius dat notitiam. Quare, num illa reuera exiſtat, dubitant *Bure* in Bibliogr. inſtruct. B. L. tom I. nr. 2857. et illuſtriſſ. *Comes de Reviczky* in Bibl. gr. et lat. p. 136. qui editionem *Aldinam* cum *Prosperi* epigrammatibus, *Ioan. Damaſceni* etc. canticis, Venet. 1501. 4. laudat et principem editionem habet.

Enimuero prius prodierant *Aurelii Clementis Prudentii opera poetica* ex edit. *Rod. Langii.* Dauentr. 1495. 4. — v. quos laudat *Hamberger* in Z. N. III. pag. 16. (vbi de Prudentio agit.) Atque Aldina editione antiquior quoque eſt: *Prudentii Opera.* ſine die et conſule, 4. de qua v. *Fabricii* B. L. tom. III. pag. 295. ſq. vbi editt. *Prudentii* enumerantur, *Salthenii* Biblioth. pag. 170. —

Tres quoque *Prudentii hymni* (V. IX. et VI. in libro Cathemerinon) additi ſunt *Hiſtoriae Troianae ſecundum Daretem Phrygium.* ſine

ine l. et a. 4. (*Io. Maii*, Römhiltenſis, dedi-
ātio ſcripta eſt Lipſiae 1498. v. cel. *Lengnichii*
Beyträge etc. part. I. pag. 28 — 33.)

Aurelii Prudentii Clementis — *liber hi-
ſtoriarum* in calce: Liptzick (h. e. Lipſiae) *per
Baccalarium Wolfgangum Monacenſem im-
preſſus. et per Magiſtrum Erasmum Hey-
eman Liptzenſem diligenter emendatus.*
1503. 4.

In Prudentii — *de miraculis Chriſti
hymnum ad omnes horas Iac. Spiegel* Seleſta-
ienſis, *interpretatio* (docta quidem; at mirum
quantum copioſa.) Seleſtadii in aedibus Lazari
Schureri. 1520. fol. Textus ductus eſt potiſſi-
mum ex edit. Aldina et cod. Peutinger. v. cl.
Riimmelii Neue Bibliothek von ſeltenen und
ſehr ſeltenen Büchern. vol. II. part. VI. pag.
545. ſq. —

Critica ratione tractata ſunt *Prudentii*
opera a *Io. Sichardo*, ſex codicibus vſo, cum
eius ſcholiis prodierant *Prudentii* carmina
Baſileae apud Cratandrum, 1527. 8. 1537.
v. *Hamberger* l. m.) — cum notis *Sichardi*
et *Des. Erasmi*. 1553. 16. —

Plenior eſt editio: *Prudentii opera multo
iam antea caſtigatiora: praeter ea et Aelii
Antonii Nebriſſenſis commentariis haud poeni-
tendis illuſtrata, quibus inſuper agglutinata
ſunt ſcholia Io. Sichardi, quae omnia nunc pri-
mum excuſa ſunt.* Antwerp. 1540. 8. —
Opera — emendata, (e cod. Boerneriano,)

et

et commentario expoſita a *Georgio Fabricio*, in huius Poetis veter. eccles. Baſil. 1562. 4. p. 1. ſqq.

Plenior adhuc, ad MSti fidem recenſita editio eſt; *Opera* cum notis variorum et gloſſis veteribus notisque et indice accurato illuſtrata a *Io. Weitzio*. Hannou. 1613. 8. — Opera, ex fide decem librorum MSS. emendata ſtudio *Theodori Pulmanni* et *Victoris Giſelini*.*) — Antwerp. ex offic. Plantin. 1664. 8.

E recenſione et cum animaduerſion. *Nic. Heinſii*, (qui contextum ex multis codd. correxit, optimamque et nouam edit. curauit,) Amſtel. 1667. 12. — Rariſſimis libris et bonis editionibus adcenſetur editio in vſum Delphini; *Prudentii opera*, interpretatione, notis et indice illuſtrata, ſtudio et labore *Stephani Chamillard*. Paris. 1687. 4. — cum adnotationibus *Chr. Cellarii*. Hal. Magd. 1703. 8. —

Splendida eſt et ex Heinſiana ducta editio; *Aurelii Prudentii Clementis V. C. opera omnia. nunc primum cum codicibus Vaticanis (XVI.) collata, praefatione, variantibus lectionibus notisque ac rerum verborumque indice locupletiſſimo aucta et illuſtrata*, Parmae e typographio regio, typis Bodoni. 1788. II. voll.

*) E cuius recenſione iam prodierat *Prudent.* Paris. 1566. Lugd. Bat. 1596. forma minore, in Bibl. P. P. maxima tom. V. pag. 990.

volli mai. 4. editor eſt *Teoli*, prof. gr. linguae in Collegio Sapientiae: cum argumento poematis, et introductio ſingulis carminibus eſt praefixa. Notas cum criticas, tum in primis, easque copioſas, exegeticas, in quibus quauis data occaſione placita ſuae disciplinae ſectaeque defendit, et ſecus ſentientes oppugnat, frequenter adfert. Quod variae codicum lectiones ſaepe ita ſunt comparatae, vt, quae praeferendae ſint, haud facile discerni, illaeque pretio ſenſuque videantur pares; Heinſio accedit, arbitrato, Prudentium ipſum duplicem feciſſe recenſionem. In praefatione agit de poeta chriſtiano; de eius ſcriptis tam genuinis, quam ſpuriis (Diptychon tamen vindicat *Prudentio*;) et de virtutibus poetae vitiisque, quae quidem ſedulo excuſat, nec facile admittit, item de codd. Weitzii, Heinſii et Vaticanis, nec non de editionibus, in quibus tres Aldinas numerat; (quae forte vna eademque eſt,) tamquam inter ſe diuerſas propter plures additas particulas illarumque collocationes, quod tamen in quibusdam tantum foliis factum erit.

Nouiſſima editio, nondum abſoluta, nuper prodiit: *M. Aurelii Prudentii, V. C. Carmina ad optimas quasque editiones et MSS. codd. romanos aliosque recognita et correcta, gloſſis Iſonis Magiſtri et aliis veterum, nunc primum e MSS. depromtis, Prolegomenis, commentariis et lectionibus variantibus illuſtrata a*

Fau-

Fauſtino Arevallo. Romae, tom. prim. in 4. cum figg. aen. et monumentis ſacris. Prolegomena notaeque *Areualli* laudantur in Nouelle letterarie. Editionem ipſam nondum licuit mihi oculis vſurpare.

Quosdam libellos ſeparatim quoque excuſos fuiſſe typis, iam vidimus; quibus addi poſſunt: *Hymnus de Chriſti Domini et Saluatoris noſtri natali: Auguſt. Buchnerus* ſeorſim edidit et commentariolo illuſtrauit. Witteberg. 1643. 8. — *hymni de martyrio S. Hippolyti presbyteri Romani; S. Laurentii; infantis, qui cum S. Romano paſſus eſt; S. Eulaliae virginis et mart. Emeritenſis;* — Ex editis, ad codd. MSS. biblioth. reg. Pariſiens. — collati et illuſtrati: in *Theodor. Ruinarti* Actis martyr. Veron. 1731. fol. p. 143. 162. 317. etc. — *de martyrio S. Laurentii,* ex rec. *Theodorici Ruinarti,* Presbyteri et Monachi Ordin. S. Benedicti e congreg. S. Mauri; de nouo recenſuit, variantes lectiones, ſuasque notas, intermixtis ſelectis aliorum adnotationibus, adiecit *Io. Adam Schier,* A. M. cui accedit *Ioan. Chriſtoph. Harenbergii* epiſtola de Laurentio Martyre, et de condito in eius honorem Monaſterio ad Schoeningam. Lipſiae, 1763. 8.

5. Prudentius, quum iam ſenex carmina panderet, candidus quidem eſt, probus, piusque et a nugis faſtuque iuuenili alienus; ſed merito deſideratur in eo vigor ille et enthuſiasmus poeticus, vocabulorum puritas, acies iudicii

udicii et perſpicacia in diiudicandis miraculis
liisque rebus ſuperſtitioſis. Lectu tamen di-
gnus eſt, praecipue, quod veteris eccleſiae
ata explicat; eiusque libri ſemper in honore
t laude fuerunt. Loca e V. T. a Prudentio
x verſione graeca ſumta ſunt: neque tamen
graecae linguae peritus fuiſſe videtur. For-
n habuerat verſionem V. T. latinam, non
: hebraica lingua factam, ſed ex verſione
raeca.

6. Syllabus poetarum Chriſtianorum ve-
rum, praemiſſ. *Daumianae* editioni *Benedicti*
aulini Petrocorii Poemat. ſtell. 4. *I. P. Lu-*
uici diſſ. de vita Prudentii. Viteb. 1692. 4.
in eius opuſc. miſc. tom. II. Halae Sax. 1720.
ibricii B. L. libr. IV. cap. 2. vol. II. pag.
6. ed. Hamburg. 1721. — Eiusdem B. L.
ed. et inf. aet. vol. VI. p. 18. ſqq. ed. *Manſi.*
xii Onomaſt. I. pag. 475. ſq.

§. 13.

.AUDIUS RUTILIUS NUMATIANUS, (ſ. MINUTIANUS.)

1. Floruit circiter an. Ch. 416.

2. Natione Gallus. Vir Conſularis, Ma-
er officiorum vrbique Praefectus. Sed de
noribus, muneribus indeque ductis titulis
genter curateque disputauit cel. *Wernsdorf*
Poet. lat. min. tom. V. part. I. pag. 5. ſqq.
de *Rutilio*, eiusque carmine atque editioni-

bus copioſus eſt. Cultui deorum addictus, vbique oſtendit infenſum atque iniquum in Iudaeos aeque ac, vt quidam opinabantur, Chriſtianos animum.

3. *Reditum in patriam* verſibus elegiacis deſcripſit.

4. Editiones potiores ſunt: *Claudius Rutilius poeta priſcus de laudibus vrbis*, Etruriae et Italiae. Bononiae (editore *Io. Baptiſta Pio*) 1520. 4. Num praeceſſerit et omnino exiſtat ed. Neapolitana, ſ. a. curante *Petro Summontio* dubitant *Burmannus* et cel. *Wernsdorf*, qui l. m. a pag. 45. multus eſt de hac controuerſia *Hamberger* quidem in Z. N. tom. III. 55. ſqq. et cl. *Kappius* in prolegg. pag. XIV. ſqq. praecipue Barthii auctoritate nixi, vindicare illam ab aliorum dubitationibus ſtuduerunt. Atqui neque *Toppius* in Bibliotheca Neapolitana pag. 249. neque *Leonardus Nicodemus* in Additionibus ad illam pag. 205. quando vterque de *Summontio* agit, illius editionem Rutilii memorant.

Poſtea *Onuphrius Panuinius* in Commentariis reipubl. rom. Venetiis 1558. 8. et ſaepius *Rutilii* itinerarium, auctum verſibus 575 — 578. inſeruit et emendauit. —

Critica ratione textum tractauit, quaedam nouauit, addiditque variarum lectionum adnotationem *Ioſ. Simlerus* poſt *Aethici* coſmographiam et Antonini Itinerarium etc. Baſil. 1575. 12.

Adcu-

Adcuratius tamen *Rutilium* recenſuit, mendauit doctiusque explicuit *Ios. Caſtalio*, lteramque aetatem firmauit, Romae 1582. . — — Tum *Petrus Pithoeus* Rutilium enuo recenſitum edidit inter *Epigrammata et pematia vetera*, Paris 1590. 12. Lugduni 596 8. Geneuae 1619. 8.

Rara et bona eſt editio cum animaduerſionibus *Theodori Sitzmanni*, curante *Iuſto Zinrlingio*, Lugduni, 1618. 8. — ad cuius emplum contextus plane eſt excuſus in edit. *aſpari Barthii*, qui animaduerſionum comentarium adiecit. Francofurti ad Moen. typis echelianis 1623. 8.

Nitida eſt editio, in qua plerumque redditur ntextus a Caſtalione et Sitzmanno conſtutus: *Cl. Rutilii Numatiani, Galli, itirarium*, integris Simleri, Caſtalionis, Piei, Sitzmanni, Barthii, Graeuii, (cuius tae primum acceſſerunt,) aliorumque *animuerſionibus illuſtratum*. Ex muſeo *Th. ıs. ab Almelouεen*. Amſtelod. 1687. 12. Id o valde incommodum eſt, quod ſingulon adnotationes ſeiunctim poſitae ſe excint. — Cum notis eorumdem et *P. Burnni*, inter *poetas latinos minores a P. Burnno* editos, tomo II. Leidae 1731. 4.

Tertia aetas orta eſt ſtudio *Dammii*, qui textum adcurate recenſuit et multis locis citer, interdum audentius emendauit et rexit: *Claudii Rutilii, Viri clariſſimi, de re-*

ditu ſuo, libri II. accurate recenſuit Chriſtia *Tobias Damm. Brandenburgi.* 1760. 8. ad dita eſt admodum vtilis ad poetam intelligen dum perpetua paraphraſis.

Promulſis operis maioris et critica eſt edi tio, qua tirocinium vitae academicae laudabil ter poſuit doctiſſ. *Kappius*, Dammium plurimum ſequutus: *Claudii Itinerarium. R cenſuit, varietatem lectionis et Gottlieb Cort notarum in Rutilium fragmentum addidit I Chriſt. Kappius.* Erlangae 1788. 8. qui paull ante in diſp. me praeſide habita ſpecimen illiu dederat.

Optima *Rutilii* editio et noua recenſio e cel. *Wernsdorfii* cum eruditis adnotatt. in Poe lat. min. tom. V. part. I — *Itinerarium*: cu integris *I. G. Graeuii*, et *Theod. Ianſ.* *Almeloueen* animaduerſionibus, *Andr. Go tzius* recenſuit Altorf. 1741. 8. eſt vilis labo de reliquis edd. vide *Kappii* et *Wernsdorf* praefatt.

5. Carmen ſupra aetatem elegans atq ornatum.

6. *Longchamp* in *Entwurf einer Geleh ten-Geſchichte Frankreichs*, tom. I. p. 232. ſ *Erneſt. Fabricii* B. L. tom. III. pag. 202. ſq *Manſius* ad Fabricii B. L. med. et inf. aetat tom. VI. pag. 139. ſq. *Hamberger* Z. N. II pag. 54. ſqq. *Chriſtoph. Saxii* Onomaſt. pag. 484. ſq.

§. 14

§. 14.

Meropius Pontius Anicius Paullinus.

1. Anno quinquageſimo tertio aut quarto eculi quarti e gente Romanorum patricia or- s eſt. Defunctus autem vita a. Ch. 431.

2. Ebromagum habuit patriam, Auſo- um vero, doctorem Burdigalenſem, prae- ptorem, quem quoque laude et gloria eru- tionis aequauit: poſtea circa a. 378. conſul ffectus, tum Conſularis Campaniae. Curis nfectus onereque negotiorum oppreſſus vi- n ſolitariam delegit, atque, venditis bonis, opibus inter pauperes diuiſis, in Hiſpanias rca a. 389. aut 390. conceſſit. Anno tamen 99. propter ſeueritatem morum vitaeque in- gritatem Nolae honores Epiſcopi adeptus eſt, ſummaque vixit auctoritate.

3. *Epiſtolae* 51. et *carmina* 34. ad noſtra ruenerunt tempora.

4. *Paullini* epiſtolae et poemata. Pariſiis ud Iod. Bad. Aſcenſium 1516. 8. rara qui- m; at mutilata nec correcta editio. — *pera* — — notis variorum illuſtrata — litore *Io. Baptiſta le Brun*) Pariſiis 1685. — recuſa Veronae 1736. Fol. additis qua- or integris poematibus, a *Ludou. Antonio uratorio*, in Anecdotis latinis tom. I. Me- olani 1697. 4. e codd. bibliothecae Ambro- nae pridem erutis.

Paullini carmina natalitia in S. Felicem XI. XII. XIII, quae Muratorius antea ediderat in Anecdotis, integriora et caſtigatiora prodierunt in *Io. Aloyſii Mingarellii Anecdotorum* faſciculo, ſiue *S. Paullini* Nolani, Anonymi ſcriptoris, *Alani Magni*, ac *Theophylacti* Opuſculis aliquot. Romae 1756. mai. 4.

5. Stilus eſt ſatis elegans, nec verſus ſunt plane contemnendi: ingenium tamen deerat Paullino poeticum: epiſtolae ſunt amoenae; ſed parum fructuoſae.

6. *Fabricii* B. L. vol. III. ſ. ſupplem. pag. 502. ſqq. vbi plures *Paullini* enumerantur; *Eiusdem* B. L. med. et inf. aet. vol. V. pag. 205. ſqq. pariter plures eiusdem nominis, ſed diuerſae aetatis recenſentur. *Hamberger* Z. N. III. pag. 126. ſqq. *Saxii* Onomaſt. I. pag. 453. ſqq. vbi plures laudantur viri docti de noſtro disputantes.

Adiungatur *Benedictus Paullinus Petrocorius*, Aquitanus, qui *vitam S. Martini*, epiſcopi Turonenſis, a Sulpitio Seuero proſaice ſcriptam, verſibus haud venuſtis illigauit, circa a. 470. idem fecit verſus *de viſitatione Nepotuli* ſui et epigramma Baſilicae Martini apud Turones inſcriptum. — *Libri VI. de vita Martini* olim adtribuebantur *Paullino Nolano*. — Primus edidit e cod. Petri Pithoei *Franciſcus Iuretus* cum doctis notis. Paris. 1585. — Poſtea cum eiusdem notis, additis *Tertulliani* carmine de Iona et Niniue,

et

et *Paullini Pellaei* euchariſtico, e recenſione et cum animaduerss. *Casp. Barthii* notisque *J. Fr. Gronouii*, cura et ſtudio *Chriſt. Daumii*, (qui animaduerss. ſubiecit.) Lipſiae 1681. 8. atque mutato tantum contractoque titulo, ac alius bibliopolae nomine adſcripto, ibidem. 1686. 8.

Conf. *Fabric.* locis memm. *Hamberger* Z. N. III. pag. 226. ſqq. *Saxii* Onomaſt. I. pag. 517. *Longchamp* in *Entwurf einer Gelehrten-Geſchichte Frankreichs*, tom. I. pag. 361. et 448.

Alius poeta chriſtianus, *Paullinus*, Pellae in Macedonia a. 376. natus fuit, de quo idem *Longchamp* ibid. pag. 408. ſq. agit.

Diuerſus quoque eſt *Paullinus*, Diaconus Mediolanenſis, circa a. 397. qui ſcripſit *de Benedictionibus Patriarcharum* libellum, editum e cod. Bononienſi a *Io. Aloyſio Mingarellio* in *Io. Chriſtoph. Trombelli* Opuſculis *Cypriani*, *Hilarii*, etc. pag. 199. ſqq. v. *Saxii* Onomaſt. I. pag. 460.

§. 15.

Coelius Sedulius.

1. Vixit ante a. Ch. 450.

2. In Hibernia natus dicitur; litterarum amore ductus, per Gallias, Italiam et Aſiam itinera fecit: de reliqua eius vita parum certi conſtat.

3. Scripſit *Mirabilium diuinorum libros quatuor*, ſiue *carmen Paſchale*, a Turco Rufo Aproniano Aſterio, Praeſidii collega, circa a. 495. demum in lucem protractum, vt cl. *Saxius* in Onom. I. p. 494. ſq. contra alios viros doctos vberius demonſtrauit; *collationem veteris et noui teſtamenti* in genere elegaico: *Hymnum acroſtich. alphabeticum de Chriſto*: *Carmen de incarnatione*, qui num Sedulii labor ſit, adhuc dubitatur; eſt quidem in Martene et Durandi Scriptor. et monumentor. collectione ampliſſima, tom. IX. nr. 5. pag. 125. et ſub fin. vol. VI. Fabric. bibliothecae lat. med. et infimae aetatis.

4. *Sedulii* paſchale carmen. Exhortatorium ad fideles. Lipſiae, 1499. 4. editionem hanc, nunc oppido raram, curauit *M. Petrus Eiſenberg*: impreſſ. *Iac. Thanner.* — rec. per eumdem Thanner cum Epiſtola *P. Eiſenbergii* (*Eyſſenberck* ſe nominauit.) 1502. 4. cuius editionis exemplum habeo: aliquoties repetita eſt illa collectio. v. *Hambergeri* Z. N. III. pag. 169. ſqq. — *Sedulii* carmen paſchale et hymni duo absque vlla nota, ſaec. XV. 4. (v. *Pinelli* Catalog. II. pag. 370.)

Sedulii poete chriſtianiſſimi atque noſtro euo rariſſim. opuſculum, quod exhortatorium ad fideles inſcripſit. Lipſiae per Iac. Thanner 1503. 4. (v. *Freytagii* adparat. litter. II. pag. 1402. vbi plures laudantur, qui de *Sedulio* egerunt.) — *Eiſenbergii* editio melior interdum

terdum eſt, quam Aldina, inter poetas Chriſtianos, Venet. 1502. 4. conf. *Fabricii* B. L. vol. III. ſ. ſupplem. pag. 293. et pag. 306. vbi aliae memorantur editt.

Paſchale cum commento et e caſtigatione *Antonii Nebriſſenſis* — in fine. *Sedulii Paſchale* cum reliquis opuſculis, quae exſtant, carmine conſcripta, finiuntur. Explicita Caeſaraugustae induſtria et impenſis *Georgii Coci* — etc. 1515. 4. — Reliquae, quas memoraturus ſum, editt. ſunt nouae recenſiones, ſingulis ad fidem msstorum factis et expolitis. — in *Georg. Fabricii* poetis eccleſiaſticis pag. 521. ſqq. v. Fabricii B. L. libr. IV. cap. 2. pag. 704. — *Chriſtophor. Cellarius* ex (quinque) manuſcriptis codd. recenſuit, et adnotationibus illuſtrauit. Halae Magd. 1704.

— mirabilium diuinorum libr. V. ſiue carmen paſchale, item hymni duo. Ad codicum MStorum et editionum veterum fidem recenſuit, lectiones varias, obſeruationes, et indices neceſſarios adiecit *Io. Frider. Gruner*.*) Lipſiae 1747. 8.

— cum notis Barthii, Cellarii, Vonkii, Gruneri aliorumque. Quibus accedunt Thomae Wopkenſii aduerſaria emendatiora, maxima ex parte adhuc inedita. Curante *Henrico*

*) Qui iam antea ſcripſerat diſſ. epiſtolicam *de procuranda noua Coelii Sedulii editione*, Ienae, 1743. 4.

Ioanne Arnzenio I. F. qui adnotationes et obſeruationum ſpecimen adiecit. Leowardiae 1761. 8. — operis paſchalis libri V. Nunc primum in lucem editi. Ex vetuſto codice P. Pithoei, cura et ſtudio *Franciſci Iureti.* Pariſiis, 1585. 8. et in bibliotheca PP. magna Pariſiis, 1644. tom. VIII. pag. 911. et in biblioth. PP. maxima Lugd. tom. VI.

5. Carmina ſunt pia et perſpicua: nec omne ingenium numerusque deſunt illis.

6. Syllabus poetarum chriſtian. vett. praem. editioni Benedicti Paulini Petrocorii poemat. Daumianae, ſtell. 5. pag. aduerſa. — *Thomae Wopkenſii* aduerſaria critica in *Sedulii* carmina et hymnos in nouis Miſcellan. criticis Obſſ. tom. IV. confer *Cellarii*, *Gruneri* atque *Arnzenii* praefationes.

§. 16.

Caius Sollius Apollinaris Modestus Sidonius.

1. Natus eſt Lugduni a. Ch. 428. vita defunctus a. Ch. circa 484. confer cel. *Saxii* Onomaſt. I. pag. 513.

2. Nobili gente Lugduni ortus et bene educatus, ita inclaruit eruditionis fama, vt a ſocero Auito, imperatore, quem a. 456. carmine VI. et VII. celebrauit, ſtatua aenea, et ab imperatoribus, qui inſequebantur, Comitis aliisque honoribus ornaretur, et tandem ab impera-

imperatore Anthemio Praefectus Romae, Patricius et Senator diceretur. Anno autem 472. illis honoribus ſe abdicans, Auguſtonemeti Aruernorum, (*Clermont*,) epiſcopus a. C. 473. euaſit: quo munere vsque ad obitum cum fide et dignitate functus eſt.

3. Scripſit nouem libros epiſtolarum, quae hiſtoriam illius temporis bene illuſtrant: orationem quamdam, et XXIV. carmina.

4 *Sidonii Apollinaris* poema aureum, eiusdemque epiſtolae. Mediolani 1498. fol. cura *Baptiſtae Pii.**) — repet. Baſil. apud Henr. Petri 1542. 4. et 1597.

Melior lux adfulſit *Sidonio*, cura *Eliae Vineti: Sidonii Opera caſtigata, reſtituta* (e codice) *et edita ſtudio et opera El. Vineti.* Lugd. apud Io. Tornaes. 1552. 8. — ex recognitione *Io. Wowerii*, cum adnotatt. *Petri Coluii.* Paris. et Lugd. 1598. 8. — — correct. ex poſtrema recognitione *Io. Wowerii. Geverhartus Elmenhorſtius* edidit, ex vet. cod. textum emendauit et indicem copioſum adiecit. Hanou. typ. Wechel. 1617. 8.

Io.

*) Conf. *Saxii* hiſtor. typogr. liter. Mediolan. pag. 416. ſeq. et 603. *Hamberger* Z. N. III. pag. 263. ſq. *Goetzii* Memorab. biblioth. Dresd. III. pag 139. in primis cl. *Lengnich* Neue Nachricht. zur Bücherkunde etc. vol. I. part. I. p. 169 ſqq.

Io. Sauaro, Claromontenſis, primum edidit *Sidonii opp.* ſpiſſis doctisque commentariis inſtructa. Pariſiis, ex officina Plantiniana, apud Hadrian. Perier. 1599. 4. — poſtea curauit edit. II. multis partibus auctiorem et emendatiorem. Paris. ib. 1609. 4. — Vtramque editionem comparauit, et, in quibusnam partibus poſterior ſit locupletior, oſtendit *Schöttgen* in *Fabricii* B. L. med. et inf. aet. vol. VI. p. 170. ſqq. (vbi de *Sidonio* agitur,) edit. Manſi.

Tandem nouam confecit editionem *Iac. Sirmondus* et illuſtrauit *Sidonii* Opera. Paris. 1614. — Dein ſecundis curis emendatum et explicitum dare voluit, at quia, morte ereptus, alteram editionem euulgare non potuit, *Philippus Labbeus* curam illius ſuſcepit: — *Sidonii opera*, *Iac. Sirmondi* cura et ſtudio recognita, notisque illuſtrata. *Editio ſecunda*, ad eiusdem autographum praelo iam pridem paratum diligenter exacta. Pariſiis, ſumt. Seb. et Gabr. Cramoiſy. 1652. 4. — in *Sirmondi* Oper. vol. I. nr. 9.

Sidonii Carmina, in *Maittarii* corpore poet. latin. tom. II. pag. 1415.

5. Calor poeticus et ingenium elucet ex eius carminibus. Veteres auctores coluit, et barbariei ſe fortiter oppoſuit ingraueſcenti: ſed vitio ſaeculi abreptus, obſcuritate, nimio ingenii et argutiarum ſtudio, nimia audacia et abuſu ornatus orationisque luminum obſcu-

rauit

rauit virtutes, et veteribus eſt multo inferior. *Caſaubono* ad Sueton. Aug. cap. 25. pag. 257. ed. Burm. Sidonius eſt in re latinitatis improbus inteſtabilisque.

6. *Longchamp* in *Entwurf einer Gelehrtengeſchichte Frankreichs.* tom. I. pag. 494 ſqq. multus eſt de noſtro: adde vitam *Sidonii* per Sauaronem et per Sirmondum horum editt. praefixam, et quos laudant *Saxius* et *Hamberg.* locis memm. *Fabricii* B. L. vol. II. ed. V. pag. 634. ſq. et vol. III. pag. 174. ſq.

§. 17.

Dracontius.

1. Secundum *Hambergeri* Zuv. Nach. III. pag. 164. vixit ante a. 450. *Saxius* V. C. refert eum ad a. 431. in Onomaſt. I. p. 497 ſq.

2. Toletanus: presbyter Hiſpanus.

3. Scripſit carmen *heroicum in Hexaemeron*, ſed iam ab Eugenio, epiſcopo Toletano, valde mutatum: et *Elegiam ad Theodoſium imperatorem* a *Sirmondo* publicatam, quam vero Barth. ad Claudian. pag. 507. *Eugenio* potius adſcribere malit.

4. *Dracontii* lib. de opere ſex dierum, nunc primum e vetuſtis codd. expreſſus ſtudio et opera *Guil. Morelii*, cum cl. Marii Victorii comment. in Geneſin. Paris. 1560. 8. — repet. in *Georgii Fabricii* poetis chriſtianis

pag.

pag. 351. ſq. — cum *Io. Weitzii* notis, (additis Seberi et Toelmanni emendationibus) atque egregio indice gloſſario: praemiſſaque Goldaſti de Dracontio epiſtola. Francofurti, 1610. 8. — ex ed. *Sirmondi*, auct. et cum *Eugenii* Epiſcopi Toletani Opuſc. poeticis. Paris. 1619. 8. — rec. in Operibus *Sirmondi*, tom. II. p. 627. et in Bibl. P. P. max. Lugd. tom. IX. pag. 724. ſqq. — Libellorum biga — recenſente et emendante atque notis aliorum ſuisque illuſtrante *Andrea Riuino*. Lipſiae, 1651. 8.

5. Syllabus poetarum chriſtianor. veterum, praem. edit. Ben. Paulini Petrocorii poem. *Daumianae* ſtell. 6. *Fabricii* B. L. med. et inf. aet. tom. II. pag. 63. ed. Manſi. *Freytag*. Adparat. litter. II. p. 1400.

Subſiſtamus hic in auctoribus latinis copioſius recenſendis, quum barbaries linguae magis magisque ingraueſceret, et omnis flos deſineret latini ſermonis, innumeris vitiis, barbariſmis et ſoloeciſmis commaculati. Nominabimus tantum eos, qui hoc adhuc et ſequentibus ſaeculis vel res geſtas memoriae prodiderunt, vel diſciplinam quamdam lingua latina illuſtrare conati ſunt. De illis qui plura ſcire cupiant, eos ablegamus ad *Fabricii* bibliothecam mediae et infimae aetatis; ad *Polyc. Lyſeri* hiſtoriam Poetarum et Poematum medii aeui, Halae 1721. 8. ad *Hambergeri zuverläſſige Nachrichten* et cl. *Saxii* Onomaſticon, eosque, quos viri illi laudati excitant, auctores.

SAECULO QUINTO RELIQUI SCRIPTORES LATINI FUERUNT:

Claudius Marius Victor, Maſſilienſis, Poeta et Rhetor, mort. a 443.

Eucherius, Epiſcopus Lugdunenſis, mortuus ante an. 456.

Petrus Chrysologus, epiſcopus Ravennenſis: a. 433., mortuus ante annum 458.

Leo, epiſcopus Romanus a 440., mortuus an. 461. v. *Caniſii* vita Leonis cum hiſtoria eleuati

eleuati, et tranſlati corporis S. Leonis, in *Actis S. S.* mens. April. 1675. vol. II. — *Opera* curantibus Petro et Hieronymo fratribus Balleriniis, Presbyteris Veronenſibus. Venet. 1756. fol. conf. *Saxii* Onomaſt. I. pag. 506. et qui ibi laudantur V. V. docti.

Idatius, Lemouicenſis, in Gallaecia epiſcopus, *Chronici* et *Faſtorum* ſcriptor, mortuus an. 468. cum *Sirmondi* animaduerss. in huius Operibus, rec. Venet. 1728. fol. tom. II. nr. 2. Sirmondus corrigit ex veteribus ſcriptoribus multos errores in nominibus commiſſos. — *Chronicon* etc. in *Henrici Caniſii* Lectionibus antiquis cura Basnagii, tom. II. adde ſupra, cap. VII. §. 74. *Matthaei* Epiſtolam Alciati cum Sylloge epiſtolarum etc. Lugd Bat. 1695. 8. pag. 253. — *Saxii* Onom. I. pag. 520. ſqq.

Martianus Mineus Felix Capella, Madaurenſis, philoſophus et grammaticus: floruit ante an. 474. circa Leonis Thracis, orientis Auguſti, tempora a. 461. (v. *Saxii* Onomaſt. I. pag. 517.) et reliquit *Satyricon*, ſiue Encyclopaediam, modo ligato, modo ſoluto ſermone conſcriptam: conſtat nouem libris, quorum priores duo fabulam enarrant *nuptiarum Philologiae* et *Mercurii*, reliqui ſeptem continent laudem et principia Grammatices, Dialectices, Rhetorices, Geometriae, Arithmetices, Aſtonomiae et Muſices. Princeps editio eſt *Franciſci Vitalis Bodiani*, Vicen-

Vicentiae apud Henric. de ſancto Vrſo. 1499. fol. — rep. Mutinae, apud Dionys. Bertochum. 1500. fol. — cum *Solino* et *Vibio Sequeſt*, etc. Vincent. 1539. 8. (v. *Vibium* ſupra, ad §. 54.) — Baſileae apud Henr. Petri 1532. fol. et Lugd. 1539. 8. — cum *Iſidori* Originibus etc. Baſil. per Petrum Pernam. 1559. fol. cum ſcholiis Bonauenturae Vulcanii. — rep. 1577. fol. —

Edidit et illuſtrauit optime hunc ſcriptorem ingenioſum quidem, ſed aſperum, *Hugo Grotius*, (an. aetatis ſuae XIV.) 1599. 8. *Maittaire* in Corpore Poet. Lat. tom. II. pag. 442. etc. — *Opera* Lugduni, ſumt. Huguetan. et Ravand. 1658. 8. — Nitida eſt editio: *Martianus Capella* (n. de Nuptiis inter Mercurium et philologiam,) cura *L. Walthardi*, Bernae. 1763. 8. acceſſerunt in fine, etc. *Bongarſii* et aliorum variae lectiones, ex Biblioth. Bern. — adde *Erneſti Fabricii* B. Lat. tom. III. cap. 17. pag. 213. ſqq. *Hamberger* N. tom. III. pag. 221 ſqq.

Apringius, Pacenſis, ſaeculo V. epiſcopus. v. Theſaurum epiſtolicum Lacrozianum, tom. I. pag. 301. 302. et 304.

Claudianus Ecdicius Mamertus, Presbyter Viennenſis.

Gelasius, Afer, Epiſcopus Romanus, mort. a. 496. *Gelaſii* Sacramentarium: *Ioſeph Maria Thomaſius* edidit Romae 1680. rec. in ed. *Anton. Muratorii* Liturg. rom. vet. Venet.

 1748.

1748. fol. tom. I. conf. *Baumgartens* Nachrichten von merkwürdigen Büchern. tom. III. part. 15. pag. 20. ſqq. et tom. II. pag. 435. recenſentur *tres Gelaſii Epiſtolae*, in tom. V. *conciliorum*, editionis Venetae, editae, dein denuo conlatae, ſuppletae, notisque illuſtratae a *Ioſepho Blanchino*, in Adpendice ad editionem *Sirmondi* Operum Venetam 1728. fol. — *Scipio Maffei*, in Iſtoria teologica etc. 1742. (v. ad *Auguſtinum*,) in Adpendice, Felicis III. et *Gelaſii* epiſtolas pag. 213. primus edidit adde *Hambergeri* Z. N. III. pag. 212. ſqq. *Saxii* Onom. II. pag. 10. et 530.

Vigilius, Tapſenſis in Africa Epiſcopus.

Faustus, primum Abbas Lirinenſis, tum Epiſcopus Reienſis in Gallia, circa a. 456. v. *Saxii* Onomaſt. I. pag. 512. *Baumgartens* Nachr. von einer Halliſchen Biblioth. vol. VI. pag. 244. ſqq.

Victor, Vitenſis Epiſcopus, a. 488.

Gennadius, presbyter Maſſilienſis, ſcripſit librum memorabilem *de ſcriptoribus illuſtribus*, circa a. 492. additur plerumque *Hieronymi* libello eiusdem argumenti. Eſt quoque cum notis Suffridi Petri, Aub. Miraei, E. Sal. Cypriani et I. A. Fabricii, in *Fabricii* Bibliotheca eccleſiaſtica. Hamburgi 1718. fol. adde *Freytagii* Adparat. litter. tom. I. pag. 623. ſqq. Supplement. Act. erudit. 1717. pag. 294. *Hambergeri* Z. N. III. pag. 269. ſqq. *Saxii* Onomaſt. II. pag. 9. ſqq.

Fla-

Flavius Sosipater Charisius, et Diomedes, Grammatici, quorum opuſcula exſtant in Putſchii Grammaticis antiquis. *) Horum aetatem refert Cel. *Chriſtoph. Saxius* in Onomaſtico literario, Traiecti a. 1759. 8. ad an. Ch. 410. *Hambergerus* autem ad initium ſexti.

Alcimus Ecdicius Avitus, Epiſcopus Viennenſis et poeta Chriſtianus, Arianorum vindex ab an. 490. clarus. opp. in *Sirmondi* opp. vol. II. part. I. Venet. 1728. fol.

Honoratus, epiſcopus Maſſilienſis, auctor vitae S. Hilarii, Arelatenſis. a. Ch. 490. . ſupra, §. 70. *Saxii* Onom. II. pag. 8.

* * *

AECULO SEXTO PRAE CETERIS EMINUERUNT:

Ruricius, Epiſcopus Lemouicenus.

Eugippius, Abbas Lucullanenſis.

Magnus Felix Ennodius, Ticinenſis Italia Epiſcopus, orator et poeta Chriſtianus, mort. a. 512. v. *Saxii* Onom. II. p. 12. ſq. 530. *Baumgarten* Nachrichten von merkwürdigen Büchern. tom. II. pag. 416. ſq.

*) Editiones pr. recenſet *Goetzius* in memorabil. biblioth. Dresd. tom. I. pag. 456. ſqq. adde *Pinelli* Catalog. tom. III. p. 243.

Anicius Manlius Torquatus Seve-rinus Boethius, vir conſularis, philoſophus et poeta. Vir fuit ſuo tempore doctiſſimus, qui non ſolum litteras amabat valde, ſed eas quoque pro virili ab interitu vindicare ſtudebat. Ciuis fuit bonus, regique ſuo, Theodorico, carus et fidus; inuidiam igitur malignorum euitare non potuit, quorum criminationibus effectum eſt, vt, Regis iuſſu, re non cognita a. 524. ſecuri percuteretur. Multa confeci ſcripta theologica et philoſophica. In ſumma autem ſemper fuerunt exiſtimatione *de conſo latione philoſophiae libri V.* De codd. et edd vett. biblioth. Erlangenſis, v. *Auguſt. Frider Pfeifferi* V. C. mihique amiciſſimi, in Bey trägen zur Kenntniſs alter Bücher etc. part. pag. 138. ſqq. et part. II. 149. ſqq. — Edi tionem in fol. *de conſolatione philoſophia* ſine anni, loci et typographi notitia et ſin vlla nota, cl. *Kappius*, collega tertius ſchola Curienſis *(Hoff)* per litteras mihi indicaui In calce legitur; *Hic mea de prora in littu iactet*[2] (h. e. iactetur) *aptum Anchora: paru cadant ducētia vela faſelum; Finit libe bohecij de cōſol'one ph'ie* (h. e. conſolation philoſophiae.) Putat ille, eam intra a. 1472— 1480. in lucem exiiſſe. Exemplo illius ac ligata eſt *Alcinoi disciplinarum Platonis ep toma*, cum praefat. epiſcopi Tropienſi 1472. —

Iunctin

Iunctim *opera* eius primum Venetiis 1491. et 1492. fol. cum commentariis *S. Thomae.* (v. *Hambergeri* Z. N. III. pag. 323.) — tum auctiora, emendatiora, notisque illuſtrata, Baſil. 1546. — denuo auctiora et per doctos viros recognita, Baſil. ex offic. Henric. Petrina 1570. fol. (v. *Goetzii* Memor. bibl. Dresd. I. pag. 289.)

Boetii duo libri de Arithmetica impr. per Erhardum Ratdolt. Auguſtae Vindelic. 1488. 4. v. *Gemeiner's* Nachrichten etc. pag. 172. ſq. *Zapfs* Augsburgs Buchdruckergeſchichte etc. pag. 82.

Boëthii liber *de Hebdomadibus.* Cracouiae, ſine typographi et anni nota. ſaec. XV. 4. de quo rariſſimo libro, v. cl. *Morelli* notam ad Pinelli Biblioth. tom. I. n. 1421. pag. 246. ſqq.

Boethius de diſciplina ſcholarium Argentinae 1491. 4. et ſaepius. at verus auctor libri illius ſuppoſititii eſt *Thomas Brabantinus* ſ. *Cantipratanus*, qui medio ſaec. XIII. vixit.

Boetii comm. in M. T. Cic. librum Topicorum, impreſſ. per Domin. Oliuerium Seruium de Tholentino. 1484. fol. (v. biblioth. Hohendorfianam n. 1348. fol.)

De differentiis topicis — primum editi libri IV. a *Wegelino*, Auguſt. Vind. 1604. 8.

De conſolatione philoſophiae libri ſaepius editi ſunt. Primum Noribergae, cum verſione teutonica et expoſitione *Thomae de*

Aquino, per *Antonium Coburger.* 1473. m. fol. (v. Memorab. bibl. Dresd. I. p. 287. ſq. cl. *Panzer* in Annalen der ältern Litteratur. pag. 75. adde p. 250. de alia verſione, cl. *Gemeiner's* Nachrichten von den in der Regenspurgiſchen Stadtbibliothek befindlichen merkwürdigen und ſeltenen Büchern aus dem XV. Jahrhundert, pag. 14. ſqq. vbi aliae editt. illius ſaeculi nominantur.)

— cum commento *S. Thomae*, (nec vero *Thomae Aquinati*, ſed alii *Thomae* cuidam anglico commentarius iſte illepidus tribui ſolet.) Noribergae, 1476. fol. (v. illuſtriſſ. *Com. de Rewiczky* Catal. pag. 140. eſt quoque penes Kappium.) — ibid. apud eumdem Coburgerum, a. 1483. fol. (quae editio penes me eſt.) — ibid. 1486. fol. (v. *Freytagii* Adparat. litt. I. pag. 244. ſqq. vbi plura vetuſtiſſima exempla recenſentur, quae omnia enumerare non vacat.) — cum comment. Thomae, Hagenau. 1491. fol. (adde cl. *Lengnichii* Beyträge zur Kenntniſs ſeltener Bücher. II. pag. 55.) — a *Nicolao Creſcio*, Florentiae 1507. 8. ibid. ab eodem, cum lib. de diſciplina ſcholaſtica. 1513. 1518. 8.

Meliores ſunt et criticae editiones *lib. de conſolatione* etc. Antwerp. ex offic. Plantin. 1562. 16. ex recenſione et cum commentario *Io. Bernartii*, Antwerp. apud Io. Moretum, 1607. 8. — *de conſol. Philoſ.* et eiusdem *Opuſcula ſacra*, cum integris notis

Bernar-

Bernartii Theodori Sitzmanni, et *Renati Vallini*, cum praef. et notis *Petri Callyi.* Lutet. Paris, 1680. 4. — curante *Io. Ant. Vulpio* Patau. 1721. 8. 1744. 8. — ſine notis. Lipſiae, 1753. 8. — Glasgou. 1751. 4. et 8. — Paris. 1783. 16. III. tom.

Germanice verſae a *Io. Iuſto Fahſio*, Goslar 1724. 8. et a *Io. Gottfr. Richtero*, Lipſiae, 1753. 8. — adde *Hamberger* Zuverl. Nachr. pag. 317. ſqq.

Stilus praeſertim in poematibus eſt pro illius aetatis ratione elegans; *Stolle* in Nachricht. von den Büchern in der Stolliſchen Bibl. II. p. 644. — Critico — ſtorica Espoſizione della vita di — Boezio — Pauiae, 1782. 8.

Priscianus Caesareensis, Grammaticus et Rhetor. Varia ſcripſit, quae ad grammaticam pertinent.*) Antiquiſſima editio eſt, (Venetiis) 1470. Fol. — *Priſciani* Grammatici Caeſarienſis, libri omnes: de octo partibus orationis XVI. deque conſtructione earundem II. — de XII. primis Aeneid. librorum carminibus: de accentibus tam nominum, quam verborum: de ponderibus et menſuris: de praeexercitamentis rhetor. ex Hermogene,

*) Conf. de MSto et editionibus quibusdam vetuſtiſſimis *Goetzii* Memor. bibl. Dresd. I. p. 453. ſqq. adde *Saxii* Onom. II. pag. 19. *Pinelli* Catalog. tom. III. pag. 245. ſq.

gene, — de verſibus comicis. *Rufini* item de metris comicis et oratoriis numeris; cum indice copioſiſſimo. Baſil. 1545. 8. rec. 1568. 8. — *Opera* quoque ſunt in *Putſchii* Grammaticis veter. confer *Freytagii* Adparat. litter. III. pag. 57. ſq.

Phocas, grammaticus romanus poſt Priſciani tempora. edit. cum *Probo* et *Cornelio Frontone* ab *A. Iano Parrhaſio*, Veiecentiae, 1509. fol. — tum reliquis grammaticis. conf. *Freytagii* Adpar. litt. III. pag. 53. ſqq. — *Phocas* de nomine et verbo, cum *Diomede* et aliis grammaticis. Venetiis apud Nicol. Ienſon Gallicum, intra ann. 1470 — 80. fol. v. *Goetzii* Memorab. B. Dresdenſis, vol. I. pag. 456. ſqq.

Huc referri poteſt: *De prima expeditione Attilae, regis Hunnorum, in Gallias ac de rebus geſtis Waltharii, Aquitanorum principis, carmen epicum*, (ad hiſtoriam, antiquitatem linguamque illius ſaeculi cognoſcendam perutile,) *nunc primum in lucem productum et — illuſtratum a Frid. Chriſtoph. Ionathane Fiſchero*, Icto et Prof. Halenſi. Lipſiae. 1780. med. 4.

Eutyches, Priſciani diſcipulus et Grammaticus.

Fabius Claudius Gordianus Fulgentius, Afer, Epiſcopus Ruſpenſis, vixit A. Ch. 505. v. *Saxii* Onom. II. 13. et *Freytag* l. m. tom. II. pag. 1409.

Fabius Furius Placiades Fulgentius, Grammaticus et Mythographus, cuius aetas in A. Ch. 515. *Saxio*, in Onom. II. pag. 19. et 531, videtur incidiſſe. *Hambergerus*, (quem P. III. pag. 335. in *zuverläſſigen Nachrichten* conferes,) tres nominat *Fulgentios*. His accedit *Fulgentius Ferrandus* Diaconus Carthaginienſis, Canonum eccleſiaſticorum compilator, vixit A. Chr. 547.

Marcellinus, Illyricanus Comes. Auctor *Chronici*, auct. editi a *Sirmondo* in Oper. tom. II. nr. 2.

Dionysius Exiguus, Monachus; non abbas, Romanus, a. 532. cuius *Cycli* hiſtoriam ſcripſit *Io. Guilelm. Ianus*, primum Wittebergae 1718. 4. dein e MS. intgre editam in alius Opuſculis a Klotzio. pag. 79. ſqq. Halae 1769. 8.

Epiphanius, Scholaſticus. circa a. 520.

Caesarius, Epiſcopus Aretalenſis.

Benedictus, pater ordinis Benedictinorum.

Tribonianus, Magiſter officiorum, Exquaeſtor ſacri palatii, ICtus et primarius *corporis Iuſtiniani* conditor a. C. 530. v. cl. *Saxii* Onom. II. pag. 35. et 534. atque *Hambergeri* zuverläſſ. *Nachricht.* tom. III. pag. 364. ſqq. qui etiam diuerſas editiones codicis iuris ciuilis, Inſtitutionum, Pandectarum et Nouellarum recenſet. — Nouam *Corporis iuris ciuilis* editionem curat *D. Io. Frid. Plitt*, cuius tomus

primus prodiit, Hagae Com. et Francof. ad Moen. 1789. mai. 8.

Leopoldi Andreae Guadagnii ad Graeca Pandectarum, diſſertatt. Piſae 1786. 4. Sunt VIII. diſſ. doctae. Inſtitutiones gallice vertit, et cum textu latino notisque edidit *Cahuac: Le premier livre des inſtituts de Iuſtinien, traduit et expliqué par M. Cahuac,* docteur regent de la faculté de droit de l'univerſité de Douay. Douay et Paris. I. part. 1788. — De antiquis *Inſtitutionum* verss. theotiscis. v. Beyträge zur Kritiſchen Hiſtorie der deutſchen Sprache etc. Lipſiae. 1734. part. IX. p. 115—164. Miſſis tamen infinitis paene libris maioris minorisque molis, et iis, in quibus hiſtoria iuris romani explicatur aut enarratur, paucos tantum nominabo: *Hiſtoria pandectarum authenica, ſiue D. Iuſtiniani Imp. de Pandectis* Epiſtolae III. vna cum indice Ictorum Florentino ex emendatione *Laur. Theodori*, Io. Fr. F., *Gronouii*, nouaque opera *Franciſci Carol. Conradi* D. et P. P. in acad. Vitemberg. Halae, 1730. 8. — De *Pandectis* Florent. v. *Wielingii* Lectiones iuris ciuilis, praefat. xxx. etc. — Fontes iuris ciuilis romani ſecundum ordinem Pandectarum collecti et commentariis illuſtrati ſtudio *Io. Conr. Stiglizii*, Naumburgenſis, (in praeſenti Profeſſoris iuris in Vniuerſitate Altdorfina,) ſpecimen I. ad titul. de Iuſtitia et Iure, Lipſiae 1756. 8. — *Chriſtian. Franc. Kochii* disp. praeſide patre,

Kochio

Kochio, conſiliario intimo et Profeſſ. de ordine
egum in Pandectis, Gieſſae 1784. a collecto-
ibus ordinem pandectarum eſſe ſeruatum con-
endit, atque animaduertit, Gothofredum,
cuius editiones recenſet, primum inueniſſe
omen, *Corpus iuris.* — compara tamen *Re-
ngti Caroli L. B. de Senkenberg* Mantiſſam VI.
le Gothofredianis Corp. iuris editionibus, (in
llius Meditationibus maximam partem iuridi-
is quinque, cum mantiſſis quibusdam. Wez-
ariae, 1789. 8.) vbi plures editiones atque
mendationes, Kochio iguotae, indicantur. —
Georg. Caspar. Kirchmaieri Opuſcula VI. ra-
iſſima de latinitate Digeſtorum et Inſtitutio-
um Diui Iuſtiniani Imp. collegit et praefa-
us eſt *Georg. Samuelis Madihn*, Ict. et Ante-
eſſor. Halae 1772. 8. — *Brückner* de latini-
ate cod. Iuſtin. an pura ſatisque probata ſit
enae. 1719. 4. — *Bynkerhoeckii* defenſa la-
initas Pandectarum lib. I. Obſeruatt. 25. —
o. Conr. Rücker de nonnullis editionibus
Corporis I. C. in *Siebenkees* Neuem Iuriſtiſchen
Magazin. vol. I. Anſpaci 1784. — *Inſtitu-
iones Inſtiniani*, in carmen contractae, au-
tore *L. Honorato Dracone* I. C. (ſaec. XVI.
Nizza orto) in vſum ſtudioſae iuuentutis denuo
ditae a *Io. Henrico Falknero*, Syndico etc.
aſileae 1784. 8. — *Koenigii*, Prof Ha-
enſis, Lehrbuch der allgemeinen juriſtichen
Litteratur, tom. I. Halae 1785. 8. — Codi-
em Pandectarum criticum indicit *Io. Melchior*
Gottl.

Gottl. Beſecke, I. V. D. et iurium Prof. Mitauiens. Berolin. 1783. 8. — Index *Nouellarum*, auctore *Io. Car. Erneſto Muentero*, I. V. D. Detmold. et Meienberg 1788. 8. — *D. Caroli Frid. Zepernickii* Delectus ſcriptorum, Nouellas Iuſtiniani Imp. earumque hiſtoriam illuſtrantium. Halae, 1783. 8. — Imperatorum Theodoſii iunioris et Valentiniani III. Nouellae leges — ex Ottoboniano MSto. codice edit, commentario illuſtrat — *Anton. Zirardinus*. Fauentiae 1766. 8. de Zirardini tamen et Amadutii editionibus iam ſupra me diſputare memini.

Koehler nouam curauit *Inſtitutionum* editionem cum animaduerss. Götting. 1772. 8. et *Corporis Ciuilis*, in quo emendando *Gebauerus* diu verſatus eſt, I. vol. comparuit.

De peruetere *Pandectarum* codice, in vrbis Amalphitanae direptione reperto, et a. 1135. *Piſas*, atque, hac vrbe occupata, circa a. 1406. *Florentiam* delato, v. *Brencmanni* Hiſtoriam Pandectarum ſ. fata exemplaris Florentini etc. Traiecti ad Rhen. 1722. 4. et *Saxii* Onom. II. p. 228. etc. conf. quoque *Schwarzianae* bibliothecae part. I. pag. 185. 190. et 199. et part. II. pag. 1. *Mylii* Memorabilia bibliothecae academiae Ienenſis. Ienae 1746. 8. pag. 43. ſq. illuſtriſſ. *Com. de Reviczky* Catal. pag. 159. *Chriſtoph. Gottlieb. Schwarzii* Exercitt. academ. a me edit. Norib. 1783. 8. ac *Gebaueri* Narrationem de

de Henrico Brenkmanno, de MSStis Brenkmannianis, de ſuis in corpore iuris ciuilis conatibus et laboribus — Goettingae, 1764. 4. Onom II. p. 28 — 32.

IORNANDES ſiue IORDANUS circa an. 550. quem *Hambergerus* Z. N. tom. III. pag. 398. negat fuiſſe epiſcopum Rauennatem; adde *Saxii* Onom. III. pag. 44. *D. G. Molleri* diſſ. de Iornande, Altdorf. 1690. 4.

In opere *de regnorum et temporum ſucceſſione* res romanas a Romulo vsque ad Auguſtum plane exſcripſit ex IV. libris *Annaei Flori*; vnde multa in Floro ex Iornande, in hoc item ex Floro poſſunt emendari. v. *Voſſium* de hiſtor. latinis V. 20. pag. 241.

PRIMASIUS, Epiſcopus Adrumeti. poſt an. 553.

FACUNDUS, Epiſcopus Hermianenſis in Africa. a. 547. interfuit concilio Conſtantinopolitano.

ARATOR, in republica verſatus, dein Subdiaconus Eccleſiae Romanae, poeta chriſtianus, ab 544. mortuus a. 556. editur ſaepe cum Iuuenco. — Nouiſſima editio eſt: *Aratoris* de actibus apoſtolorum libri duo et Epiſtolae tres ad Florianum, Vigilianum et Parthenium ex codd. MStis recenſuit, ſuasque et aliorum Obſeruationes adiecit *Henr. Io. Arntzenius*, Zutphaniae 1769. 8.

Conf. *Hamberger* Z. N. III. pag. 405 ſqq. *Saxii* Onom. II. pag. 42.

MAGNUS

MAGNUS AURELIUS *) CASSIODORUS, a. 514. Coſ. et Praefectus Praetorio: dein ſecedens in coenobium multa ad hiſtoriam, theologiam et grammaticam pertinentia litteris conſignauit. In primis notandi ſunt, *Variarum libri* XII. in quibus multa occurrunt, quae ad intelligentiam antiquitatis et hiſtoriae faciunt.

Magni Aurelii Caſſiodori — Variarum libri XII. et Chronicon ad Theodericum regem. *Iordani* — de origine et actibus Getarum — *Ennodii Ticinenſis.* His de nouo acceſſerunt *Franc. Modii* argumenta — perpetuae ad marginem notae ac interpretationis vice variae lectiones. *Petri Broſſei* in Caſſiodorum animaduerſiones. Gnomologia Caſſiodorana. Lugduni 1595. 8. — Aliae editiones indicantur ab *Hambergero* Zuverl. Nachr. III. pag. 413. ſqq.

Optima *operum omnium* editio eſt ſtudio *Io. Garetii*, Monachi Ord. S. Bened. e Congreg. S Mauri tom. I. II. Rotomagi 1679. fol. recuſa, Venetiis 1729. — *Caſſiodori complexiones in Epiſtolas et Acta Apoſtolorum et Apo-*

*) Nomen illius fuiſſe *Senator* et cognomen, *Caſſiodorus* (ſiue, vt Maffei e cod. malit, *Caſſiodorius*,) *Sirmondus* ad *Ennodii* lib. III. ep. I. cenſet, nec diſſentire videtur *Heumann* in Conſpectu reipubl. litter. c. V. §. 26. not. 2.

Apocalypſin e vetuſtiſſimis Canonicorum Veronenſium membranis nunc primum erutae (a *Scipione Maffeio*,) Florent. 1721. 8. (de qua editione copioſe agitur in Actis Eruditor. Lips. germanice ſcriptis, 1722. part. LXXX. pag. 567 — 589. et part. LXXXII. pag. 701.) — repet. cura *Sam. Chandleri* et cum eius notis. Londini 1722. 8. — rec. Roterod. 1723. Hinc *Maffeius* illum librum iterum edidit, et Chandlerum iuit refutatum in *Opuſculis eccleſiaſticis* additis eius Iſtoria teologica (de quo libro v. ſupra ad Auguſtinum,) pag. 101. ſqq. vbi etiam conſilium, *Caſſiodori* Operum edendorum, propoſuit. v. Lipſiens. ephem. litter. a. 1725. pag. 968.

Caſſiodori Formulae cum notis ex edit. *Garetii* depromtis in: *Barbarorum leges antique* cum notis et gloſſariis. — Collegit, notis illuſtrauit, monumentis ineditis exornauit *F. Paullus Canciani*, ord. Seru. b. Mariae Virg. S. T. D. Venetiis, apud Colettum. 1781. fol. — *Caſſiodori Chronicon*, in *Th. Roncalli* Vetuſtioribus latinorum ſcriptorum Chronicis, (v. ſupra pag. 44.) part. II. nr. X. —

D. G. Molleri diſp. de Caſſiodoro. Altdorf. 1656. 4. *Saxii* Onom. II. pag. 17. ſq. — De *Caſſiodori* Hiſtoria tripartita ex Socrate, Sozomeno, Theodor. Auguſtae Vindel. 1472. fol. vide *Maittarii* Annal. typogr. IV. p. 311. et *Zapfs* Augsburgs Buchdruckergeſchichte. pag. 15. ſq.

Liberatus, archidiaconus Carthaginienſis.

Victor, Tununenſis Epiſcopus in Africa.

Gildas, Britannus Monachus. Sapiens cognominatus. conf. *Freytagii* Adpar. litter. tom. I. pag. 337. ſqq. *Hamberg.* III. pag. 428. ſqq.

Flavius Cresconius Corippus, Afer; poeta, a. 565. inuerecundus fuit adulator: compoſuit *carmen* in laudem Iuſtini Auguſti minoris, editum a *Mich. Ruizio*, Antwerp. Plant. 1581. 8. — cum comment. *Dempſteri*, Paris. 1610. 8. — cura *Rittershuſii*, Altdorf. 1664. 4. — rec. opera *Andreae Goetzii*, Altdorf. 1743. 8. — cum notis variorum e recenſione P. F. F. (h. e. *Foggini*) Romae 1774. 4. — emendatius e recens et cum notis cel. *Wolf. Iägeri*, qui Ruitzii, Rittershuſiique notas ſelectas addidit, in Panegyricis vett. a doctiſſ. *Iaegero* editis, tom. II. Noribergae 1779. 8. pag. 379. ſqq. adde nouam adpendicem corporis hiſtoriae Byzantinae. Romae 1777. fol. *Saxii* Onom. II. p. 52. Mei exempli ed. Rittershus. orae a docta quadam manu notae interdum ſunt adſcriptae.

Diuerſus eſt *Creſconius* ſiue *Crisconius*, Epiſcopus Africanus, a. C. 696. clarus. conf. *Henr. Phil. Conr. Henkii* diſſ. de Creſconii concordia, eiusque cod. MS. Helmſtadii. 1788. 4.

Aldhel-

Aldhelmus, ſ. Adelhelmus, ſ. Aldelmus, . Althelmus. ſ. Anthelmus, Anglo Britanus, epiſcopus Schireburnienſis ab anno 705. nortuus a. 709. theologus, philoſophus et prinus fuit Saxonum, qui latino ſermone vſus criberet. *Opuſcula* eius *poetica* edidit cum otis *Mart. de Rio* Mogunt. 1601. 12. Carnen eius *de virginitate* e cod. Oxonienſi et ſuo ngenio emendauit *I. Fr. Gronouius* in Oberuatis ad ſcriptores eccleſiaſtic. poſt eum *Vonk* in lectionibus latinis. Traiecti Viltorum 745. 8., multis locis, praecipue pag. 61—71. 8—95. et 174—182. adde *Hamberger* Z. N. I. pag. 517. ſqq. *Saxii* Onomaſt. II. pag. 80. t 542.

Iulianus, ICtus Conſtantinopolitanus, Noellarum interpres latinus. a. c. 570. Hunc ulti confundunt cum *Iuliano*, Exconſule et atricio. cf. *Saxii* Onom. p. 56. et 539.

Martinus, primum Damienſis Abbas, oſtea Braccarenſis in Gallicia Epiſcopus, oeta et canonum eccleſiaſticorum conſarinator.

Georgius Florentius Gregorius ab a 72. Epiſcopus Turonenſis. conf. *Baumgarten* achricht. von merkwürdigen Büchern, tom. . pag. 543. ſq. *Saxii* On. II. p. 57. ſq.

Venantius Honorius Clementianus ortunatus, Epiſcopus Pictauienſis, et oeta a. 567. *Saxii* Onom. II. p. 55. ſq.

Gregorius Magnus, ab a. 590. Pontifex romanus: hoſtis litterarum, peſtis elegantiarum, barbariei patronus, qui pietatem adfectabat. denat. a. 604. v. *Saxii* Onom. II. pag. 61. et 539.

Orientius, Illiberitanus in Hiſpanica Baetica epiſcopus, poeta chriſtianus, interfuit concilio Tarraconenſi a. C. 516. Eius *Commonitorium fidelium* e codd. et edd. emendatius edidit, atque in praefat. de *Orientio* copioſe disputauit *Henr. Leonardus Schurzfleiſch*, notas ſuas aliorumque addidit. Witebergae 1706. 4. — Eiusdem *Schurzfleischii S. Orientius*, ſupplemento auctus, ſiue noua e cod. MS. bibl. Oxonienſis anglicano recenſio: itemque curae poſteriores ad lib. II. Orientii. Vinariae 1716. 4.

Adde, quos laudat cl. *Saxius* in Onom. II. pag. 22. *Freytag* in Adparatu litter. II. pag. 1404. ſqq. de *Orioſo*, eius editione a Riuino, Lipſiae 1651. 8. curata aliisque copioſe agit. In *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek.* tom. VI. pag. 15. ſqq. recenſetur *Martene* et *Durand* theſaurus nouus Anecdotorum, et pag. 28. ſq. tom. V. cui inſertum eſt *Orientii* Commonitorium e MS. codice etc.

SEPTI-

❊ ❊ ❊

SEPTIMO SAECULO CLARI FUERUNT:

Isiodorus,*) Hiſpalenſis Epiſcopus, ab a. 500. mort. a. 636. Grammaticus et Theologus, antiquitatis et latinae linguae ſtudioſis commendandus. v. *Saxii* Onom. II. p. 65. ſq. *Ioſ. Rodriguez de Caſtro* in Biblioth. Hispan. Madrid. 1786. fol. vol. II. pag. 293 — 344. De eius libris atque horum editionibus v. *Fabricii* B. L. med. et infimae aetat. tom. IV. pag. 83. ſqq. (vbi plures *Iſiodori* enumerantur) ed. Manſii. *Erneſti-Fabricii* B. L. tom. III. pag. 370. ſqq. 386 ſq. *Hamberger* Z. N. tom. III. 481. ſq. —

Princeps *Originum* ſ. *Etymologiarum* editio eſt Auguſtana per Güntherum Zainer. 1472. fol. — Adcurata illarum edit. et cum *Capella*, e recenſione et cum notis *Bonauent. Vulcanii.* Baſil. 1577. fol. — *Iſiodori Soliloquia*, Marſipoli 1479. 8. diligenter recenſuit

 Frey-

*) Codd. qui in Bibl. Erlangenſi ſeruantur, *Etymologicor.* tum *de ſummo bono*, dein, *Soliloquium* et *Iſiodori* iunior. *de differentiis*, denique *de VII. gradibus conſanguinitatis*, atque edit. *Etymol.* Venetam, 1492. fol. adcurate deſcribit cel. *Aug. Fr. Pfeiffer*, collega mihi amiciſſimus, in Beyträgen zur Kenntniſs alter Bücher etc. part. I. pag. 32—82.

Freytag in Adpar. litter. II. pag. 1183. ſqq. Ego habeo *Iſiod. de ſummo bono*, ſine vlla nota. 8. cuius vetus poſſeſſor in primo fol. manu ſcripſit: *in nomine Domini* 1493.

Columbanus, Hibernus, Abbas Lexouienſis in Galliis.

Marculphus, Monachus, aut, vt alii arbitrantur, Epiſcopus Pariſienſis, formularum auctor. circ. a 654. v. *Saxii* Onomaſt. II. pag. 78. ſqq.

Eugenius, Epiſcopus Toletanus.

Fredegarius Scholaſticus, Chronographus.

Ildefonsus ſiue Hildefonſus ſiue *Alfonſus*, Epiſcopus Toletanus in Hiſpania.

* * *

EX IIS, QUI SAECULO OCTAVO PRAE RELIQUIS CLARUERUNT, NOMINABIMUS TANTUM.

Bedam, cognomine *Venerabilis*, Presbyterum. conf. *Saxii* Onom. II. pag. 83. ſq. *Freytagii* Adparat. litter. I. pag. 339. tom. III. pag. 208. ſq.

Bonifacium, Winifridum, ab a. 745. Epiſcopum Moguntinum, Apoſtolum Francorum, Haſſorum, Thuringorum et Friſorum, interfectum a. 755. vide *Hambergeri* Zuv. Nach. III. p. 526. ſq. *Saxium* et quos laudat

laudat, in Onom. II. pag. 85. ſq. et *I. Ge. Aug. Galetti*, in: Thüringiſche Geſchichte, libr. III. Gothae, 1782. 8.

Willibaldum Epiſcopum Eichſtadienſem, diuerſum a *Willibaldo* Presbytero, Anglo-Britanno, S. Bonifacii biographo, epiſcopo Traiectino circa a. 760. v. *Caniſii* Lection. antiq. cura Basnagii vol. II. pag. 99—117. ad a. C. 765. vol. II. pag. 227—249. ad a. C. 780. et vita prioris *Willibaldi*, vol. III. part. I. pag. 13—19.

Paullum, Warnefridi F. Winfridum, Longobardum, qui Diaconus Aquileienſis et regis Deſiderii Notarius, vulgo habetur, hiſtoricum et verſificatorem, auctorem *hiſtoriae miſcellae. Hamberg.* III. pag. 535. ſqq. *Saxii* Onom. II. p. 90.

Paulinum, Patriarcham Aquileienſem.

Flaccum Alcuinum ſiue Alchwinum ſiue Albinum, Caroli M. praeceptorem, theologum, rhetorem, poetam, grammaticum et philoſophum, qui non ſolum ipſe omni doctrina, vt illa aetas fuit, bene inſtitutus eſt, ſed etiam litterarum ſtudium ſumma cum diligentia et cura adiuuit: mort. a. C. 804. v. *Hamberg.* III. pag. 544. *Saxii* Onom. II. pag. 88. et 543.

Nouiſſima eſt editio *B. Flacci Albini*, ſ. *Alcuini*, *Abbatis* — *Opera* poſt primam editionem a. V. cl. D. Andrea Quercetano curatam, de nouo collecta, multis locis emen-

data et opuſculis primum repertis, plurimum aucta et illuſtrata, cura et ſtudio *Frobenii, S. R. Principis et Abbatis ad S. Emmeran.* Ratisbonae, 1775. fol.

* * *

SAECULUM NONUM ILLUSTRARUNT:

Carolus Magnus, Rex Francorum et Imperator Romanus. v. *Saxii* Onomaſt. II. p. 94 — 98. et cel. *Io. Chriſt. Rudolph.* noua comment. de codice Canonum, quem Hadrianus I. Pontif. rom. Carolo M. dono dedit, Erlangae 1777. 8.

Theodulphus, Epiſcopus Aurelianenſis, theologus et poeta: defunctus vita a. 821.

Benedictvs, emendator ordinis Benedictinorum et auctor *Codicis Regularum*: nat. a. 751. mort. 821.

Ansegisus, anctor celebris *Capitularium Caroli M.* et *Ludouici Pii.* conf. *Corpus iuris germanici antiqui*, quo continentur *leges Francorum, Salicae* et *Ripuariorum, Alamannorum, Baiuuariorum* — — nec non *Capitularia regum Francorum* etc. — opus — diligentius recognitum, variantibus lectionibus et indice vberrimo inſtructum — adornauit *Petrus Georgiſch* I. V. D. Halae Magdeb. 1738. 4. — — *Capitularia regum Francorum*

corum — — noua editio auctior et emendatior, ad fidem autographi Baluzii, qui de nouo textum purgauit, notasque caſtigauit et adiecit. — curante *Petro de Chiniac*, regi a Conſiliis etc. Paris. 1780. fol. vol. I. II. — — *Barbarorum leges antiquae cum notis et gloſſariis.* Accedunt formularum faſciculi et ſelectae conſtitutiones medii aeui. Collegit, plura notis et animaduerſionibus illuſtrauit, monumentis quoque ineditis exornauit *F. Paulus Canciani*, ord. Seru. B. Mariae Virginis S. T. D. vol. I. 1781. volum. II. 1783. apud Coleti. vol. III. 1785. fol. Venetiis. primum volumen continet leges Germanorum et aliorum populorum ſeptentrion. (v. Goetting. gel. Anzeigen 1782. pl. 22. vol. II. comprehenduntur 1) pactus legis *ſalicae* antiquior et reformatus cum decretionibus et capitularibus ad legem *ſalicam* proprie ſpectantibus, et editor in proleg. agit de hiſtoria et origine *legis Salicae. Vetus pactus legis ſalicae* eſt ex edd. Eccardi et Georgiſch repetitus; *Lex* autem *Salica reformata* ſecundum edit. Franc. Pithoei, quem ſequuti quoque erant Lindenbrug, Eccard et Georgiſch. Additae *decretiones* ſunt ex Baluzio ſumtae, et *Capitularia Caroli M.* ac *Ludouici Pii* ex Eccardo; tum ſequuntur *formulae Marculfianae* ſecundum edit. Baluzii denique *Franc. Pithoei* gloſſarium II. *Leges populorum Auſtraſiae* ſ. Franciae orientalis, quae in Italia quoque obtinuerunt, videlicet

Ripuariorum, Alamannorum, Baiuuariorum, nec non Capitularia, Acta ſynodalia, atque alia additamenta ad ipſas leges ſpectantia.

In *Commentariis de Origine et Progreſſu legum iuriumque Germanicorum.* Part. I. Leges et iura antiqua complectente, auctore *D. Chr. Gottl. Biener.* I. N. et I. P. P. O. Lipſiae 1787. 8. agitur de legibus *Salicis*, *Ripuariis*, *Alemannicis*, *Bauaricis*, *Angliorum*, *Burgund. Gothicis* et *Longobardicis*, earumque aetate, auctoribus, emendatoribus, editionibus et lingua originali. Iis adcedit auctor, qui putant, leges *Salicas*, *Alemannicas*, *Bauor. Saxonicas*, *Angliorum* et *Warinorum* eſſe lingua teutonica conſcriptas: quod alii negant.

Hic quoque commemorari poteſt: *Conciliorum Galliae tam editorum, quam ineditorum Collectio, temporum ordine digeſta ab a. Ch. 177. ad a. 1563. Cum epiſtolis pontificum, principum conſtitutionibus et aliis eccleſiaſticae rei gallicanae monimentis. Opera et ſtudio Monachorum congregationis Sancti Mauri. tomus primus. Pariſiis* ſumtibus Petri Didot, filii primogeniti. 1789. fol. Hoc I. volumen incipit ab a. 177. et definit an. 591. *Sirmondi* ſimilis collectio ab a. C. 314 — 983. concilia comprehendit.

S. Philippvs Cellensis, Anglo-Saxo, intra tempora Pipini et Caroli M. nomen ſortitus eſt a loco, vbi diu vixit, *Cella*, *Zell*, vnde Vallis Cellenſis prope Worms. Hinc, quod

quod ibi miracula edidiſſe fertur, *Cellenſis Philippus* dictus, conf. Acta S. S. tom. I. die pr. Maii, atque *Io. Iungii* diſſ. *S. Philippus Cellenſis*, in palatinatu ad Rhenum cultu olim celebris, hodie ferme ignotus, ſed obliuioni ereptus. Heidelbergae 1780. — Diuerſus eſt a *Petro*, abbate *Cellenſi*, mortuo 1187.

Agobardvs, vir in hiſtoria tam eccleſiaſtica quam ciuili celeber. a. forte 815. archiepiſcopus Lugdunenſis, mortuus a. 840.

Eginhardvs ſiue Einhardvs, vir illuſtris et hiſtoricus: archicapellanus Caroli M. floruit circa a. 810. mort. 839. v. *Hamberger* III. pag. 569. *Saxii* Onom. II. pag. 101. ſq.

Hincmarvs, Archiepiſcopus Remenſis, a. 845. — obiit a. 882. hiſtoricus et poeta. v. *Saxii* Onom. p. 413.

De Operibus et diſciplina *Hincmari*, atque editione Sirmondi, Paris. 1645. fol. II. voll. eſt docta longaque disputatio in: Summariſchen Nachrichten von auserleſenen mehrentheils alten, in der Thomaſiſchen Biblioth. vorhandenen Büchern, part. VIII. X. XII. et XIII. Halae et Lipſiae, 1716. 8.

Theganvs, Chorepiſcopus Treuirenſis et hiſtoricus, a. 837. *Hamberger* Zuv. Nachr. III. p. 586. ſqq.

De Eginhardo, Thegano, Nithardo, Ditmaro aliisque v. *D. H. Hegewiſch* Charactere und Sittengemählde aus der deutſchen Geſchichte des Mittelalters, mit Nachrichten,

die deren Auszeichner betreffen. I. Sammlung Lipſiae 1786. 8.

Walafridus Strabus vel Strabo, Poeta, Grammaticus et Theologus, abbas Augienſis a. 842. mortuus a. 849. *Saxii* Onom. II. pag. 111. ſq.

Christianus Druthmarus, grammatic. et theologus circa a. 850. *Saxii* On. II. p. 118.

Freculfus, Epiſcopus Lexouienſis, Chronographus, a. 825.

Haimo ſiue Haymo, Epiſcopus Halberſtadienſis, a. 840. mort. a. 853. v. *Saxii* Onomaſt. II. p. 110.

Rhabanus ſiue Hrabanus, cognomine *Maurus* a. 834. Abbas Fuldenſis, vbi litteris egregie conſuluit: deinde Epiſcopus Moguntinus a. 847. mort. 856. v. *I. Franc. Buddeum* de vita ac doctrina Hrabani Magnentii Mauri. Ienae 1724. — *Saxii* Onom. II. p. 107. ſqq. *Goetzii* Mem. bibl. Dresd. tom. II. p. 513. ſq.

Nithardus, Caroli M. nepos, Abbas Ambianenſis, hiſtoricus, a. 843. v. *Saxii* Onomaſt. II. pag. 113.

Drepanius Florus, Franco Gallus, poeta et theologus. v. *Saxii* On. II. p. 42. 120.

Servatius Lupus, Presbyter et Abbas Ferrarienſis a. 842. homo doctiſſimus et elegantiſſimus. *Saxii* Onom. II. p. 111. *Seruati Lupi* - Opera: *Stephanus Baluzius* in vnum collegit: Epiſtolas ad fidem vetuſtiſſimi codicis emendauit, notis, appendice actorum veterum,

erum, praefatione et indicibus illuſtrauit. Paris. 1664. 8. — Editio ſecunda ab ipſo *Baluzio* multis in locis aucta et emendata. Antwerp. (Lipſiae) 1710. 8. adde *Hamberger* Z. N. III. p. 610. ſqq. et p. 613. ſqq. de *Paſchaſio.*

Paschasius Rathbertus ſiue Radbertvs, ab a. 844. Abbas Corbeienſis, theologus et poeta: den. a. 851. aut 865. *de ſacramento Euchariſt.* omnia per *Fuchte.* Helmſtad. 1614. 1616. quae editio rara eſt: adde *Saxii* Onom. II. p. 106. ſqq. et 546. — *Liber de corpore et ſanguine Chriſti*, ex MSS. in *Martene* collectione veterum ſcriptorum, tom. IX. nr. 10., praemittitur notitia plurium editionum, et *Iobi Iuſti* ed. Hagenou. 1528 mire vitiata et improbe corrupta declaratur. Ibidem *Paſchaſii* libri III. de *fide*, *ſpe* et *caritate* emendatiores prodierunt, quam antea a *Bernhardo Pezio* factum erat in nouiſſ. theſauro Anecdotor. tom. I.

Ratramnus, perperam ſcribitur *Bertramus*, theologus celebris, multisque controuerſiis implicitus, Monachus Corbeienſis, a. C. 846. de hoc et ſequenti v. quos laudat *Saxius* in Onomaſtico, tom. II. p. 116. ſq.

Gotheschalcus praeter *Profeſſiones duas fidei* nihil ſcripſit; ob magnas autem, quas excitauit, turbas de praedeſtinatione fataque acerba, ſatis notus, circa a. 848. mortuus a. 868. aut ſequenti. v. *Hamberger.* Z. N. III. p. 620. ſqq.

Otfridus, Monachus Weiſſenburgenſis Alſatiae, verſificator theotiſcus, circa a. 850. de quo vide *Hamberger* Z. N. III. p. 622. ſq. *Saxii* Onom. II. pag. 118. et cl. *Oberlin.* in Alſatia literata, p. 19. ſq.

Theodulus, verſificator, auctor *Eclogae*, circa a. 950. nouiſſima editio eſt *Theoduli Ecloga.* ad codd. MSS. veteresque editiones recenſuit et cum lectionis varietate itemque commentatione critica edidit *I. C. S. Schwabe*: Altenburgi 1773. 8. in praefat. docta agitur quoque de auctore aliisque eiusdem nominis, de codd editionibusque etc. adde *Saxii* On. II. p. 152. in primis *Freytagii* Adpar. litter. tom. I. pag. 497. vbi quoque diuerſae de illius aetate, muneribusque opiniones atque narrationes recenſentur. — cl. *A. Fr. Pfeiffer* de cod. Erlangenſi in Beyträgen zur Kenntniſs alter Bücher etc. part. II. pag. 260. ſqq.

Iso, Monachus S. Galli, hiſtoricus et grammaticus a. 850.

Agnellvs ſiue *Andreas*, Presbyter et Abbas S. Mariae ad Blachernas et S. Bartholomaei Rauennatis, Hiſtoricus, nat. a. 805. denatus a. 874. v. *Hamberger* Z. N. III. pag. 626. ſqq.

Ado, archiepiſcopus Viennenſis, clarus Martyrologii ſcriptor: nat. a. 800. mort. a. 875. v. *Hamberg.* I. p. 628. ſq.

Ioannes, gente Scotus cognomine *Erigena*: theologus, philoſophus et grammaticus, circa

circa a. 851. v. *Saxii* Onom. II. p. 119. ſqq. item *Heumanni* Acta philos. tom. III. pag. 858. ſqq.

Anastasius, Bibliothecarius, (Cardinalis.) *Hiſtoria Pontificum* in Nicolao I. mortuo 867. deſiit. Multa de illo illiusque vitis pontificum rom. in vtramque partem ſunt disputata. v. *Hambergeri* Z. N. III. pag. 645. ſqq. *Saxii* Onom. II pag. 123. etc. *Heumanni* Conſpect. hiſtor. litter. cap. IV. §. 30. Acta Erudit. a. 1719. p. 425. ſq.

Alfredus ſiue Alefredus, ab a. 871. Anglo-Saxonum Rex; et litteris et armis magnus, praeſtantique ingenio praeditus. Oxonii tria inſtituit collegia, (v. *Saxii* Onomaſt. II. p. 133. ſqq.) eiusque aula fuit hominum eruditiſſimorum confluxus: mort a. 900. v. *Hamberger* l. c. pag. 660. ſqq. *Saxii* Onomaſt. II. pag. 124. ſq.

Vsuardus, Monachus. Paris. S. Germani. circa a. 871. auctor Martyrologii.

DECIMO SAECULO FLORUERUNT:

Regino, ſiue Rhegino, ab a. 892. Abbas Prumienſis, tum deiectus illo gradu, Monachus S. Maximini Treuirenſis. Chronographus. mortuus a. 908. v. *Hambergeri* Z. N. III. p. 677. ſq. *Saxii* Onom. II. p. 132. ſq.

Geo-

Geographus, ſiue vt vulgo dicitur *Anonymus Rauennas*, forſan circa a. 904. v. ſupra, vbi de Mela et Aethico agitur, et *Saxii* On. II. pag. 136. ſq.

S. Odo, ab a. 927. Abbas Cluniacenſis, verſificator et chronographus. deceſſit vita a. 937. v. *Saxii* Onom. II. p. 145. ſq.

Ratherivs, ab a. 932. epiſcopus Veronenſium, ſaeculi ſui morum grauis reprehenſor. obiit a. 974. v. *Hamberger* Z. N. III. pag. 699. ſq. *Saxium* l. m. p. 148.

Frodoardus ſiue Flodoardvs, Presbyter et Canonicus S. Remigii Remenſis, hiſtoricus. denat. a. 966. v. *Hamberger*. l. c. pag. 693. ſqq.

Luitprandus ſiue Eutrandus, Diaconus Ticinenſis, (perperam Toletanus), tum Epiſcopus Cremonenſis: verſificator et hiſtoricus haud improbus. v. *Hamberger* l. m. pag. 696. ſq. *Saxii* Onom. II. p. 151. ſq.

S. Abbo, monaſterii Floriacenſis, (Fleuri) a. 971. mathematicus, hiſtoricus et verſificator. multis litibus implicitus. mort. a. 1004. v. *Hamberger* III. pag. 815. *Saxii* Onomaſt. II. pag. 153. ſq.

Roswitha ſiue Hroswitha ſiue Roswida, Helena a Roſſow, Monialis Ganderheimenſis, ſub Ottone II. Auguſto circa a. 980. clariſſima. — Princeps *Operum* editio eſt: *Hroſvite illuſtris virginis et monialis germane, gente Saxonica orte Opera, nuper a Conrado*

Celte

Celte inventa, (in monaſterio quodam Bene-dictinorum: codex fuit litteris fere gothicis ſaec. X. circ. exeunte mulieris manu conſcriptus.) in calce: — *Impreſſum Norumbergae ſub priuilegio ſodalitatis Celticae a Senatu Romani Imperii impetrato.* Plenam adcuratamque illius editionis notitiam dedit *Maugerard*, Benedictinus coenobii Sti Arnould et bibliothecarius epiſcopi Diuodurumenſis (*Metz*) in: Journal Encycloped. à Bouillon. menſe Februar. 1788. pag. 86. ſq. — *Opera*, partim ſoluto, partim vincto ſermonis genere conſcripta, recognita et repurgata cura et ſtudio *Henr. Leonh. Schurzfleiſchii.* Vitembergae 1707. 4. v. *Hamberger.* Zuv. N. III p. 703. ſq. *Saxii* Onom. II. p. 157. ſq. *Io. Matth. Schroekh* Abbildungen und Lebensbeſchreibungen berühmter Gelehrten, vol. I. part. III. Lipſiae, 1765. 8. n. 23. pag. 241. ſqq.

* * *

Ex reliquis ſaeculis vsque ad renatas litteras, ne nominandis hominibus, qui in ea omnium diſciplinarum barbarie eminuerint, molem libelli augeam, et fatigem lectores, adpellabo:

Aimonium male Anonivm, Monachum in Galliis et auctorem *hiſtoriae Francorum*, circa a. 1005. *Hiſtoria Francorum* primum prodiit Paris. in aedibus Aſcenſii. 1514. fol. — de

de reliquis opuſculis et editt. v. *Hamberger* Zuv. Nachr. III. pag. 711. ſqq. et quos laudat *Saxius* in Onom. II. pag. 165. De illo monacho copioſe agitur in Hiſtoire literaire de la France par des Relig. Benedict. de la Congregat. de S. Maur. tom. VII. pag. 216 - 228. conf. *Baumgarten* Nachrichten von merkwürdigen Büchern. tom. II. pag. 541. ſq.

Addantur itidem memorabiles homines:

Fulbertus ab a. 1007. vti perhibetur, epiſcopus Carnotenſis (Chartres) rhetor, hiſtoricus et verſificator. exceſſit vita a. 1028. v. *Saxii* Onom. II. p. 165. ſq. *Hamberger* III. p. 727. ſqq.

Bvrchardvs ſ. Brocardvs, Haſſus ab a. 1008. Epiſcopus Wormatienſis, conditor iuris eccleſiaſtici. mort. a. 1026. inſtituit collectionem conciliorum, cuius XX. libri ſuperſunt; eaque inſcribitur: *Magnum canonum volumen*, aut *Brocardica*, et *Brocardicorum opus*, vnde eiusmodi breuia iuris praecepta, ſententiae atque adagia *Brocardica* dici ſolent. v. *Hambergeri* Zuv. Nach. III. pag. 722. ſqq. *Saxii* Onom. II. pag. 166. ſq.

Berno, ab a. 1008. Abbas Augienſis, (Reichenau,) theologus, muſicus, verſificator et hiſtoricus. mort. a. 1048. *Hamberger*. III. pag. 747. ſq. *Saxii* Onom. II. p. 167.

Guido,

Guido, Aretinus, Monachus Benedicti-nus, tum ab a. 1022. Abbas S. Crucis Avella-nae, prope Aretium: formularum muſicarum elementarium; *Vt*, *Re*, *Mi*, *Fa*, *Sol*, *La*, inuentor. v. *Saxii* Onom. II. p. 169.

Odilo ab a. 994. Abbas Cluniacenſis, nat. a. 962. deſiit viuere a. 1048. v. *Hamberger* II. pag. 752. ſqq. *Saxium* in Onomaſt. pag. 163.

S. Petrvs de Honestis, vulgo Damia-nvs, aut Damiani, ſcil. frater, quem parentis loco habebat, epiſcopus Oſtienſis et Cardinalis celeber, nat. Rauennae a. 1006 epiſtolographus et hiſtoricus. den. a. 1072. *Hamberger* III. pag. 770. ſq. *Saxium* p. 176.

Lambertus *Schafnaburgenſis*, ſ. Aſchaf-fenburgenſis, monachus Hirſchfeldenſis, celebris Chronographus, den. a. 1077. v. *Ham-berger* Z. N. III. p. 780. ſqq. *Saxium* in Onomaſt. tom. II. 182.

* * *

Denique e multis aliis, de quibus Fabricius, Hamberger atque Saxius, iique, quos illi laudarunt, ſunt conſulendi, nominabo tantum:

Hermannum Contractum, chronographum et mathematicum, mort. 1054.

Dithmarum ſ. Ditmarum, epiſcopum Merſeburgenſem, chronographum, nat. a. 976.

 mort.

mort. a. Chr. 1018. v. *Hamberger* III. pag. 718. ſq. *Saxii* Onom. II. p. 168.

BERENGARIUM, Turonenſem, theologum, tranſubſtantiationis, (quae vocatur,) acerrimum oppugnatorem, (circa a. 1035. aut 1044.) Aduerſarium habuit *Lanfrancum*, theologum, philoſophum, et hiſtoricum, archiep. Cantuarienſem, nat. 1005. den. 1089. (v. *Saxii* Onom. II. p. 177.) conf. *Berengarius Turonenſis, oder Ankündigung eines wichtigen Werkes deſſelben, wovon in der Herzoglichen Bibliothek zu Wolfenbüttel ein Manuſcript befindlich, welches bishero völlig unbekandt geweſen*, von *Gotthold Ephraim Leſſing*, Bibliothekar daſelbſt. Brunswic. 1770. 8. Z. N. III. pag. 795. ſqq. *Saxii* Onomaſt. II. pag 172. ſqq.

MARIANUM, Scotum, chronographum. (circa an. 1083.) *)

ANSELMUM, Leodienſem. circa a 1050.

ANSELMUM, epiſcopum Luccenſem, nat 1036. mort. a. 1086.

ANSELMUM, Epiſcopum Cantuarienſem (anno 1093.) theologum, philoſophum e verſificatorem, mort. 1109.

ADA

*) Editiones hactenus fluxerunt e vitioſo cod. Francofurt. E duobus bonis codd. cl. *Hauſen* nouam editionem paraturus promulgauit Commentat de antiquiſſimo Codice Chronici Mariani, Scoti, Gemblacenſi, exemploque illius Schottiano ad edendum parato. Francof. ad Viadrum 1782. 4.

Adamum, *Bremenſem*, annalium ſcriptorem optimae fidei, circa a. 1076.

Sigebertum, *Gemblacenſem*, hiſtoricum (anno 1110.) *chronici* ſcriptorem aliorumque opuſculorum auctorem diligentiſſimum. denat. a 1113. v. *Hamberg.* IV. pag. 47. ſq. *Saxium* in Onom. p. 207.

S. Brunonem, primum Monachum *Aſtenſem*, tum ab a. 1110. epiſcopum *ſignenſem*, theologum et verſificatorem, mortuum a. 1125. — *S. Brunonis*, Aſtenſis, epiſcopi ſignenſis, commentarius in IV. Euangelia, nunc primum editus ex MSS. cod. biblioth. collegii romani, praefatione et notis, (*Petri Lazzari*, Exieſuitae *) mort. d. 12. Mart. 1789.) illuſtratus, in Miſcellaneis ex MS. libris collegii romani. Romae, 1775. conf. *Saxii* Onom. II. pag. 211. et quos ille laudat.

Huc pertinet: *S. S. Eccleſiae rituum diuinorumque officiorum explicatio* ab anonymo ſaeculi XII. ſcriptore elucubrata, ex Vaticano codice, num. 5046. nunc primum eruta, praef. et adnotationibus a *Philippo Zazzera*, S. T. D. — illuſtrata. Romae 1784. 8.

Ioannem Sarisberiensem, ſeu *Salisburienſem* philoſophum, verſificatorem et grammaticum, ab a. 1176. Epiſcopum Carnotenſem, denat. a. 1180. v. *Saxii* Onom. II. p. 263.

*) De quo v. Contin. delle Nov. lett. di Firenze. 1789. plag. 15. p. 226. ſqq.

Saxonem, grammaticum cognomine, Hiſtoricum, (a. 1186. mort. a. 1204.) cuius *hiſtoriae Danicae* libros XVI. e recenſione *Stephani*, Ioan. Stephanii, cum prolegomenis et lectionis varietate edidit *Chriſtian. Adolph. Klotzius.* Lipſiae, 1771. 4.

De prima et rariſſima editione, Paris. per Chriſtiernum Petri, apud Iod. Badium Aſcenſium 1514. vide *Samuel. Engelii* Bibliothecam ſelectiſſimam p. 142. et *Baumgartenii* Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek, vol. VI. pag. 510. ſqq. et pag. 495. de *Saxone*, eius hiſtoria, et edit. *Stephani Ioannis Stephanii*, Sorae 1644. fol. et de notis vberioribus *Stephanii*, Sorae 1645. fol. ibid. p. 502. ſqq. adde *Saxii* Onom. II. pag. 269. *Io. Benedict. Carpzouii* disp. de vita, eruditione et ſcriptis Saxonis grammatici. Helmſtad. 1762. 4. *Hambergeri* Z. N. IV. pag. 315. ſqq.

Honorium Auguſtodunenſem, circa an. 1130. conf. cel. *Pfeifferi* Beyträge zur Kenntniſs alter Bücher. III. p. 1 ſqq.

Petrum Abaelardum ſeu Abeillardum, Gallum Abbatem Ruyenſem propter eruditionem, ingenii vim, triſtiaque fata memoria digniſſimum; ſcholaſticorum ſui aeui philoſophorum fere principem. natus is eſt an. 1079. et mortuus 1142. v. *Heumanni* Acta philoſophor. part. XVI. tomi III. pag. 529. ſqq. et tom. II. pag. 963. ſqq. eius repetiit epitaphium: *Hambergeri* Z. N. IV. pag. 161. ſqq. *Saxii*

Onom.

Onom. II. pag. 212. ſq. *Ittigium* de bibliotheca etc. p. 394. ſqq. — (Abbé *Gervaiſe*) la Vie de Pierre Abeillard et celle de Heloiſe, à Paris. 1720. 12. II. voll. — rec. ibid. 1728. *Niceronii* Nachrichten von den Begebenheiten und Schriften berühmter Gelehrten etc. part. IV. Halae, 1751. 8. pag. 186. ſqq.

Magiſtrum LABORANTEM, Cardinalem Florentinum: collectionem *Canonum* is fecit a. 1182. quae in Bibl. Vaticana latet. Conf. *Ios. Mar. Suareſii* diſſ. de Magiſtro Laborante, Romae 1670. cuius tamen apographum differt ab eo, quod typis exſcriptum eſt, et *Zaccaria* diſſ. lat. de rebus ad hiſtoriam atque antiquitates eccleſiaſticas pertinentibus, Fuligni 1780. vol. II. nr. 14. vbi *Fabricii* in B. L. med. et inf. aet. h. v. notitia de illo operibusque eius emendatur.

FRANCISCUM DE PAULLA, auctorem ordinis Minimorum, tempore Ludouici XI. et Caroli VIII. v. Acta Sanctorum menſ. April. vol. I. Epiſtolae eius ſpuriae habentur.

BERNHARDUM GALLUM, cuius auctoritas et ſanctitatis opinio adhuc magna eſt inter Papae adſeclas: natum 1091. mortuum 1153.

Beati BERNARDI fundatoris et primi Abbatis S. S. Trinitatis de Tironio ordinis S. Benedicti, vita: authore coaetaneo *Geaufrido* Croſſo. Nunc primum prodiit in lucem opera et ſtudio *Io. Bapt. Soucheti* S. Th.

Doctoris et Carnotenſis Canonici, qui et obſeruatt. et notas adiecit, vbi praecipue eiusdem monaſterii et aliorum ipſi ſubiacentium antiqua monumenta exhibentur. Lutet. Paris. 1649. 4. Alios bene multos ſcriptores de notiſſimo illo *Abbate Clareuallenſi* excitant *Hamberger.* IV. pag. 190. ſqq. et *Saxius* in Onom. II. p. 213. adde Acta eruditor. germanice ſcripta. part. XI. pag. 5. *Freytag.* Adparat. litter. tom. II. pag. 877. ſqq. — Penes me eſt libellus: *Flores ſancti Bernardi, cum priuilegio:* in calce: Impreſſum Venetiis per nobilem virum Luceantonium de Gionta Florentinum etc. 1503. 8.

Irnerium, ſiue *Wernerum*, ſiue *Guarnerium*, ſiue *Varnerium*, a. 1116. qui iuris ciuilis ſcholas poſt Peponem Bononiae aperuit, primusque iuris ciuilis fuit inſtaurator. *Saxii* Onom. II. pag. 214. ſq.

Notanda quoque eſt *Schola iuris Bononienſis*, poſt haec academia, circa an. 1120. *Saxii* Onom. p. 220. ſq.

Ottonem, *Friſingenſem* epiſcopum, (a. 1137.) qui *Chronicon* perduxit ad an. 1146. et mortuus eſt 1158. v. *Hambergeri* Z. N. IV. p. 212. ſq. *Saxii* Onom. II. p. 239.

Petrum lombartum, epiſcopum Paris. ab a. 1159. *Sententiarum magiſtrum:* den. 1164. v. *Saxium* p. 247.

Guil. britonem, verſificatorem, c. a 1224. ſcripſit carmen: *Philippidos libr. XII.* editos

editos a *Caſp. Barthio*, Cygneae, 1657. 4. cf. *Freytag.* Adpar. litt. I. pag. 345. *Hambergeri* Z. N. IV. pag. 358. ſqq. *Saxii* Onomaſt. II. pag. 294.

Gratianum, iuris *canonici* parentem, a. 1151. v. *Saxii* Onomaſt. II. pag. 246. conf. *Pfeifferi*, v. cl. Beyträge etc. II. p. 328. ſq.

Güntherum, monachum et poetam, qui vixit poſt an. 1208. et ſcripſit a. 1190. *Ligurinum*, ſeu de geſtis Imperat. Caeſaris Friderici primi Auguſti libros decem, carmine heroico compoſitos. conf. *Saxii* Onomaſt. II. p. 272. *Püttmanni* Obſſ. iuris feudal. cap. 3. Lipſiae 1783. 8. *Witthofii* ſpecim. Obſſ. ad Güntherum. Duisburg 1755.

Conradum de Lichtenau, ab a. 1215. Abbatem Vrſpergenſem, qui chronicon ſcripſit, et deceſſit e vita an. 1240. cf. *Iac. Thomaſ.* de plagio litter. §. 585. ſqq. p. 258. *Gundlingii* Obſeruatt. ſelect. tom. I. Obs. 20. p. 303. ſq. *Saxii* Onom. II. p. 297.

Franciscum Accursium, Florentinum, Iuris gloſſatorem, (ab an. 1151—1229.) *Saxii* Onom. II. p. 292. ſq.

Petrum de Vineis, *Friderico* II. imperatori *) ab epiſtolis (a. 1226.) mortem ſibi ipſe conſciuit a. 1249.

*) Qui ipſe conſcripſit librum haud ſpernendum; editum Auguſtae Vindel. 1596. et repetitum atque auctum notis a cl. *Schneidero*, Prof. Francof.

ALBERTUM, abbatem Stadenſem a. 1232. chronographum.

ALBERTUM *Magnum*, theologum, philoſophiae *Scholaſticorum* praecipuum auctorem, Thomae Aquinatis praeceptorem. is mortuus an. 1280. *Saxii* Onom. II. p. 303.

VINCENTIUM ortu Burgundium, Monachum Bellouacenſem, ſpeculi hiſtorialis etc. auctorem den. 1264. v. *Saxii* Onomaſt. II. pag. 305. ſqq. *Io. Frid. Eckhards* Nachrichten von einigen ſeltenen Büchern der Bibl. zu Eiſenach. pag. 31—83. *Andr. Sam. Gesneri* ſelectas exercitatt. ſcholaſt. a me, Noriberg. 1780. 8. editas, pag. 349. ſqq. cel. *Pfeifferi*, noſtratis, Beyträge etc. part. III. p. 553. ſq.

THOMAM *de Aquino*, ſeu *Aquinatem*, theologum et philoſophum, (nat. an. 1224. mort. 1274.) Num a plagii crimine ſit immunis, inquirit *Iac. Thomaſius* de plagio liter. §. 193. et 560.

Conf. *Lengnichii* Beyträge etc. II. pag. 37. *Io. Fabricii* Hiſtor. bibl. Fabricianae, part. II. pag. 85. ſq. *Stolle* Nachricht von den Büchern und deren Urhebern in der Stolliſchen Biblioth. vol. II. p. 102. ſqq. et pag. 449. —

Gui-

cof. ad Viadrum: *Reliqua librorum Friderici II. imperatoris de arte venandi cum auibus; cum Manfredi, regis, additionibus.* Lipſiae, 1788. tom. I. et 1789. II. tom. adde *Saxii* Onom. II. pag. 290. ſqq.

Guilielmi de Thoco et *Bern. Guidonis* vitae Th. Aquinatis. — Humberti Proceſſus inquiſitionis ſuper vita, conuerſatione et miraculis S. Thomae et hiſtoriae translationum corporis S. Thomae in Actis S. S. Mart. tom. I. Antwerp. 1684. *Saxii* Onom. II. pag. 308. ſqq.

Robertum de Sorbona, Presbyter. Pariſienſem, *collegii ſorbonici*, a. 1252. auctorem, nat. a. 1201. den. 1274.

Huius familiaris fuit *Magiſter Guilielmus de S. Amore*, Dominicanorum aduerſarius, theologus Pariſienſis. v. *Saxii* Onom. II. pag. 312. ſq.

Guil. Durandum, epiſcopum ab a. 1286. Mimatenſem, auctorem *ſpeculi Iuris*, vnde *Speculator* vulgo nuncupabatur. mort. 1296. v. *Lengnich* Beyträge etc. II. p. 42. *Saxii* Onom. II. pag. 323. ſq. et p. 351. de alio *Durando.*

Raymundum Lullum, artis Lulliſticae inuentorem. a. 1290. *Saxii* Onom. p. 325. ſq. *Morhof.* Polyhiſtor. litterar. lib. II. cap. V. ſect. 4. ſqq. vbi hiſtoria artis Lullianae etc. exponitur.

Petrum Crescentium, ſ. de *Creſcentiis*, Bononienſem, philoſophum, medicum et rei ruſticae ſcriptorem, circa a. 1290. *Saxii* Onom. II. p. 327. ſq. *Goetz.* Mem. bibl. Dresd. I. 305.

Nicol. de Lyra ſ. *Liranum*, Gallo-Francum, theologum et bibliorum interpretem, ord. Franciſcanorum: defunct. vita a. 1340. v. *Saxii* Onomaſt. II. pag. 334. ſq. *Freytagii* Adpar. litter. II. pag. 731. ſqq. 735. 1178. 1255.

Ioannem Dunstonensem, vulgo *Ioan. Duns*, ſeu Scotum philoſophum ſcholaſticum, *Realium* autorem, (an. 1304.) v. *Saxii* On. II. p. 340 ſq.

Guilielmum Occamum, Scoti diſcipulum, deinde eius aduerſarium, *nominalium* patrem (an. 1346.) *Saxii* Onom. II. p. 354.

Gualterum Burlaeum, Oxonienſem, Scotiſtarum aduerſarium (a. 1340.)

Huc refer *Itineraria Simeonis* et *Wilhelmi de Worceſtre*, quibus accedit *tractatus de metro*, in quo traduntur regulae a ſcriptoribus medii aeui in verſibus leoninis obſeruatae. Cambridgae, 1779. 8. edita a *Iacobo Nasmith* ex bibliotheca Collegii corporis Chriſti. Haec itineraria potius ob antiquitatem, quam argumentum ſunt memorabilia. Prius ſcriptum eſt a. 1352. vbi auctor iter ſuum in Palaeſtinam, nonnullas Britanniae vrbes et regiones, per quas profectus eſt, leuiter deſcribit: poſterius a. 1478. et barbare ſcriptum eſt et omnia miſcet. Additus tractatus exigui eſt momenti.

FRAN-

Franciscum Petrarcham,*) de litteris elegantioribus immortaliter meritum, oratorem et poetam egregium, (nat. a. 1304. mort. a. 1374.): a cuius tempore litterae reuiuiſcere vimque et ſplendorem accipere videntur: praeſertim, quum ſtudio et diligentia *Poggii*,**) Florentini grammatici et oratoris inſignis, hominis praeterea litigioſi, qui circa an. 1413. floruit, multa veterum auctorum manuſcripta e tenebris producta, luce publica donarentur; ***) eodemque ſaeculo, Conſtantinopoli direpta, multi Graeci Italiam confugerent ibique docerent litteras, de quibus egerunt *Chriſt. Fr. Boerner*, de doctis hominibus graecis, litterarum graecarum in Italia inſtauratoribus, Lipſiae 1750. 8. et *Humphredus Hodius* de Graecis illuſtribus, linguae graecae litterarumque humaniorum inſtauratoribus, eorum vitis, ſcriptis et elogiis, libr. II. Londini 1742. 8. adde *Io.*

*) v. de eo *Hamberger* Zuverläſſ. Nachricht. tom. IV. pag. 585. ſqq. *Saxii* Onom. II 362. ſqq. *Freytagii* Adpar. litt. I. pag. 402. ſq. et II. pag. 1080. ſq. *Giuſt. Fontanini* della Eloquenza italiana. Venet. 1737. 4. pag. 489 — 516.

**) v. de eo, in primis de codice *Quinctiliani*, ab illo reperto *I. Gottlieb. Krauſii* Umſtändliche Bücher Hiſtorie part. I. n. 2. pag. 15. ſq. *Freytagii* Adpar. litt. I. p. 681 — 690. II. p. 1065 — 1084. p. 1297. ſqq. *Saxii* V. C. Onomaſt. II. p. 401. ſq. et 570.

***) Adde *Apoſtoli Zeni* Diſſertatt. Voſſianas, italice ſcriptas, Venetiis. 1752. 4. tom. I. pag. 1. ſqq.

Io. Chriſtiani Fiſcheri diſſ. de inſignibus bonarum litterarum ſaec. XIV. vsque ad initium ſaec. XVI. in Italia inſtauratoribus: Ienae, 1744. vbi quoque a pag. 14. de *Petrarcha* vberius diſputatur.

Per Germaniam vero, RUDOLPHUS AGRICOLA, homo doctiſſimus, cuius aetas in imperium Friderici III. circa an. 1450. incidit, factus eſt litterarum bonarum inſtaurator: et nat. 1442. obiit vero a. 1485. (v. cel. *Saxii* Onomaſt. II. p. 470. ſq. et p. 592.)

Conf. IAC. BURCKHARDI de L. L. quibus in Germania per XVII. ſaecula amplius vſa ea eſt, fatis; comment. prior. part. pag. 119. 257. ſqq. poſter. part. ſiue nouos plane, quibus priores illuſtrantur partim, partim ſupplentur, commentar. Wolfenbüttel. 1721. 8. pag. 160. et alibi.

INDEX.

A.

Abbo pag. 782.
Abaelardus 788.
Accurſius 791.
Acro (Helenius) 258. 262.
Adamus, Bremenſis 787.
Ado 78c.
Aethicus Iſter 211. ed. 349.
Aetna, carmen 254.
Agnellus 780.
Agobardus 777.
Agricola (Rudolphus) 796.
Aimonius 783.
Albertus, Abbas 792. *Magnus*, ibid.
Albinouanus, (C. Pedo.) 290.
Albinus. v. Alcuinus.
Alcimus. v. Auitus.
Alcuinus 773. de trinitate 587.
Aldhelmus 769.
Alſenus Rufus 165.
Alfredus 781.
Alphenus Rufus 165.
Ambroſius 635. Epp. in Symmachum 631. ed. de Virginitate 645.
Ammianus Marcellinus 621.
Ampelius (L.) 619. edd. 426.
Anaſtaſius 781.
Andronicus, (T. Liuius) 79.
Angeſius 774.
Anianus, 572. confecit epitomen libri Vlpiani 525.
Anonius 783.
Anſelmi plures 786.
Anthelmus 769.
Antiochus 682.
Antiquitates rom. Scriptores et cautio 58 ſq.

Antonini

Antonini Itinerarium. pag. 349. 580.
Apicius (Coelius) 538.
Apollinaris, v. Sidonius.
Apringius 753.
Apronianus (Turc. Ruf. Apron. Aſterius) 233 ſq. add. Diſſertazione di Seſtini intorno al Virgilio di Aproniano. Florent. 1772. 4.
Apuleius (L.) 498. edd. Opp. 499. Metamorphoſ. 502. 503. 504. aſini aurei 503. Apologiae 503. Floridorum 503. Herbarii, (ſpurii) 503. 504.
Aquino (Thomas de) 792.
Arator 765. vide quoque *Iuuencus.*
Arnobius. 552. minor 555.
Aſconius Pedianus 365. commentar. in Ciceronem 145.
Aſterius. v. *Apronianus.*
Attila. de prima eius expeditione — carmen 760.
Attilius, (Luc.) 98.
Auctores veteres, an recentiores praeferendi ſint, controuerſia fuit 21 ſq.
Auguſtinus (Aurelius) 652. Editt. Operum 660. Opuſculorum quorumdam 653. 654. 659. Epiſtolarum 656. 659. 663. de Ciuitate dei 657. 658. de doctrina Chriſtiana 661. Confeſſionum 662.
Auguſtus (C. Iul. Caeſar Octauianus) 255. verſus eius, editi 302.
Auianus (Flau.) 693. edd. aliae 438. 439.
Auienus. (Rufus Feſtus) 696.
Auitus, (Alcimus Ecdicius) 755.
Aurelianus (Caelius) 573.
Aurelius Arcadius Charis 533.
Aurelius Victor (S.) 605. editt. 607. 608. 429. 430. 597. liber de Caeſaribus ab illo eſt ſcriptus; reliqui ab aliis 606.
Auſonius (D. Magnus) 714. num bis fuerit conſul, 715. num Chriſtianus fuerit 715. editt. 716 ſqq. 722. Moſellae edd. 720.

B.

B.

Beda pag. 772.
Benedictus 761. alius, 774.
Berengarius 786.
Bernhardus 789.
Berno 784.
Boethius (Anicius Manlius Torquatus) 756.
Bonifacius 772. *Epiſtolae S. Bonifacii Archiepiſcopi Magontini et Martyris ordine chronologico diſpoſitae. Notis et variantibus inluſtratae a Stephano Alexandrino Würdtwein*, Epiſcopo Heliopolenſi Suffraganeo Wormatienſi etc. Maguntiaci, typis Andr. Craff. 1789. fol. cum praef. — et parte iuramenti rom. pontifici a S. Bonifacio facti, in aes inciſi.

In his epiſtolis multa reperiuntur, quae ad illuſtrandam ſaeculi octaui, et originis ſedis epiſcopalis Maguntiacae hiſtoriam pertineant. *Othlon*, Monachus Fuldenſis, in vita Bonifacii primum vſus eſt illis, et circiter triginta epiſtolas inſeruit. Poſtea *Iac. Gretſer* in bibliotheca Ingolſtadienſi reperit exemplar, in quo a. 1497. iubente abbate Trithemio, 78 epp. erant ſcriptae. Aliud exemplar, quod 117. epp. continet, inuenit *Piſtorius* in codice bibliothecae Caeſareae Vindobonenſis. Ex illis duobus exemplis congeſſit ediditque 151 epiſtolas *Nicolaus Serarius*, Magunt. 1605 repet. in biblioth. max. Patrum. tom. XIII. pag. 70—160. cel. *Würdtwein* reperit in biblioth. quadam Magunt. cod. membran. ſaec. IX. qui easdem complexus eſt epiſtolas. Ex hoc, alioque codice membr. Carlsruhenſi et ex edit. Serrarii curauit *Würdtwein* ſuam editionem; epiſtolas, 169, ſecundum temporis ordinem dispoſuit, ſelectis Serrarii notis ſuas addidit, et vitam Bonifacii compoſuit. conf. Oberdeut-

ſche

ſche (Salzburg.) allgem. Litterat. Zeit. 1789. plag. 104. pag. 417 ſqq.
Brabantius 757.
Brito (Guil.) 790.
Bruno 787.
Brutus (M. Iunius) 165.
Burchardus ſ. *Brocardus* 784.
Burlaeus (Gualterus) 790.

C.

Caecilius (Statius) pag. 96.
Caeſar (C. Iulius) 166. editt. 167 ſqq. iudicium de eo 172.
Caeſarius 761.
Caius 508.
Calliſtratus 532. 533.
Calpurnius Flaccus. Declamation. 493. edd. 393.
Calpurnius Titus 702 ſqq. 705. cum Auſonio, ed. 717.
Cantipratanus 757.
Capella (Mart. Min. Felix.) 752.
Capitolinus (Iul.) 571.
Capitularia 774 ſq.
Carolus M. 772.
Caſſianus (Io.) 680.
Caſſiodorus (Magn. Aurel.) 766.
Catalecta Virgiliana 233. 255.
Cato (Dionyſius) 697. edd. al. 439.
Cato (M. Porcius) 85. vide quoque *ruſticae* rei ſcriptores.
Cato (Valerius) 254.
Catullus (C. Valerius) 213. edd. cum Tibullo et Propertio 214. ſeparatim factae, 218 ſqq. Epithalamii 219 ſq.
Cellenſis (Philippus) 776.
Celſus (C. Cornelius) 337. edd. libr. de re medica 337. de tuenda ſanitate, 341. libr. de arte dicendi non ſcripſit, 337. 340.

lſus (Iulius) a g. 168.
nſorinus 528.
entones 722.
iariſius 533. 573. 755.
eſcentius (Petrus) 793.
ironica veter. 44.
ryſologus (Petrus) 751.
cero (M. T.) 124. Editt. operum 130 ſqq. Rhetoricorum 137. rhetor. ad Herennium num auctor ſit 138. Edd. libr. de Oratore, 139. Oratoris, 140. Bruti, 140. Partitionum, 141. Orationum 141 ſqq. Epiſtolarum, 146 ſqq. Academicorum, 151. de finibus B. et M. 151. Tuſculan. quaeſtion. 151. de natura deorum, 152. de diuinatione, de legibus 153. de Officiis 153. Epiſtolae ad Brutum num a Cicerone ſint ſcriptae, 156. Conſolatio liber eſt ſuppoſititius 157. Ciceronis Aratea 300. iudicium de Cicerone 157 ſqq. ſcripta ad illum explicandum et illuſtrandum 162 ſqq.
ero (M. Q.) 164.
is, carm. v. Virgilius et Gallus.
udianus 723.
dex legum Theodoſianus 682. Gregorianus 572. v. quoque *Leges.* et 761 ſqq.
lius Apicius, 538.
llationis auctor 685.
llectiones auctor. romanorum, 35 ſqq. Conciliorum, 776.
umbanus 772.
umella (L. Iun. Moderatus) 366.
nmodianus 710.
nciliorum collectio 776.
iradus de Lichtenau 791.
ippus (Flauius Creſconius) 768.
nelius Nepos 174. iudicium de eo, 180 ſqq. alſo habebatur auctor de viris illuſtribus, 606. 609.

Cornutus pag. 442. 445. 446.
Coruinus (Meſſala) 598.
Critica ars. eius ratio et diuiſio 56. not. critica opera in ſcriptores lat. 50 ſqq.
Curtius Rufus, (Q.) 356. eius aetas incerta habetur 356. not.
Creſconius 768.
Cyprianus (Caecilius) 522. 524. 540.

D.

Damaſus pag. 611.
Damianus 785.
Dialogus de cauſſis corruptae eloquentiae, quis ſit illius auctor, 388. edd. ibid.
Dionyſius (Cato) vid. Cato Dionyſ.
Dionyſius Exiguus. 761.
Ditmarus 777.
Donatus (Aelius) 577. eius non ſunt Obſſ. in Virgilium 233. *Donatus* alius, 580.
Dracontius 749.
Drepanius (Latinus Pacatus 626. *Florus* 778.
Druthmarus 778.
Duns (Ioan.) 794.
Durandus (Guilielmus) 793.

E.

Editiones Aldi pag. 33 ſq. aliorum potiores 45 ſq. editionum notitia et hiſtoria, 24 ſqq.
Eginhardus ſ. Einhardus 777.
Ennius 83. 110.
Ennodius 755. 766.
Erigena (Ioannes) 780.
Eucherius 751.
Eugenius 772.
Eugippius 755.
Eumenius 557.
Epiphanius ſcholaſticus 761.
Eutrandus 782.

Eutro-

Eutropius pag. 595. edd. 597. 429. 430. cum Paeanii metaphraſi graeca pag. 597.
Eutyches 760.
Exſuperantius (Iulius) 189.

F.

Fabius (Q. Fab. Pictor,) pag. 81.
Facundus 765.
Falconia (Proba,) 721. Proba Ceutona male dicitur, 716 ſq.
Fauſtinus 618.
Fauſtus 754. v. Hilarius.
Feneſtella (Lucius) 210.
Feſtus (Sext. Pompeius) 576. 579.
Figulus (P. Nigidius) 165.
Firmicus, (Iul. Firm. Maternus,) 522. 574.
Flodoardus 782.
Florentinus 532.
Florus (L. Annaeus) 421. edit. 422. Drepan. Flor. 778.
Fortunatus, (Venant. Honor. Clement.) 769.
Franciſcus de Paulla 789.
Freculus 778.
Fredegarius 772.
Fridericus Imperator 791. not.
Frodardus 782.
Frontinus (Sext. Iulius,) 204. 206. 418.
Fulbertus 784.
Fulgentius Planciad. 761. 311. edd. 573. 574. (Fab. Claudius Gordian.) 760.
Fulgentius Ferrandus. 761.

G.

Gallicanus, (Vulcatius) pag. 556.
Gallus (Cornelius) 231. ei tribuitur poemation Ciris. 231.
Gaudentius 621.
Gelaſius 753.

Gellius (A.) pag. 509.
Gennadius 754. de viris illuſtr. ed. 643.
Germanicus (Caeſar) 301. edd. 298. 302.
Gotheſchalcus 779.
Grammaticae L. L. 63 ſq.
Gratianus 791.
Gratius Faliſcus, 291. 703. auctor Halieuticon dicitur 277. not.
Gregorianus codex 572.
Gregorius Baeticus 581. Epiſcopus 769. Magnus 770.
Gualterus 794.
Guilielmus Durandus 793. de S. Amore, ibid. Occamus 794.
Guido 785.
Güntherus 791.

H.

Haimo, ſ. *Haymo* pag. 778.
Hermannus Contractus. 785.
Hermogenianus 572.
Hhrabanus 778.
Hieronymus (Sophron. Euſebius) 640. Editt. 642, Opuſculorum quorumdam, 644. 645. 648. Epiſtolarum, 643. 644. de viris illuſtribus 643. Chronici 647. 648. falſo tributorum, 651.
Hilarius Arelatenſis 685. Pictauiens. 586. 686.
Hincmarus 777.
Hirtius (A.) 174.
Hiſtoriae auguſtae ſcriptores 430. 547. romanae ſcriptores, 315. Hiſtoria miſcella, 596.
Honorius 788.
Honoratus 755. vita Hilarii, 686.
Horatius Flaccus, 256. eius villa, 257. not. ſcholiaſtes vett. 258. edd. 258 ſqq. iudicium de eo, 270 ſq.
Hormeſta 673.
Hroswitha 782.

Hyginus (C. Iulius) pag. 309. tres Hygini ſunt discernendi 309. Fabulae primum graece ſcriptae dicuntur 313.

I.

Iabolenus ſ. *Iauolenus* Priſcus. pag. 415. not.
Idatius 752.
Ildephonſus 772.
Inſtitutiones Iuſtinian. 762. 763 ſq.
Ioannes Erigena 780. Sarisberienſis 787.
Iornandes ſ. *Iordanus* 765. 766.
Iſiodorus 771. *Irnerius* 790.
Iſo 780.
Itinerarii auctor 580. alia 794.
Iulianus, Ictus 769.
Iulius Aquila 573.
Iulius Honoratus, ed. 349.
Iuris ciuilis corpus 761 ſqq.
Iuſtinus 493. edd. cum Floro 422. 423.
Iuſtinianus 762.
Iuuenalis 482. edd. 483 ſqq. cum Perſio 443. 446. 477. Comparatur cum Horatio 489.
Iuuencus (C. Vettius Aquilinus) 712.

L.

Laberius (Decimus) pag. 296.
Laborans (Magiſter) 789.
Lactantius 561. editt. Inſtitutt. et aliorum opuſculorum 562 ſqq. 568. de Phoenice 564. 568. 569. Epitomes, 567. Sympoſii 567. de huius auctore, 568. carminis de reſurrectione dominica 571.
Lambertus Schafnaburg 785.
Lampridius (Ael.) 560.
Lanfrancus 786.
Latinae linguae hiſtoriae ſcriptores 4 ſqq. praeſtantia et hoſtes, 17 ſq. origo, 68 ſq. aetates, 71. infantia, 75. adoleſcentia, 78. virilis aetas, 117.

imminens ſenectus, pag. 306. vegeta ſenectus, 492. ſubſidia, 60 ſqq.
Latro (M. Porcius,) 156. 157. 184.
Leges XII. tabularum 76. legum moſaicarum et romanarum collatio 685. leges nouellae anecdotae 684. adde 761 ſq. Salicae etc. 774 ſq.
Liberatus 768.
Leo M. 751. *Opera* v. Hilarius.
Licinius, Ict. 532. — Porcius 97.
Liuius (Titus) 192. Editiones 193 ſqq. Fragmentum 199. num alia ſuperſint 200.
Lombardus (P.) 790.
Longinus, (C. Caſſius) 533.
Lucanus (M. Annaeus) 451. num ſcripſerit carmen ad Piſonem 456. not. 458.
Lucianus (S.) 650.
Lucifer 592.
Lucilius carminis, Aetna, habetur auctor 254. 322.
Lucretius, (Tit. Lucr. Carus) 111.
Luitprandus 782.
Lullus, (Raymundus) 793.
Lupus 305. — Seruatius *Lupus* 778.
Lyranus (Nicolaus) 794.

M.

Macer (Aemilius) pag. 303. 710.
Macrobius (Aurel. Macrob. Ambroſius Theodoſ.) 677. Editt. 529.
Maecenas (C. Cilnius) 256.
Mallius (Flau. Mall. Theodorus) 664.
Mamertinus (Claud.) 551. iunior 585. it. 551. 552.
Mamertus (Claudian. Edicius) 753.
Manilius, (Marcus) 298.
Manlius (Theodorus) 664.
Manutii (Aldi) editiones 33 ſq.
Marcellinus (Ammianus) 549. 621. — Illyricus comes 761. — Presbyter 618.
Marcellus 573. — medicus 585.
Marcianus (Aelius) 532. 533.

Marculphus pag. 772.
Marcus 546.
Martialis (Marc. Valerius) 471.
Martinus Braccarenſis, 769. 322.
Maternus 574.
Mattius 97.
Mela (Pomponius) 347. 537.
Mercator (Marius) 687.
Meſſala Coruinus 598.
Militaris rei ſcriptores 42. 615.
Minucius Felix (M.) 522. edd. ibid. et pag. 519. 553.
Modeſtinus (Herennius,) 531.
Modeſtus 546. edd. ibid. ſq. et pag. 419 ſqq. cum Frontino.
Moretum. 254.
Muſa (Antonius) 512.

N.

Naeuius 80. confunditur cum *Nouio*, pag. 81.
Nazarius 561.
Nemeſianus (M. Aur. Olympius) 701.
Nepos, (Cornelius) 174.
Neratius Priſcus 532.
Nithardus 777. 778.
Nonius Marcellus 573. edd. 121. not. 579.
Notitia dignitatum vtriusque imperii 685.
Nouellae leges 684.
Nouius 81. not.

O.

Obſequens, (Iulius) pag. 601. edd. ib. et 598.
Occamus, (Gualter.) 794.
Octauius Horatianus (Q.) rerum medicarum auctor fingitur 600.
Odilo 785.
Odo 782.
Oppius 174.

Optatus pag. 619.
Orientius 770.
Orioſus 770.
Oroſius (Paullus) 672. hiſtoria eius interdum dicitur *Hormeſta*, 673.
Otfridus 780.
Otto Friſingenſis, 790.
Ouidius Naſo, (P.) 276. poemata, 277. Editt. operum, 278 ſqq. Heroidum, 283. Amatoriorum, 283. Metamorphos. 284. Faſtorum, 286. Triſtium, 286 ſq. ſuppoſita. 288.

P.

Pacatus Drepanius (Latinus) pag. 626.
Pacianus 628.
Pacuuius 97.
Paeanii metaphraſis graeca Eutropii 597. 598. 599.
Palaemon. vid. Rhemnius, et Sammonicus.
Palladius Rutilius Taurus Aemilianus 367.
Panegyrici veteres. edd. 40 ſqq. 413. 727.
Pandectae 762. 764.
Papinianus (Aemilius) 514.
Paſchaſius Rhathbertus 779.
Patricius 685.
Paullinus (Meropius Pontius Anicius) 741. *Paullini* plures, 742. 743.
Paullus Diaconus excerpſit Feſti libros 576. 773. interpolauit Eutropium 595. edd. 596.
Paullus (Iulius) 508. 527.
Pelagius 650.
Perſius Flaccus (A.) 442. edd. 443. 483 ſqq.
Peruigilium Veneris, 217. 218. 221 ſq.
Petrarcha (Franciſcus) 795.
Petronius (T.) Arbiter, 368. num Satyricôn librum ſcripſerit, 370. editt. 371 ſqq. de quodam eius fragmento, 375. num auctor ſit carminis de bello ciuili, 369. not.

Petrus Cellenſis, pag. 777. — de Honeſtis, 785. — de Vineis, 791.
Phaedrus, 435. num fabularum ſit auctor, lis orta eſt, 440.
Philargyrius 600.
Philaſtrius 620.
Philippus Cellenſis 776.
Phocas, grammaticus, 760.
Phoebadius 628.
Placidus Lutatius ſ. Lactantius. 466.
Plautus (M. Accius) 89.
Plinius (C.) Secundus Maior 376.
Plinius (C.) Caecilius Secundus, Iunior 407. Epiſtolarum edd. 413. de eius epiſtola, de Chriſtianorum perſequutione, 417. auctor dicitur dialogi de cauſſis corruptae eloquentiae, 388. auctor olim habebatur libri de viris illuſtribus, 409. 606, edd. 608. v. quoque *Panegyrici.*
Plinius Valerianus, 385. falſo tribuuntur illi libri V. de re medica 385.
Plotius Tucca 305.
Poetae latini minores 37.
Pollio (C. Aſinius) 165 ſq.
Pompeius (Trogus) 211.
Pomponius (Sextus) 507.
Poggius 795.
Porphyrio (Pomponius) 258. 260. 262. 264.
Porphyrius (Publius Optatianus,) 711.
Priapeia 254 ſq.
Primaſius 765.
Priſcianus (Theodorus) 600. 759.
Propertius 227. edd. 35 ſq. 228 ſqq.
Prosper Aquitanus (Tiro) 691. ſcripſit contra Collatorem 680.
Prudentius (Aurelius Prud. Clemens) 731.
Publius Victor 592.

Q.

Quinctilianus (M. Fabius) pag. 387. num auctor ſit dialogi de cauſſis corruptae eloquentiae 388. editt. eius 388. 389. 393. Inſtitution. orator. edd. 389. Declamationum, quae falſo ei adtribuuntur, editiones. 390. 391. 392.

R.

Ratherius pag. 782.
Ratramnus 779.
Rauennas geographus 782.
Regino 781.
Rhabanus 778.
Rhadbertus (Paſchaſius) 779.
Rhegino 781.
Rhemnius (Q.) Fannius Palaemon, 353. edd. 354. 338.
Rimicius 436. 693.
Robertus de Sorbona 793.
Romulus 436.
Roswitha 782.
Rufinianus (Iulius) 634.
Rufinus, 532. — Tyrannius 665. — Syrus, 666. — Grammaticus, 667.
Rufus (Sextus) 589. edd. 423.
Rutilius (P.) Lupus, 210. — Cl. *Rutilius* Numatianus, 737.
Ruſticae rei ſcriptores 42.

S.

Saleius Baſſus auctor dicitur carminis ad Piſonem pag. 456. not.
Saluianus 688.
Sammonicus (Q. Serenus) 706. 339.
Sarisberienſis (Io.) 787.
Saxo grammaticus 788.
Sedulius (Coel.) 743. cum Iuuenco 713.

Septimius (Titius) pag. 305.
Serenus (A. Septimius,) auctor Moreti, 253. — Q. *Serenus Sammon.* ſcripſit de medicina, edd. 338. 339.
Seruius Maurus 603.
Seuerianus (Iul.) auctor libri de arte dicendi 337.
Seuerus (C. Caſſius) 294. Cornelius *Seuerus* 293.
Seruatius Lupus 778.
Sextus Rufus, 589. edd. 598. 599. 608.
Sidonius (C. Sollius Apollinaris,) 746.
Sigebertus Gemblacenſis 787.
Silius (C.) Italicus 477.
Simeonis itinerarium 794.
Solinus, (Caius Iul.) 534. edd. 535. 349. 753.
Soranus 513.
Spartianus, (Ael.) 547.
Spurinna (Veſtritius) 491.
Statius, (Publ. Papin.) 465. edd. 466. 35 ſq.
Strabus ſ. *Strabo* 778.
Suetonius, (C) Tranquillus 427. edd. 315. ei tribuebatur lib. de viris illuſtribus 609.
Sulpicia 490. edd. ibid. et 445. 450. 485. 488.
Sulpicius (Seruius) 165. — Seuerus 668.
Symmachus, (Q. Aurel.) 629 ſqq.
Syrius, (Publius) 294. 297. edd. 438. 439.

T.

Tacitus 396. edd. vitae Agricolae 402. lib. de Germania, 397. 402. illuſtratur 405. num auctor fuerit dialogi de cauſſis corruptae eloquentiae, 388. 397.
Terentianus Maurus 482.
Terentius 98.
Tertullianus, ICtus. 516.
Tertullianus, (Q. Septimius Florens) 516. editt. operum, 518. de pallio libri et controuerſiae hiſtoriae 518. aliorum opuſculorum. 518.
Theganus 777.

Theodoſianus codex pag. 682.
Theodulphus 774.
Tibullus, 224. editt. 224 ſqq. 35 ſq.
Tiro (M. Tullius) 165.
Theodulus 780.
Thomas Aquinas 792.
Trabea 97.
Trebellius Pollio 557.
Tribonianus 761.
Tryphoninus, (Claud.) 532. 533.
Tucca (Plotius) 305.
Typographicae artis notitia 31 ſq.
Tyrannus Rufinus 665.

V.

Valerius (C.) Flaccus pag. 461.
Valerius Maximus 342.
Valerius (M.) Probus 354.
Valgius Rufus 305.
Varius, (L.) 305.
Varro Atacinus 124.
Varro (M. T.) 119. 579. 595.
Vegetius, (Flau.) Renatus, 613. edd. 614. editur quoque cum Frontino et Modeſto, quos videbis. diuerſus eſt *Vegetius*, ſcriptor Veterinariae, 613. 614. edd. 616.
Velleius, (C.) Paterculus 313. editt. 315. 398.
Venuleius, (Q.) Saturninus 532.
Verrius (M.) Flaccus 209. 576. 577.
Vibius Sequeſter 625. edd. 349. 535.
Victor (Claud. Marius) 751. — *Publius* 592. de regionibus ed. 349.
Victor epiſcopus 754.
Victorinus (Fabius Mar.) 582. edd. 583. 584. — Grammaticus 668 ſq. — Petauionenſis 582.
Victorius Aquitanicus 685.
Vigilius 754.

Vincentius Lirinenſis pag. 689. v. quoque Saluianus. — Monachus Belloucenſis 792. —
Vineis (Petrus de) 971.
Vindicianus 584.
Virgilius (P. Virg. Maro) 232. commentatores veteres, 240. 233. Editiones operum, 234. Georgicorum et Bucolicorum 244. Catalecta, 253. iudicium de eo 249.
Vitruuius (M.) Pollio 203. editt. 43. 419. cum Frontino.
Vlpianus (Domitius) 525.
Vopiſcus (Flauius) 559.
Vſuardus 781.

W.

Wallafridus Strabus 778.
Wernerus 790.
Wilhelmus de Worceſter 794.
Willibaldus 773.

Z.

Zeno 610.

LL.H
H2847b
Harless, Gottlieb Christoph
Brevior notitia litteraturae romanae.
14496

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED